אָחוֹת Soror.Cant.8.8.Eſt autē annotandum,quòd hoc nomē poteſt eſſe ex raphatis,& ſic habet camés:& ex dagheſſatis,& ſic habet pathách,& ו eſt loco ה radicalis literæ:ת verò ſignū eſt fœmineū.& in regimine א eſt cū chathéph pathách,Gene.4.22,וַאֲחוֹת & ſoror Tubalcáin. & ſic cū pronominibus eſt cum chathéph pathách,Exo.2.4,אֲחֹתוֹ ſoror eius. Et venit vnicum א cū pathách ſolum,Nume.6.7,לְאָחִיו וּלְאַחֹתוֹ ſuper fratre ſuo,& ſuper ſorore ſua.Eſt ex dagheſſatis:& ideo non mutatur. At quæ habent chathéph pathách,ſunt ex raphatis.Ita R.D. in Michlól.In plurali אֲחָיוֹת,& in regimine אַחְיוֹת:in quibus י manet vice ה radicalis: ו & ת ſunt ſigna pluralis fœminei.Et cū pronominibus,Ie

hoſ.2.13, וְאֶת־אַחְוֹתַי & ſorores meas. Et 1. Paralipo. 2.16, וְאַחְיֹתֵיהֶם & ſorores eorũ.Venit cũ ſigno pluralis fœminei tantũ,Iechez.16.52,אַחְיוֹתֵךְ ſorores tuas. & cũ ſigno pluralis maſculei tantum,Ibidem,55,וַאֲחוֹתַיִךְ & ſorores tuæ.quod ſecũdum normã debuerat eſſe וְאַחְיוֹתַיִךְ. Fit etiã ab hac radice nomen,אַחֲוָה,Fraternitas. Zechar.11.14,ad diſſoluendũ אֶת־הָאַחֲוָה fraternitatẽ. Fit & אָחוּ,in quo ו eſt loco ה literæ radicalis, & eſt germen vires, ſicut gramen,& graminetũ,aut pratũ. Gene.41.2,& paſcebãt בָּאָחוּ gramen, vel in prato, aut gramineto. ב eſt noſepheth ſicut & Prouer.9.4, comedite בְלַחְמִי panem meũ:Vel eſt locus germinis,aut graminis:& ſic ב deſeruit.i.in gramineto vel prato,aut loco paſcuæ. R.Abra. in cõm.Hoſe.13.15,inter אַחִים germina creſcet.pro אַחְוִים Et ſunt qui exponunt inter fratres : & hoc eſt rectum ſecundum regulas grammaticæ,teſte R.D.in lib.rad.

אחז Apprehẽdere,tenere,Poſſidere,Cõtignare,tegere.1.Reg.1.51, אָחַז בְּקַרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ apprehendit cornua altaris.2.Sem.1.9,אֲחָזַנִי הַשָּׁבָץ apprehẽdit me anguſtia,vel tremor. Cant.3.4,אֲחַזְתִּיו tenui eũ. Geneſ.25.26, אֹחֶזֶת בַּעֲקֵב tenẽs plantã Heſau. Paſſiuũ,אֻחָז,Tentus,apprehenſus.Nume.31.30.& 1.Paral.24.6,וְאָחֻז אָחֻז & propinqua(alia)adhæſit. Imperatiuũ,Exo.4.4,וֶאֱחֹז בִּזְנָבוֹ & apprehende caudã eius. Futurũ,1.Reg.6.10,וַיֶּאֱחֹז אֶת־הַבַּיִת & cõtignauit domũ.Iudic.12.6,וַיֹּאחֲזוּ אוֹתוֹ & apprehenderunt eũ. Irme.13.21,dolores יֹאחֱזוּךְ apprehendent te. ח eſt cum chathẽph ſeghõl. Et Ieſah.13.8,& dolores יֹאחֵזוּן apprehendent.ח eſt cũ ſeri propter zachẽph. Et defectiuũ,2.Semu.20.9,וַתֹּחֶז & apprehẽdit. Et in niſhãl,Gen.22.13,נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ tẽtus in denſitate(vel perplexitate)ramorũ cornibus ſuis. Et quieſcẽte א ob lenitatẽ:

vt Nume.32.30,וְנֹאחֲזוּ possessioné capient in medio vestri. Et Gene.34.10,וְהֵאָחֲזוּ בָהּ & possessioné capite in ea.
Et in pihél, Iiob 26.9,מְאַחֵז פְּנֵי־כִסֵּה tenés faciem solii.
Et in hifhíl. 2. Paral.9.18,מָאֳחָזִים tenti. מ cũ camés,& א cũ camés chathéph : éstq; participiũ passiuũ ex hifhíl, teste R.D. in Michlól & lib.rad. Hinc nomen fœmineũ significans possessioné, hæreditatem: sic appellatã quòd qui eã habet, illo teneatur in loco. Gene.47.11,& dedit eis אֲחֻזָּה possessionem (vel hæreditatem) in terra AEgypti. Iechez.45.5,לַאֲחֻזָּה in hæreditatem.

אחל A quo אַחֲלַי, Vtinã. Radix est חָלָה, quod est orare, precari. Exod.32.11,וַיְחַל & orauit. Et sic א est noséphеth. Et in singulari est אַחַל,& in plurali אַחֲלִים. Et in regimine, אַחֲלֵי. Vnde illud 2. Reg.5.3,אַחֲלֵי אֲדֹנִי vtinã dominus meus (esset) coram propheta: est acsi dixisset, Vtinã precationes essent corã propheta. Et sic Psal.119.5,אַחֲלַי יִכֹּנוּ vtinã firmẽtur viæ meæ. i. precationes meæ, & postulationes meæ sunt vt firmẽtur viæ meæ,&c. R. Haii exponit אַשְׁרֵי beatus, aut beatitudo: quod sequitur Ionathán in Tharghũ טוּבֵי רִבּוֹנִי. R. Ionáh exponit תַּכְלִית perfectio, finis: acsi nil posset facere vtilius, quàm stare corã propheta. Sed breuis, & recta expositio est vtinã, &c.& est more existentiũ in regimine, vt אַשְׁרֵי. R. quoque Abrahã illud Psal.119.5, exponit acsi dicat, Voluntas ac petitio mea est, vt dirigantur (vel firmentur) &c.

אַחְלָמָה Vide חָלַם.

אחר Vnde fit אַחַר, Post, postea, postquam, posthac. Gen. 33.7,וְאַחַר & postea accessit. Deuter.21.13, וְאַחַר כֵּן תָּבֹא & postea ingredieris. Leuit.16.1,אַחֲרֵי מוֹת postquam mortui sunt, vel post mortem,&c. Et pronomini iunctũ, semper formam pluralem accipit. אַחֲרָיו post eũ, Gene. 18.10.

18.10.Iudi.3.31,מֵאַחֲרָיו de post eum(vel se.).i.retrorsum.

אחר Alter,alius, alienus.nomen tóar. Gene.4.27, וְאַחֵר & alius. Plurale,אֲחֵרִים,Alii,alteri.Exo.20. 3.Et cũ ן vice ם,אֲחֵרִין. Fœmineum אַחֶרֶת,Altera,alia, aliena.Gene.26.21.Plurale אֲחֵרוֹת,Aliæ,Gene.29.26.

אחור Retro,retrorsum. Psal.114.3,בְּאָחוֹר.Iesa.9.11, וּבְאָחוֹר & retrorsum.2.Semu.10.9. Significat & partem Occidentalem.Iiób 23.8. Et partem posteriorẽ hominis, id est anum, Iechez.8.16, אֲחֹרֵיהֶם posteriora eorum contra templum. Absolutum plurale est אֲחוֹרִים.Et in regimine, Exod. 26.11, עַל־אֲחֹרֵי in posterioribus tabernaculi. Significat & finẽ,vt Iesa. 42.23, Et audiet לְאָחוֹר in fine. Et sic Ionathán in Tharghũ לְסוֹפָא in fine.Et 41.23,quæ vétura sũt לְאָחוֹר in fine .i.in nouissimo die. אַחֲרוֹן,nomẽ tóar,Posterior,nouissimus,vltimus.Iesa.48.12,אֲנִי רִאשׁוֹן אַף אֲנִי אַחֲרוֹן ego primus, etiam ego nouissimus.2.Sem.23.1, verba Dauid הָאַחֲרֹנִים nouissima.Fœmineum אַחֲרוֹנָה, Deu.15.10. אֲחֹרַנִּית,Retrorsũ.Gen.9.23. אַחֲרִית,Nouissimũ,vltimũ,finis: & Merces,sic appellata quód sit finis operis: Et sic appellãtur filii,eo quód remaneãt post parentes. Deu.11.12,וְעַד אַחֲרִית & vsque ad vltimũ(vel finem)anni.Prouer.23.18,אִם־יֵשׁ אַחֲרִית si est merces. Et 24.14,וְיֵשׁ אַחֲרִית & erit merces. Dani. 8.23,וּבְאַחֲרִית & in nouissimo, vel fine. Et 11.4, לְאַחֲרִיתוֹ filiis eius, vel posteritati eius. Prouerb. 19. 20, בְּאַחֲרִיתֶךָ in nouissimo tuo. Hamos 9.1, וְאַחֲרִיתָם & filios eorum. vel posteritatem. Et 4.2, וְאַחֲרִיתְכֶן & nouissimum vestrum , id est filii vestri, siue posteritas vestra. Verbum ex pihél,אֵחַר, Demorari,vel tardare,differre.Gen.32.3,וָאֵחַר עַד־עָתָּה & moratus sum hactenus.Istud וָאֵחַר, est futurum defe-

d.i.

ctiuum ex binián cal: & ſic facit reſiduum, יַחַר, תֵּחַר vt dicunt R.D.& nonnulli alii. Iudicum 5.28, מַדּוּעַ אֶחֱרוּ cur tardauerunt pedes &c. eſt cum ſeghól propter ח quod eſt cum chatheph ſeghól ſecundum R.D.in Michlól. Proue.23.29, לַמְאַחֲרִים עַל־הַיָּיִן morantibus in vino .i.vacantibus vino. Pſal.127.2, מְאַחֲרֵי־שֶׁבֶת differentes ſedere.i.vacantes tota die operibus vſque ad veſperã. Et in hifhíl, הֶאֱחִיר &c. Futurũ, אוֹחִיר יוֹחִיר &c. vt 2.Semu. 20.5, וַיּוֹחֶר מִן־הַמּוֹעֵד & moratus eſt vltra tempus. quãquã poteſt eſſe ex cal, ſicut illud 2.Sem.20.9, וַתֹּחֶז & apprehẽdit &c. vt in אחז. ſed quia in cal inuenitur futurũ aliud אֵחַר &c. vt dictum eſt, idcirco dicimus eſſe futurum ex hifhíl, inquit R.D.in Michlól. Illud Proue.24.27, אַחַר tarda (differ) eſt imperatiuum ex pihél inſtar פַּלֵּג, ſecundum R. Iahacób filium Elhazár.

אט Quiete, pedetentim. 1.Reg.21.27, וַיְהַלֵּךְ אַט & ambulauit quïete (aut pedetentim). Et ſic exponũt nonnulli illud Hoſe.11.4, וְאַט & quiete eum comedere faciam. de quo & in radice נטה. Ab hoc & illud 2. Semu.18.6, לְאַט־לִי quiete propter me puero Abſalóm. ſub. habetote vos. Et ל eſt noſépheth. Iiób 15.11, & loquetur לְאַט quiete. Et cum י noſépheth, Gene.33.13, ducam me לְאִטִּי pedetentim. Vel dic quòd י eſt ſignum pronominis primæ perſonæ: acſi dicat, cũ quiete mea. R.tamen Iehudáh ſcripſit quòd ל in prædictis locis eſt radicalis litera. Ieſah.19.3, וְאֶל־הָאִטִּים & maleficia quæ fiebãt in quiete. Et rectum eſt quòd radix ſit אָטַט, quod probat daghés in dictione אִטִּים.

אטד Genus ſpinæ, quod appellatur קַרְדּוֹן carduus. Pſal.58.9, Plurale אֲטָדִים vt דְּבָרִים.

אטם Obthurare,claudere. Iesa.33.15,אֹטֵם אָזְנוֹ obthurans(siue qui obthurat)aurē suam. Participiū passiuum,1.Reg.6.4,fenestras אֲטוּמִים clausas.i.angustas,scilicet forinsecus.si enim penitus fuissent clausæ, nō potuissent appellari fenestræ.Ieche.41.16,fenestras הָאֲטֻמוֹת clausas. In hifhil, Psal.58.4,יַאְטֵם אָזְנוֹ, claudet aurem suam.

אטן A quo אֵטוּן,Funis.Vnde Tharghū,Exod.35,pro מֵיתְרֵיהֶם funes eius,habet אֲטוּנֵיהוֹן. Prouer.7.16, Intersecati אֵטוּן מִצְרָיִם fune AEgypti.i.fune byssino AEgyptio qui erat pulcherrimus.

אטר Vnde verbum אָטַר, Claudere, obthurare, obstruere. Psalmo 69.16,וְאַל־תֶּאְטַר־עָלַי בְּאֵר פִּיהָ, & ne claudat super me puteus os suum. Tóar,אִטֵּר instar עִקֵּשׁ,secundum R.D. in Michlól: quod significat שְׂמָאלִי scæuam.Iudicū 3.15, אִישׁ אִטֵּר יַד־יְמִינוֹ vir qui erat clausa manu dextera .i. qui in suis operibus sinistra vtebatur acsi dextera fuisset clausa.

אי A quo אֵי,Vbi,interrogatiuū.Gen.4.9. Illud Irm. 5.7,אֵי לָזֹאת אֶסְלוֹחַ־לָךְ significat O (vel quomodo)super hoc parcā tibi? vocantis aduerbium: vel qualitatis, vt sit defectiua pro אֵיךְ quomodo. acsi dicat, O super hoc parcam tibi? quia filii tui dereliquerunt me,& nō est tibi iustitia,(vel eleemosyna) ob quam parcam tibi.Vel,Quomodo super hoc parcam tibi,quia filii tui der.me? Cum י daghessato,& ה in fine.Genes.18.9, אַיֵּה vbi est,&c.Cum pronomine,Gene.3.9,אַיֶּכָּה,vbi tu? pro es.Iesah.19. 12,אַיָּם vbi ipsi? pro sunt. Componitur אֵי cū זֶה,& fit אֵיזֶה,Vbi,quá.1.Sem.9.18.Et 1.Reg.22. 23,אֵיזֶה עָבַר quà trāsiuit?2.Sem.1.3,אֵי מִזֶּה תָּבוֹא vbi(scilicet est locus)vnde venis? Ita exponit R.D.quanquā R.Iod.ii.

263

náh ſecundũ normã ſcribit legẽdum fuiſſe מֵאֵיזֶה מָקוֹם תָּבוֹא de quo loco venis?ſed prius eſt rectum. Et ſic eodem cap.verſu 12, אֵי מִזֶּה אַתָּה vbi, vnde es? Illud etiã Irme. 13.20, אַיֵּה הָעֵדֶר נִתַּן־לָךְ vbi grex qui datus eſt tibi? R. Ionáh dicit nõ eſſe interrogatiuum ad ſciendum, ſed per antonomaſiam & hyperbolen dictum:acſi dicat, Vide quàm deſiderabilis eſt grex,qui datus eſt tibi.Sed priori modo exponit R. D. Et ſunt qui dicunt quòd אֵיכָה(quomodo,)& אֵיפֹה(nũc,vbi,)ſũt compoſita ex אֵי. ſed rectum eſt vt ſint dictiones per ſe. Fit etiam ex hac radice,אִי,quod eſt Inſula,prouincia.Ieſa. 20.6,הָאִי הַזֶּה inſulæ huius(vel prouinciæ huius)i.Ieruſaláim:de qua loquitur Pſal.97.1,Lætẽtur אִיִּים רַבִּים inſulæ multæ. Eſt & plurale cum ן vice ם. Iechez.16.18, הָאִיִּין inſulæ. Significat & beſtias ſylueſtres deſerta aut inſulas incolentes:& ſecundũ Tharghũ,ſunt feles .i.catti ſylueſtres. Ieſa.13.22,Et reſpõdebit(pro reſpondebũt)אִיִּים beſtiæ.vel ſecũdum Tharghum Ionathán, חֲתוּלִים feles.Alii exponunt picas quæ vulgo agaſſæ dicuntur. אִי quoque inuenitur defectiuũ pro אֵין nõ, teſte R.D.in lib.rad. & R. Himmanuél in commen. Prouer.31.4,Et principibus אֵי(pro אֵין)non(ſub.des)ſechár. Et 1. Semu. 4. 21, Et vocauit puerum אִי כָבוֹד non gloria:dicendo,Tranſlata eſt gloria ab Iſraél.Poſſunt tamen exponi hæc duo ſecundum primam ſignificationem, vbi . Et in priori quidem ſubauditur אַל ne: quod præceſſit:acſi dicat,& ne principibus(ſcilicet des vinũ)qui dicũt, vbi eſt ſechár ad bibendum? Et alterũ ſic, Vbi eſt gloria? quia non eſt in Iſraél hodie. Significat etiam אִי Væ.Eccle.10.16,אִי־לָךְ אֶרֶץ væ tibi terra. Et 4. 10, וְאִילוֹ & væ illi &c. אִילוֹ eſt vna dictio com

posita ex duabus. Secundum R. Ionáh inuenitur defectiuum pro איש, Vir, vt Iiób 22.30, Eruet אִי־נָקִי vir innocens. Sed R. D. exponit secundum primam significantiam: Eruet insulam innocens. Ab hoc fit etiam אַיָּה nomen auis.i.pica, quæ vulgo appellatur agassa. Leuit.11.14.

איב Inimicari, odio habere. Exo.23.21, וְאָיַבְתִּי אֶת־אֹיְבֶיךָ Et inimicabor inimicis tuis. Vnde nomen, אוֹיֵב, Inimicus, Exod.15.8. Psal.68.24, מֵאוֹיְבִים ab inimicis. Iesah.66.6, לְאֹיְבָיו inimicis suis. Aliud, אֵיבָה, Inimicitia. Gene.3.15. בְּאֵיבָה per inimicitiam. Illud autem Micháh, 7.8, Ne læteris אֹיַבְתִּי לִי inimica mihi: est nomen tóar fœmineum. Sunt qui exponunt inimicam meam, & sic י est signum pronominis.

איד Afflictio, accidens, vel euentus malus, fractura, contritio: Nubes, vapor. Prouerb.1.26, וְאֵידְכֶם & afflictio vestra. Pro vapore, Iiób 36. 26, Effundent pluuiam לְאֵדוֹ propter vaporem suum : vt exponit R. D. & R. Ioséph eius pater. Illud autē, Gene.2.6, וְאֵד יַעֲלֶה מִן־הָאָרֶץ & vapor (vel nubes) ascēdebat è terra: R. Sahadiáh exponit negatiue, Neque vapor, &c. subaudit enim negationē præpositam, וְאָדָם אַיִן & homo non erat &c. neque nubes. Ab exordio enim mundi nō erat qui sciret terram colere, nec erat vapor qui ascenderet, sed Creator omnia sua curabat prouidentia. Quam expositionem cæteris præfert R.D.

איה & **אַיֵּה** Vide אַי.

איך Quomodo, qualiter, cum admiratione: Vbi. Irme. 2.23, אֵיךְ quomodo, &c. Cum additione ה, Thre.1.1, אֵיכָה יָשְׁבָה Quomodo sedet. Et geminato כ, Ed.iiii.

ſtér 8.5,אֵיכָכָה Quomodo &c.Cant.5.3,אֵיכָכָה quomodo induā illam? Sunt tamen nonnulla quæ interrogant de rerū diſpoſitione. 2. Reg.6.15, אֵיכָה נַעֲשֶׂה quomodo faciemus? Et pro vbi.Canti.1.6,אֵיכָה תִרְעֶה אֵיכָה תַּרְבִּיץ vbi paſcas,vbi cubes.Et cū chólem,2.Re.6.13,וּרְאוּ אֵיכֹה הוּא & videte vbi ſit. Ab hoc fit & אֵיכוּת,Qualitas.

איל Vnde אֱיָל,Fortitudo.Pſal.87.11. Et ſecundū aliā formā,Pſal.22.18,אֱיָלוּתִי fortitudo mea.Et ſecūda radicali quieſcente,& præpoſito ל redūdante,Prou.3.26,בִּהְיוֹת לְאֵל quū fuerit fortitudo(.i.facultas)in manu tua ad faciendum. Alia forma,אול.Pſal.73.4,Et pinguis אוּלָם fortitudo eorū. quāquam ſunt qui deducunt ab אֵלָם,vt habes in eadem radice. Nomen tóar,אֵל,Fortis:Deus,à fortitudine ſic appellatus.Irm.32.18,הָאֵל הַגָּדוֹל Deus (vel fortis) magnus &c.Exod.15.15,אֵילֵי robuſtos Moáb. Dan.11.34,וְעַל אֵל אֵלִים contra Deū deorum.Pſal.29.1,Afferte Domino בְּנֵי אֵלִים filii angeli.& בְּנֵי,non eſt in regimine genitiui. Vel ſunt ſtellæ: & בְּנֵי, eſt coniunctum.i.in regimine.q.d.ſtellæ angelorum, quemadmodum ſcriptum eſt Iiób 38. 7, Quū laudarent pariter ſtellæ matutinæ, & iubilarent omnes filii Dei. Inuenitur & cum י,teſte R.Iehudáh, & R.D.2. Reg.24.15,וְאֵת אֵילֵי הָאָרֶץ & fortes terræ.Ieſa.61.3,אֵלֵי הַצֶּדֶק(vel potius אֵילֵי) Fortes iuſtitiæ. Vel arbores iuſtitiæ,ab אֵלָה & אֵלִים. Ieſah.31.3,אָדָם וְלֹא־אֵל homo, & non Deus. vel angelus. Ab hac radice & illud Ieſah. 1.30, כְּאֵלָה ſicut quercus (aut vlmus, vel arbor) defluens foliis.Vide אֵלָה. Fit & אַיִל,Aries qui annū iam tranſiuit.Nume.28.26,אַיִל אֶחָד aries vnus. Leu.5.15,בְּאַיִל in ariete.Gene.31.39,וְאֵילֵי, & arietes. אַיִל quoque eſt מְזוּזָה,Poſtis,limen:& כִּפָּה,Teſtudo,ſiue fornix.

Iechez.40.24, אֵילָו וְאֵילַמָּיו postes eius,& testudines eius.
אֵיל quoque est planities, Gen. 14.6. Idem significat אֵלוֹן secundum Tharghum & R. D.Iudi.9.6, אֵלוֹן מֻצָּב planitiem statuæ. Fit ex hac radice אַיָּל, Ceruus, communis generis. Psal.42.2, כְּאַיָּל תַּעֲרֹג quemadmodú cerua desiderabit(pro desiderat.)Canti.2.8, Vel hinnulo הָאַיָּלִים ceruorum. Gen.49.19, אַיָּלָה שְׁלֻחָה cerua dimissa. Et secundum aliam formam, Prouer.5.19, אַיֶּלֶת אֲהָבִים cerua amorum. Psal. 18.34, כָּאַיָּלוֹת quasi ceruarú. Et 22.1, אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר cerua auroræ. Quanquam sunt qui exponunt stellam matutinam, aut fortitudinem : sed prius est rectum.

אים Ab hoc tóar, אָיֹם, Terribilis. Chab.1.7. Et fœmin. Can.6.3,& 10, אֲיֻמָּה. Et substantiuú, אֵימָה, Terror, aut formido. Genes.15.12. Geminato signo fœmineo, Exo.5.16, אֵימָתָה. Plurale fœmineú, אֵימוֹת terrores, Psal.55.5. Masculeum, Iiób 20.25, אֵימִים. Appellantur & hoc nomine sculptilia, quòd suis cultoribus sint terrori. Irm.50.38, וּבָאֵימִים. Et sic appellati sunt hanachím gigantes, quòd videntibus essent terrori. Deute. 2.11, הָאֵמִים. & est cum defectu י.

אין Præposito מ, est loci interrogatiuum, Vnde. Gen. 29.4, מֵאַיִן אַתֶּם vnde estis? אַיִן quoque, & אֵין cú seri, quiescente י: & vnum cum chiric, וְאִין, 1.Semu.21.8: est לא, non, nequaquam, nihil. Iiób 3.8, Expectet lucem, וָאַיִן & non sit. א est cum pathách, quanquam habet accentum athnách præter normam, teste R.D. in Michlól. Nam secundum normam, cum accentu diuisiuo mutatur pathách in camés. Iesah. 41. 11, יִהְיוּ כְאַיִן erunt quasi non essent. Et versu 24, Ecce estis מֵאַיִן ex nihilo. Et pro ferè, aut paululum. Psal.73.2, כְּאַיִן ferè

(vel pené)effusi sunt. Et pro absque,vel vt non,cũ מ & scri,Iesah.5.9, מֵאֵין יוֹשֵׁב absque habitatore: vel, vt non sit habitator.Psal.19.3,וְאֵין דְּבָרִים & nõ sunt verba.

Et cũ pronominibus vice verbi sum,es,est, &c. Gene.5.23,אֵינְךָ non tu.pro es.Et 20.7,וְאֵינְךָ & nõ eris. Psal. 39.14,אֵינֶם non ipsi.vel sunt,aut erunt.Notandũ quòd dictio אֵין iungitur tam nominibus quàm participiis, & partibus indeclinabilibus: præterito verò & futuro non iungitur,nisi capiantur vice participiorum. Non enim dicimus אֵין פָּעַל,nec אֵין יִפְעַל:sed loco אֵין, in huiusmodi præteritis & futuris capiemus לֹא,eiusdem significãtiæ. Vice participiorum capitur futurũ,vt Irm. 38.5,כִּי־אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר quia non rex poterit (pro potest)contra vos quicquam.Vel dic quòdnon imme diate est iunctum futuro,sed nomini הַמֶּלֶךְ. acsi dicat, non est rex qui possit vobiscum aliquid. Dictio igitur לֹא,iungitur præteritis,futuris,& participiis.

איף A quo אֵיפָה, Mensura aridorum, id est modius continens tria sata.Deu.25.14, Non erit tibi in domo tua אֵיפָה וְאֵיפָה גְּדוֹלָה וּקְטַנָּה modius & modius,magnus & paruus. Inuenitur & cũ ה in regimine. Ruth 2.16,וַיְהִי כְּאֵיפָה שְׂעֹרִים & fuit quasi modius hordei. Fit etiã ab hac radice אֵיפֹה,Vbi?Iiob 38.4.Ge.27.32, מִי־אֵיפוֹא Quis,vbi(pro & vbi)est qui venatus est venationẽ?Deficit enim ו cõiunctio. Est etiã qualitatis interrogatiua particula.Iudi.8.18,אֵיפֹה הָאֲנָשִׁים quales(.i.cuius formæ erant) homines quos,&c. Significat & nunc. Iesah.22.1, מַה־לָּךְ אֵפוֹא quid tibi nunc? Nos dictionem hac in radice posuimus,nõ quòd radix sit אֵיף,sed quòd consentaneum putauimus vnam esse dictionem æqui uocam, vt ex dictis liquet. Nam si dictio esset composita

ſita ex פה (vt dicunt) & interrogatiuo אֵי, dictio vnius eſſet ſignificãtiæ:& in ſcriptura mutaretur,ſed in pronuntiatione eſſet eadem. Interdum eſt cum ה,Gen. 37.16,אֵיפֹה הֵם רֹעִים vbi ipſi paſcãt.Interdum cum ו.Iiób 19.6,דְעוּ־אֵיפוֹ Scitote nunc.

אִישׁ Vir,maritus,quiſq;,quilibet,vnuſquiſque.Pſal. 1.1,אַשְׁרֵי הָאִישׁ Beatus vir. Et hæc & his ſimilia, communia ſunt maſculo & fœminæ.Sin vero iũgatur ei אִשָּׁה, tunc tenetur pro maſculo duntaxat, vt Exod. 35.29, Omnis אִישׁ וְאִשָּׁה vir & vxor.vel mulier. Et in regimine non mutatur.Plurale,אִישִׁים,Viri,mariti,Ieſah.53.3,וַחֲדַל אִישִׁים & deſpectus inter viros.2. Semu.6. 19,לְמֵאִישׁ à viro.ל redundat. Et cum pronomine.1. Reg.20.20, וַיַּכּוּ אִישׁ אִישׁוֹ & percuſſerunt vir virum ſuũ .i.vnuſquiſque alter alterum, ſiue ſociũ ſuum venientem contra ſe.1.Sem.4.20,וְאִישָׁהּ & vir eius.i.maritus.

Ab hoc fit אִשָּׁה, Mulier,vxor,quaſi à viro virago: & daghesſatur ש ob defectũ י, vel ob defectũ נ, vt in אֱנָשׁ. Gen.2.23, Hæc vocabitur אִשָּׁה כִּי מֵאִישׁ לֻקֳחָה־זֹּאת virago, quia de viro ſumpta eſt.Leui.15.18,וְאִשָּׁה & mulier,&c. In regimine eſt lene.i. non daghesſatũ.2.Semu.12.10, אֵשֶׁת אוּרִיָּה vxorem Vriæ. Interdum tamẽ ponitur vice abſoluti:vt Deu.21.2,Et videris in captiuitate אֵשֶׁת mulierẽ.Gen.19.15,אִשְׁתְּךָ vxor tua.Vnũ cũ ſeghól,Pſal.128. 3,אֶשְׁתְּךָ vxor tua ſicut vitis. נָשִׁים,Mulieres,nó eſt de hac radice,ſed de אֱנָשׁ,ibi require. Eſt autem annotandum quòd אִישׁ frequenter dicitur de vniuerſitate, vt Iudi.15.15,Percuſſi mille אִישׁ virum,pro viros. Præterea quælibet res appellatur אִישׁ & אִשָּׁה : quanquam ſub homine non comprehẽdatur, ſicut deCherubim dicitur Exod. 25.20, וּפְנֵיהֶם אִישׁ אֶל־אָחִיו & facies eorum

360

vir ad fratrem suum. Et de cortinis, Exo. 26.3, Et quinque cortinæ erunt coniunctæ אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ mulier ad sororem suam. i. altera ad alterā. Et de stellis, Iesa. 40. 24, אִישׁ לֹא נֶעְדָּר vir non defuit. i. nulla defuit. Et de animalibus, Gene. 7.2, De omni animali mundo &c. אִישׁ וְאִשְׁתּוֹ virū & vxorē eius. Nomine quoque אִישׁ, appellantur magni, & duces, vt Iudi. 7.14, filii Ioás אִישׁ יִשְׂרָאֵל ducis Israél. & 1. Sem. 26.15, הֲלוֹא־אִישׁ אַתָּה nónne vir tu es? hoc est dux, princeps, & magnus. Exod. 15.3, יְהוָה אִישׁ מִלְחָמָה Dominus vir belli. i. magnus bello, autor belli. Irme. 5.1, Et quærite an inueniatis אִישׁ virum. hoc est virū magnum, habentē opera bona. Vnde exponendo subdidit, An sit faciens iudicium & iustitiam. Psal. 49. 3, Etiam filii hominis, (pro hominum,) etiam filii אִישׁ viri. i. filii plebeiorum, & filii maiorum, ac nobilium. Prou. 18.24, אִישׁ רֵעִים vir amicorū. Et sine י. 2. Semu. 14. 19, אִם־אִשׁ לְהֵמִין nō est qui possit declinare ad dexteram &c. vbi Ionathán in Tharghū, אִם אִית si est. Et Micháh 6.10, עוֹר הַאִשׁ Adhuc nū in domo impii. in quo ה, est cū pathách, quia est admirantis particula, & sic Tharghū הַאִית num est &c. Sed R. Ioséph pater R. D. exponit, Adhuc (i. omnibus diebus) הַאִשׁ (pro הָאֵשׁ) ignis erit in domo impii propter thesauros impietatis. & sic אִשׁ cū chiric est sicut אֵשׁ cū seri, sicut הֵן & חֵן, & בֵּן & בֵּן, & נִיר & נֵר. Sed quia ה, est cum pathách, non videtur esse ה haiedihāh, sed admirantis, vt dictum est, & sic inuenitur in Misráh. Possunt etiam prædicta exponi, Si vir: & Adhuc vir &c. Et ita exponit R. Abra. auenhezra: acsi dicat, Vir nobilis in ciuitate adhuc suam retinet impietatem audita voce vocationis: sunt in domo eius (sub. impii) thesauri impietatis. Et hæc etiam expositio

(quanquam bona eſt)non reſpicit ad punctaturam ה, quæ eſt pathách. Ab hoc & אִישׁוֹן, Pupilla:ſic appellata Hebraice quòd appareat, ſeu conſpiciatur in illa, figura,ſeu imago אִישׁ viri.Et eſt cum ן diminutiuo,ſecundum R. Ioſéph patrem R. D. quòd imago illa in oculo apparens,ſit parua:vel quòd ſit nigra, ſic eſt appellata. Pſal.17.8,Cuſtodi me כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן vt pupillam filiam oculi.vel,vt nigrum pupillæ oculi. Et in altera ſignificatione, Prouer. 7.9,בְּאִישׁוֹן לַיְלָה, in nigredine (vel obſcuritate) noctis. Et ſecundum aliam formam, Proue.20.19, בֶּאֱשׁוּן חֹשֶׁךְ in obſcuritate tenebrarum.

איתן Vnde nomen toár אֵיתָן, Fortis,durus. Deut.21. 4,אֶל־נַחַל אֵיתָן ad vallem aſperã.aut duram,quæ coli non poterat. R.Ioſéph,vberẽ,aut pinguẽ.Irme.5. 15,Gens אֵיתָן robuſta eſt.Gene.49.23,habitauit בְּאֵיתָן in forti.i.in loco forti. Micháh.6.2,וְהָאֵתָנִים & fortia fũdamenta terræ. Et nomen ſubſtantiuum,Pſal.74.15, ſiccaſti flumina אֵיתָן fortitudinis.i.fortia. Exo. 14.27, dum reſpiceret mane לְאֵיתָנוֹ ad vim,ſeu vehementiam ſuam.Et R.D.contra aliorum opinionem,dicit נ literam eſſe radicalem,& ſubſtantialem,& י redundare ſicut י in הֵיכָל Et nomen menſis.1.Reg.8.2,בְּיֶרַח הָאֵתָנִים In menſe Septembris : qui eſt menſis ſeptimus , qui alio nomine dicitur תִּשְׁרִי.& appellatur ſic(vt aiũt Hebræorum doctores)quòd in eo nati fuerint fortes mũdi:vel propter ſolẽnitates honorabiles,& fortes.i. magnas quæ erant in eo:vel ſecundũ R.Ioſéph,quòd colligerentur in eo panis,& vinũ, ac fructus. Tharghum hoc in loco habet,In menſe quem antiqui appellabãt קַדְמָאָה בְּחַגָּא,& nunc eſt mẽſis ſeptimus.acſi dicat (ſecũdum R.D.)quòd antequam egrederetur Iſraél de AE-

gypto,erat mensis primus in anno: sed postea fuit se-ptimus : quia נִיסָן Martius,est mensis primus, dicente Scriptura,Exo.12.2,Mensis iste vobis principium men sium,primus erit vobis in mensibus anni. Illud Ieche.40.15, וְעַל־פְּנֵי הַשַּׁעַר הָאִיתוֹן, & iuxta faciẽ portæ mediæ: vel,ante portam mediam,vt ait R.D.in lib.rad.& sic habet Tharghũ תַּרְעָא מְצִיעָאָה portæ mediæ.Et potest exponi ingressus, quod in ipsa porta congregarentur qui ingrediebantur atrium Hezráh ad orandum:& sic dicitur ab אָתָה quod est venire, siue ingredi.

אַךְ Tantum,Sed,Profecto,vere,Forsan,forsitan.Gene.18.32,Et loquar אַךְ־הַפַּעַם tantum vice hac.Iesa. 43.24,אַךְ הֶעֱבַדְתַּנִי sed seruire fecisti me. Genes.26.9, אַךְ הִנֵּה vere ecce vxor tua est.Gene. 29.14,אַךְ עַצְמִי vere os meũ.1.Reg.22.31, אַךְ מֶלֶךְ־יִשְׂרָאֵל הוּא profecto rex Israél est. Gen.44.28,אַךְ טָרֹף טֹרָף forsitan rapiẽdo raptus est.

Coniungitur & cum רַק diminutiuo,ad magis dimi nuendum. Nume.12.2,הֲרַק אַךְ־בְּמֹשֶׁה דִּבֶּר num tantum tantum cum Moséh locutus est Dominus?

אָכַל Edere,vesci,comedere,manducare,Consumere, excidere. Psal. 78. 24,אֲכַל אִישׁ comedit vir. Iiób 13. 29, כְּבֶגֶד אֲכָלוֹ עָשׁ sicut vestimentum comedet eum tinea.Gen.31.38,אֲכָלַנִי חֹרֶב consumebat me æstus. Leui.26.38, וְאָכְלָה אֶתְכֶם & consumet vos terra. Gen.37. 19,Bestia mala אֲכָלַתְהוּ deuorauit eum.Et Ieche.28.16, הִיא אֲכָלַתְךָ ipse(scilicet ignis) consumpsit te. Iesah.1.7, זָרִים אֹכְלִים אֹתָהּ alieni deuorant(vel consumunt) eam. Literæ quæ sunt futuri signa,sunt cum cholé,& secun da litera radicalis cum pathách:& cũ athnách,& soph passúc, & nonnullis aliis accentibus diuisiuis,plerunque cum seri. Iesah.44.19,וְאֹכֵל & comedam. Psal. 50.

112,הַאֹכַל nunquid manducabo.Gen.2.16,אָכֹל תֹּאכֵל comedendo comedes.Et cum ו vice א,Ieche.42.5,יֹוכְלוּ comedent. Illud autem Iiob 20.25,תְּאָכְלֵהוּ אֵשׁ cõsumet eum ignis,eſt ex binián quadrato.i.pohél: teſte R.D. in Michlól,& in lib.rad.Et quum habeas hoc futurũ, poteris formare totum reſiduum. & ſingulare abſolutum huius futuri eſt תֹּאכַל,&c.Et in coniunctione cum pronomine,mutatur chólem in camés chathéph: ſicut participium מְלוֹשֵׁן cum pronomine facit מְלָשְׁנִי, Pſal.101.5. Fit etiam hifhíl,.הֶאֱכִיל,Edere,vel comedere fecit,vel iuſſit &c.Exod.16.29,Vt videant panem אֲשֶׁר הֶאֱכַלְתִּי אֶתְכֶם quẽ edere feci vos.Ieſa.49.27,וְהַאֲכַלְתִּי אֶת־מוֹנַיִךְ אֶת־בְּשָׂרָם & comedere faciam opprimentes te carnem ſuã. Pſal. 81. 16, וַיַּאֲכִילֵהוּ מֵחֵלֶב & comedere fecit eum de adipe. Illud autem Hoſe.11.5,וְאַט אֵלָיו אוֹכִיל & declinabo ad eum cibũ: R.D. in Mich. dicit eſſe ex hoc binián,& poni pro אַאֲכִיל edere faciam.At in libro radicum ponit inter nomina: quanquã dicit nonnullos putare illud eſſe ex binián hifhíl. Illud etiam Ieche.21.33,לְהָכִיל ad conſumendum, ſecundum R.Ioſéph patrem R.D. eſt ex hoc binián; ponitúrque pro לְהַאֲכִיל,teſte R.D.in Michlól,& in lib.ra. Et in nifhál,נֶאֱכַל. Exo.22.5,וְנֶאֱכַל גָּדִישׁ & conſumptus (vel combuſtus)fuerit aceruus. Et in puhál,Exod.3.2,Et rubus אֵינֶנּוּ אֻכָּל non erat cõſumptus(vel cõbuſtus.)Et ſecundum R. Abrahám eſt nomen tóar,Nechem.2.3,portæ eius אֻכְּלוּ בָאֵשׁ ſuccẽſæ ſunt igni. Nomẽ,אוֹכֶל,Cibus, eſca:ſiue אֹכֶל ſine ו.Malach.3.11,בָּאֹכֶל propter cibum. Alia ſpecies,אוֹכִיל.Hoſ.11.5,de quo & in hifhíl. Alia, אֲכִילָה. 1. Reg. 19. 8, וַיֵּלֶךְ בְּכֹחַ הָאֲכִילָה הַהִיא & ambulauit in fortitudine cibi illius. Alia,cũ additione מ,מַאֲכָל.

Prouer.6.8, Congregat in messe מַאֲכָלָהּ cibum suum. 358

Alia species, מַכֹּלֶת, 1. Reg. 5.11. quo in nomine deficit א, & ponitur pro מַאֲכֹלֶת. Alia, מַאֲכֹלֶת. Iesah. 9.19, כְּמַאֲכֹלֶת אֵשׁ sicut cibus ignis. Alia species & significatio, מַאֲכֶלֶת, Iudic. 19.29, Gladius, culter, sic appellatus à consumendo.

אָכֵן Certe, vere. Iesah. 53.4, אָכֵן חֳלָיֵנוּ, vere dolores nostros ipse tulit.

אָכַף Est כָּפַף, Incuruauit, flexit. Prouerb. 16.26, Anima laborantis laborauit sibi, quia אָכַף עָלָיו פִּיהוּ incuruauit se super eum (vel ei) os suum. acsi dicat, Anima laborantis laborauit sibi. i. ob suã necessitatẽ: quia os eius incuruat se ei, & postulat sibi escam quotidie: Residuũ flectitur vt אָכַל. Illud autem Iiób 33.7, וְאַכְפִּי עָלֶיךָ & man' mea super te: est sicut כַּפִּי: & א est nosaph.

אִכָּר A quo אִכָּר, Agricola. Hamos 5. 16, Et vocabũt אִכָּר agricolam ad luctũ, & planctum, ad scientes lamentum. Sententia ordine commutatur: & est ordo, & scientes lamentum, ad planctũ vocabunt, &c. Dicitur à כַּר, quod est ager: & א est nosépheth.

אַל Non, nec, ne. Psal. 121.3, אַל־יִתֵּן, nõ dabit. Iiób 24. 25, וְיָשֵׂם לְאַל & ponet ad nihilum sermonẽ meũ. Vtplurimũ hæc dictio est monẽtis, & deprecãtis particula. Prou. 3.24, אַל־תִּירָא ne timeas. Ponitur & pro אָן. i. quò aduærbio. n ל est loco נ, quia est eiusdẽ exitus. 1. Sem. 27.10, אַל־פְּשַׁטְתֶּם הַיּוֹם quò vos diffudistis hodie? R. Ionáh exponit אַל pro עַל super: & subaudit מִי quis. acsi dicat עַל מִי super quẽ, vel contra quẽ. Et responsio Dauid hoc demonstrat, dicẽtis, עַל super (vel contra) meridiem Iehudáh, &c. R. Abra. auenhezra exponit interrogatiue, ne: acsi dicat, Diffudistísne vos, &c. Et respõ-

dit, Diffudimus nos contra meridié,&c.2.Semu.13.16, Et dices ei, אַל־אוֹדוֹת הָרָעָה הַגְּדוֹלָה הַזֹּאת propter malú grá de hoc. Quáquá multi codices impressi habẽt עַל, & ita habet Tharghum Ionathán. R.D.in lib.rad.ponit & aliam expositionem, vt אַל sit ne. acsi dicat, Ne facias hoc, vt emittas me, quia malum hoc peius est altero. Illud Prouerb.30.31, Et rex אַלְקוּם alcúm cum eo: est vna dictio cõposita ex אַל nõ: & קוּם, surgere, stare, resistere. acsi dicat, quũ nõ surrexerit (vel steterit) rex vnus cum eo sicut ipse, vel fortior eo. Et, cú eo, ponitur pro cõtra eum: vt illud Psalm.94.14, Quis surget mihi עִם־מְרֵעִים cum malignantibus.i.contra malignantes.

אֶל Cum seghól ponitur in radice אָלָה.

אִלּוּ Si. Estér 7.4, וְאִלּוּ & si, &c. **אִילָן** Vide אִי.

אלל A quo אֱלִיל, Vánú, nihil, inutile: id est (inquit R. D.) הֶבֶל דָּבָר שֶׁאֵינוֹ מוֹעִיל vanitas, res quæ nõ est vtilis. & nihil, Idolum, Iiób.13.4, Medici אֱלִיל vanitatis .i. vani, & inutiles. Leuiti.26.1, Non facietis vobis אֱלִילִים vanitates .i. idola. Ab hoc fit & אַלְלַי, Væ. Iiób.10.15, אַלְלַי לִי, væ mihi. R. tamen Moséh Chimchi scribit א esse vice י à יָלַל, quod est vlulare: & quòd י vltimum, est signum pronominis primæ personæ.

אֱלוּל Mensis Augustus. Neche.6.15.

אלה Iurauit, adiurauit, maledixit. Iud.17.1, וְאַתְּ אָלִית & tu adiurasti. est secũda persona præteriti fœminea ex Cal trãsitiuo. Et macór אָלֹה maledicere, Hose.4.2. Et secundú aliá formá. Hose.10.4, אָלוֹת שָׁוְא iurãdo mẽdaciter, & hoc est intrãsitiuũ. Et quia nõ inuenitur

futurũ cum א quieſcẽte, dicimus futurũ cum א moto אֶאֱלֶה יֶאֱלֶה &c.teſte R.D.in Mich. Et in hiſhil,הָאֱלָה: & macor,1.Reg.8.31,לְהַאֲלֹתוֹ vt iurare faciat eũ. Nomẽ,אָלָה,Iuramẽtũ,execratio,aut maledictio. Gen.26. 28,תְּהִי נָא אָלָה ſit quæſo iuramentũ inter nos.Pſal.10.7, אָלָה פִּיהוּ maledictione os eius impletum eſt.Pſal.59.12, וּמֵאָלָה & de execratione. Deut.29.21,אָלוֹת. Et cum ת in principio,תַּאֲלָה.Thre.3.64,תַּאֲלָתְךָ iuramẽtũ tuũ. Significat & lamentari.Ioël.1.8,אֱלִי lamentare.aut plange. Aliud,אַלְיָה,Cauda. Leuit.7.3,אֵת הָאַלְיָה,caudam.

Ab hoc fit & אֵלָה,Genus arboris,ſiue arbor ſimpliciter,quã tamen nõnulli putant eſſe vlmũ. Tharghum nũc בּוּטְמָא caſtaneã arborẽ, nunc אִילָן arborem vertit. Ieſa.1.30,כְּאֵלָה ſicut quercus. Et ל cum daghéſ loco hannách.i.literæ quieſcẽtis: quanquam hannách non ſit fundamentale ſi ſit de radice hac. Iehoſ.24. 26,תַּחַת הָאַלָּה אֲשֶׁר בְּמִקְדַּשׁ יְהוָה ſub quercu quæ erat in ſanctuario Domini.Et dixit In ſanctuario Domini, quãuis eſſent in Sechém: eo quòd illuc Dei arcam attulerunt:vnde verſu 1,ſcriptũ eſt,Et ſteterunt corã Deo. Plurale, Iechez.31.14,Et non ſtabunt אֵלֵיהֶם arbores eorum.vel vlmi eorũ. Rectum eſt vt horum radix ſit אַיִל. Fit etiã ab hoc,אוּלַי, Nomen loci. Dani.8.2.& י eſt loco ה.

Significat etiã Ne forte,forſan. Gen.27.12,אוּלַי יְמֻשֵּׁנִי forſitã palpabit me. Num.22.33, אוּלַי נָטְתָה מִפָּנַי forſitan declinauit à facie mea.Dixerat enim eodẽ verſu,Et de clinauit coram me:id eſt declinauit de via,& ſtetit corã me. Et ſubdit,ſi declinaſſet à facie mea,& abiiſſet in viam , & etiam te occidiſſem. Cur autem expoſitores exponant acſi dixiſſet לוּלֵי niſi, haudquaquam ſcio,cũ præſertim à facie mea,& coram me,diſcrepent,vt remotum,

mo tú & prop inquú. Ab hoc eſt אֵל cum ſeri, cõmunis generis, Iſti, iſtæ. 1. Par. 20.8, אֵל נוּלְּדוּ iſti nati ſunt. Gen. 26.3, הָאֲרָצֹת הָאֵל terras iſtas. Et cũ ה in fine, & ל cum daghés, אֵלֶּה, Iſti, iſtæ, Hi, hæ. Gene. 2.4, אֵלֶּה Iſtæ generationes. Pſalm. 20.8, אֵלֶּה hi in curru, וְאֵלֶּה & hi in equis, Gen. 10.28, וּמֵאֵלֶּה & ab his. In hac radice eſt אֶל cum ſeghól, quod eſt Ad. Geneſ. 12.1, Et dixit אֶל־אַבְרָם ad Abrám. Illud autem Irme. 51.3, אֶל־יִדְרֹךְ הַדֹּרֵךְ קַשְׁתּוֹ ſic exponitur, ad trahentem qui trahet (pro trahit) arcum ſuũ, וְאֶל (pro וְאֶל־אֲשֶׁר) & ad eum qui יִתְעַל בְּסִרְיֹנוֹ aſcendet cũ lorica ſua. Expoſitores exponunt אֵלֶיהָ ad eã. i. ad Babél, trahet trahens arcum ſuũ. Ionathán interpretatus eſt לָא non, acſi fuiſſet אַל, quod eſt ne, & non. quanquã nõnulla exẽplaria ipſius Tharghũ habent לָה cum ה in fine. i. ad eã. Ponitur etiã אֶל pro מִן à, ab, de. Gen. 41. 57, בָּאוּ מִצְרַיְמָה לִשְׁבֹּר אֶל־יוֹסֵף venerũt in AEgyptũ, vt emerẽt à Ioſéph. Dici tamen poteſt quòd hic eſt verborum ordo, venerunt ad Ioſéph vt emerent, &c. & hoc eſt rectum. Et Iechez. 16.29, multiplicaſti fornicationes tuas אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן præ terra Chenáhan. Quanquã & hoc recte exponitur ad, & ita habet Tharghũ, multip. for. tuas, vt coniungeres te ad populum (vel populo) Chenáhan. 1. Regum 8.30, exaudies אֶל (pro מִן) de loco habitationis. Tharghũ & R.D. Item etiã pro עַל ſuper. Irm. 50.18, Viſito אֶל־מֶלֶךְ ſuper regẽ Babél. 1. Sem. 26.14, quis tu qui clamaſti אֶל־הַמֶּלֶךְ ſuper regẽ? Nõ enim clamabat ad regẽ, ſed ad Abnér. acſi dicat, quis es tu qui vocaſti me voce grandi ſuper regem, nõ veritus excitare eũ à ſomno ſuo, dum vocas me? Nõnunquã & vice עִם cum. Gen. 49.28, אֶל־אֲבֹתָי cum patribus meis. Præterea loco ב deſeruiẽtis, pro in, inter. Gen. 49.29, אֶל־הַמְּעָרָה in ſpelũca.

Et loco ב pro cum. 2. Semuelis 18.27, וְאֶל בְּשׂוֹרָה טוֹבָה & cũ nuntio bono veniet. Et loco אֶת, quod eſt nota caſus accuſandi, vt Pſal.2.7, Narrabo אֶל־חֹק præceptũ. quanquã ſunt qui exponũt Dei præceptũ. Iudi.7.25, Et perſecuti ſunt אֶל־מִדְיָן Midián. Ponitur & vice בַּעֲבוּר propter. Gen.20.2, Et dixit Abrahám אֶל־שָׂרָה אִשְׁתּוֹ propter Saráh vxorẽ ſuã: ſecundum R.D. in lib.rad. Vel עַל־שָׂרָה ſuper Saráh, R.Selomo, & R.Abrahám. אֱלֵי Capitur pro אֵצֶל apud. Iiób 29.17, אֱלֵי־מָיִם ſecus (ſiue apud) aquas. י eſt loco ה vltimæ literæ radicalis: vel eſt nota pluralis, quod vtplurimum deficit. Et cum pronominibus, א eſt cum ſeri, exceptis pronominibus ſecundæ & tertiæ perſonæ pluralis, quæ ſunt cum chateph patách, vt Geneſ.15.4, אֵלָיו ad eum. Et 19.9, אֲלֵיהֶם ad eos. Pſal.2.4, אֵלֵימוֹ ad eos. Gen.19.7, אֲלֵיכֶם ad vos. אֵל, Fortis, Deus: Require in אַיִל.

אָלַהּ A quo אֱלוֹהַּ, Dii, aut Deus, Iudex, Angelus. & eſt ſemper pluralis numeri, præterquã in vno loco contemptus gratia, Chab.1.10, Iſta potentia eius לֵאלֹהוֹ deo eius. Iiób.12.4, Clamãs לֶאֱלוֹהַּ ad Deũ. Gen.1.1, creauit אֱלֹהִים Deus cælũ. Exo.21.6, אֶל־הָאֱלֹהִים ad deos. i. iudices. & ſic habet Tharghum, דַּיָּנַיָּא iudices. Et 22.26, אֱלֹהִים iudicibus non maledices: Tharghũ ſimiliter דַּיָּנַיָּא. Pſal.82.2, In medio אֱלֹהִים יִשְׁפֹּט angelos iudicabit, vt R.Abrahám: at vt R.D, iudices. Et 138.1, Corã אֱלֹהִים אֲזַמְּרֶךָּ angelis pſallã tibi, R.Abrahám: R.D, iudicibus. Et 8.6, Minuiſti eum מְעַט מֵאֱלֹהִים modicũ ab angelis. Tharghum. R.D. In regimine. Gene.9.26, אֱלֹהֵי שֵׁם Deus Sem. Exo.20.22, אֱלֹהֵי כֶסֶף וֵאלֹהֵי זָהָב deos argẽteos, & deos aureos. Numeri 23.25, בֵּאלֹהָיו in diis ſuis.

אָלוֹ Vide poſt אֶל

אלח Nõ inuenitur niſi in Nifhál. Iiób.15.16, וְנֶאֱלָח & fœtebit.aut putreſcet.Dicitur per tranſpoſitionem literarum ab חָלָא.

אלי Vide אָלָה,Iurauit.

אלם Secundum diuerſas formas multa ſignificat. In Pihél אִלֵּם,Ligare manipulos: cuius participium habes Geneſ.37.7,Et ēcce nos מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים manipulantes manipulos (ſi ita fas eſſet Latinè loqui) id eſt,colligãtes manipulos. Hinc nomen אֲלֻמָּה,Manipulus,faſciculus: & in plurali eſt ſecũdum formam maſculeã אֲלֻמִּים:& fœmineã אֲלֻמּוֹת.Gene.37.7,אֲלֻמֹּתֵיכֶם,manipuli veſtri. Ab hoc,ſecundũ aliquos,nomen cum quinq; punctis אֵלֶם,Cõgregatio,multitudo.Pſal. 58.2,Nũ vere אֵלֶם multitudo(aut congregatio) iuſtitiã loquemini? Et in Nifhál נֶאֱלַם,Obmuteſcere.Ieſa. 53.7,Corã tondẽte ſe נֶאֱלָמָה obmutuit. eſt præteritum, & longum.Pſal.31.20,תֵּאָלַמְנָה obmuteſcent. Et nomen אֵלֶם cum quinque punctis,de quo dictum eſt,poteſt eſſe huius ſignificantiæ, & ſic Pſal.56.1, Super columbã אֵלֶם muti,vel mutá.R.Ionáh,ſuper columbam אַרְמוֹן palatii.Verũ R.D,mutã exponit,quòd Dauid inter Peliſtim fuerit tanquam mutus . Et 38.18, וּכְאִלֵּם & ſicut mutus. Ab hoc fit & אַלְמָנָה,Vidua:ſic appellata,quòd viro mortuo non valeat loqui & litigare.נ eſt noſépheth.Thren.1.1,Fuit כְּאַלְמָנָה ſicut vidua. Ieſah. 13.21,בְּאַלְמְנוֹתָיו in ædibus(vel palatiis)eius.Vbi ל ponitur vice ר,acſi ſcriberetur אַרְמְנוֹתָיו.Et ſic Iechez.19.7,Et cõtriuit אַלְמְנוֹתָיו palatia eius. & hoc ſecundum R.Ionáh. R.verò D.in lib.rad.negat ל mutari in ר,quia nõ permutantur niſi literæ אֲהוִי.Vnde exponit,viduæ eius: &

appellauit vrbes deſolatas, viduas, vt Thre.1.1, fuit tanquam vidua, domina Gentium. Nam cum ciuitas eſt plena populo, eſt veluti mulier habens maritum: ſed deſtructa, eſt inſtar viduæ. Et ſubſtantiuũ, אַלְמְנוּת, Viduitas. Geneſ.38.18, בִּגְדֵי אַלְמְנוּתָהּ veſtibus viduitatis ſuæ. Ieſa.54.4, & opprobrii אַלְמְנוּתַיִךְ viduitatũ tuarũ.

Alia forma. Ieſah.47.9, וְאַלְמוֹן & viduitas. Nomen tóar. Irme.51.5, כִּי לֹא־אַלְמָן quia nõ viduus (aut viduatus) Iſrael. Ab hoc etiã אַלְמוֹנִי, is cuius nomẽ reticetur: & ſic פְּלוֹנִי cuius nomẽ eſt occultũ. Ruth.4.1, שְׁבָה־פֹּה פְּלֹנִי אַלְמֹנִי ſede hic talis talis. Vel vocatur אַלְמֹנִי is cuius vxor eſt mortua. ſed prius eſt rectũ: quia dicitur & de loco cuius non memoratur nomen. 2.Reg.6.7, אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי ad locũ talem talem. vel potius, talis talis: quia מְקוֹם eſt in regimine genitiui: & ſic dictiones illæ non ad locum, ſed ad loci dominum, referuntur.

Eſt & dictio vna ex vtraque compoſita. Daniel 8.13, & dixit vnus ſanctus לַפַּלְמוֹנִי הַמְדַבֵּר tali loquenti. Ab hoc & אוּלָם, Profecto, vere, verũtamẽ. Iiób.2.4, אוּלָם שְׁלַח Verũtamen extẽde. Gene.28.19, וְאוּלָם לוּז שֵׁם־הָעִיר & vere Luz nomẽ ciuitatis. Iiób 13.3, אוּלָם אֲנִי vere (aut veruntamen) ego. Significat & porticum, ſeu veſtibulum. R.D. in lib. rad. dicit quòd eſt domus ſicut יָצִיעַ: vel eſt כִּפָּה teſtudo, fornix, quam vocant בּוֹלְטָא voltã. 1.Reg.6.3, וְהָאוּלָם Et porticus. Item 7.8, כָּאוּלָם ſicut palatium.

Alia forma, אֵילַמָּה, Veſtibulũ. Ieche.40.30, וְאֵילַמּוֹת. Et genere maſculeo אֵילָם. Ieche.40.20, & 21, וְאֵילַמָּו & וְאֵילַמָּיו.

Illud autem Pſal.73.4, וּבָרִיא אוּלָם, R. Ionáh exponit וּבָרִיא כְּאוּלָם pinguis & fortis ſicut ædes, aut palatiũ. Et aſſimilauit eos palatio, quemadmodum & Pſal. 144.12, Filiæ noſtræ ſicut anguli exciſi inſtar tẽpli. At ſecundũ

R.D, dicitur ab אֵיָל.q.d. & pinguis vel ſana fortitudo eorum. Inuenitur & cum ה noſepheth, Iechez.40. 15, אֵלֵיחַמָּה. R.D.in comment.

אלון ſiue אֵילוֹן, require in אֵיָל.

אלן A quo fit אַלּוֹן, Pinus, vt nónulli exponunt. Secundum Ionathán in Tharghum, eſt caſtanea arbor. Iechez.27.6, כְּאַלּוֹנִים ſicut pinus, vel quercus.

אלף Mille. Geneſ.20.16, Ecce dedi אֶלֶף כֶּסֶף mille argēteos. Plurale אֲלָפִים, Num.2.8. Et duale אַלְפַּיִם duo millia, Num.35.5.1.Semuél 10.19, לְאַלְפֵיכֶם per millia veſtra. אֶלֶף etiam eſt familia: ſic appellata quòd millia, id eſt multi, vel mille ſint in ea. Et inuenitur cum pronomine, Iudicum 6.15, הִנֵּה אַלְפִּי familia mea. quanquam (vt refert R.D.in lib. rad. & in comment.) ſunt qui exponunt אָבִי pater meus. quibus aſtipulatur quod ſequitur, Et ego minimus in domo patris mei: quòd pater videlicet ſit velut dux, & doctor filiorum, ac totius familiæ. Nam & אַלּוּף eſt princeps, dux, dominus, magnus, maior. Et ſic exponunt illud Iehoſ.18.28, וְצֵלַע הָאֶלֶף & latus magnum. ſed ſecundum R.D, in commen. ſunt nomina duarum vrbiũ. אֶלֶף quoq; eſt bos. Pſal.8.6, וַאֲלָפִים & boues. Alia forma & eadem ſignificatione אַלּוּף. Pſa.144.14, אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים boues noſtri onerati. i. pingues. Et Irm.11.19, וַאֲנִי כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף, Et ego velut agnus & bos. deficit enim ו: vel deficit כ.q.d. ſicut agnus, ſicut bos. Sũt tamẽ qui exponũt magnus, aut maior: quibus aſtipulatur Tharghú Ionathán habens בְּחוּר electus. Zecha.9.8, וְהָיָה כְּאַלֻּף & erit ſicut dux. Irm.13.21, אַלֻּפִים duces. Gen.36.15, אַלּוּף תֵּימָן dux Temán. Verbum ex hifhil ab אֶלֶף mille. Pſal.

144.13, צאנֵנוּ מַאֲלִיפוֹת oues nostræ millesicátes, (ita mihi loqui liceat).i. pariétes millenos, siue ad milliaria.

In cal, אָלַף, Discere. Prouerb.22.22, פֶּן־תֶּאֱלַף אֹרְחֹתָיו ne forte discas vias eius. In pihél. אִלֵּף vel אַלֵּף, Docere, Iiób 35. 10, מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ Qui docet nos. R. D. in Michlól, & in lib. rad. Et 33.32, וַאֲאַלֶּפְךָ חָכְמָה & docebo te sapientiã. Ab hoc verbo deducũt nomen תַּלְפִּיּוֹת pro תַּאַלְפִּיּוֹת. caret enim א, leniendi gratia, inquit R.D. in lib.ra.& secundũ R.Ionáh, ת ponitur vice א, hoc est אַלְפִּיּוֹת. Cant.4.4, Sicut turris Dauid collum tuum, ædificata לְתַלְפִּיּוֹת ad docendum transeuntes. quòd turris alta, doceat vias ipsos transeuntes, Vide תָּלַל.

אלץ In Scriptura semel tantum legitur in pihél. Iudic.16.16, וַתְּאַלְצֵהוּ & molestaret eum. vel, opprimeret eum.

אם Si: & cum לא, Nisi. Leuit.1.10. וְאִם, & si de, &c. Genes. 34.17, וְאִם־לֹא תִשְׁמְעוּ אֵלֵינוּ, Et si non (vel nisi) obtemperaueritis nobis, &c. Et 28.15, עַד אֲשֶׁר אִם־עָשִׂיתִי donec, nisi fecero quod locutus sum. Sufficiebat alterum, donec fecero, vel nisi fecero: sed explicandi gratia posuit vtrunque. Est & interrogatiua particula, Nunquid, vel num, an, vtrum. Exod.17.7, vtrũ sit Dominus in medio nostri אִם־אַיִן an nõ. Iiób 6.5, אִם יִנְעֶה־שּׁוֹר num rugiet bos. Assumit interdum ה in principio quod est similiter interrogantis particula, vt Nume. 17.12, הַאִם nunquid consumendi, &c. Ponitur & vice כַּאֲשֶׁר Quum, siue quando. Genes.38.9, אִם־בָּא quum (siue quando) ingrediebatur. Ponitur & vice אֲשֶׁר. Gen. 24.32, non comedã עַד אִם־דִּבַּרְתִּי דְּבָרָי donec (quoad, vsquequo) loquar verba mea. Iechez.20.38, וְאַחַר אִם & postquã non, &c. Item vice אֱמֶת Vere. Psal.59.16,

אִם־לֹא יִשְׂבָּעוּ vere non ſaturabuntur. Iiób 22. 20, אִם־לֹא נִכְחַד vere ſucciſa eſt. Quæ hac ſignificantia capiuntur, ſunt veluti defectiua ab אָמֵן, ſicut & אֱמֶת, vt ſuo dicam loco. Eſt etiam iurātis particula, quemadmodum dicere conſueuerunt homines, Sit ſic & ſic, ſi fecero hoc: vt Pſal. 89. 34, אִם־לְדָוִד אֲכַזֵּב Si Dauidi mentiar.

Si præponatur ei כִּי, ſignificat niſi, ſed, vt Pſal. 1. 2, כִּי אִם־בְּתוֹרַת ſed in lege, &c. Gen. 32. 26, non dimittam te, כִּי אִם־בֵּרַכְתָּנִי niſi benedixeris mihi.

אם Cum ſeri, Mater. 1. Reg. 2. 18, וּלְאֵם & matri. Gene. 2. 24, וְאֶת־אִמּוֹ & matrē ſuam. cū daghés loco hannách, vel quia radix eſt אָמַם teſte R.D. Plurale אִמּוֹת. Thren. 2. 12, לְאִמֹּתָם matribus eorum, vel ſuis. Ab hoc אֻמָּה, Familia. Num. 25. 15, Caput אֻמּוֹת familiarū. Gen. 25. 16, לְאֻמֹּתָם per familias ſuas. Et אוֹם, Gens. Pſal. 117. 1, omnes הָאֻמִּים populi. vel gentes. Et 44. 2, Malefeciſti לְאֻמִּים populis. ל enim deſeruit. Illud etiā Cant. 3. 10, שֶׁעִטְּרָה־לּוֹ אִמּוֹ quo coronauit eum mater ſua: quāquam eſt cum chiric, metaphorice tamen per matrem Selomóh, intelligitur Iſraél, cuius rex Selomóh, eſt Deus: acſi dicat, quo coronauit eū אֻמָּתוֹ gēs eius. Illud quoque Irmeiáh 15. 8, Introduxi eis עַל־אֵם ſuper matrem. Tharghū exponit סִיעַת cœtum, ſiue congregationem:

Medium quoque viæ, quòd reſpiciāt ad ipſum hinc inde viæ, tanquā ad matrē, appellatur אֵם. Iechez. 21. 26, ſtetit rex Babél אֶל־אֵם הַדֶּרֶךְ in medio viæ. Et ſic ciuitas magna appellatur אֵם. 2. Semuél 20. 19, וְאֵם בְּיִשְׂרָאֵל & matrem in Iſraél: quòd comparatione paruarum ſit tanquā mater, & illæ tanquā filiæ. Hinc fit אַמָּה, Cubitus, Gen. 6. 15. Irme. 51. 13, אַמַּת בִּצְעֵךְ cubitus (vel mēſura) deſiderii tui. vel oppreſſionis tuæ, aut auaritiæ tuæ.

Deuter.3.11, בְּאַמַּת־אִישׁ in cubito (.i.ſecundú cubitum) viri. Plurale אַמּוֹת Cubiti,Iechez.42.4. Duale,אַמָּתַיִם duo cubiti,Exo.25.8. Significat etiam אַמָּה Poſtem. Ieſah.6.4, Et mouerũt ſe אַמּוֹת הַסִּפִּים poſtes liminum, ſecundum R.D. exponentem מְזוּזוֹת poſtes. quanquam ſunt qui exponunt teſte eodem, Et mouerunt ſe cubitis(.i.duobus aut tribus cubitis)limina.

אָמָה Ancilla.& ה eſt ſignum fœmineum,cadítque ה radicale, teſte R. D. quod apparet in plurali. Geneſ.21.14,לְאָמָה. Exod.2.5,וַתִּשְׁלַח אֶת־אֲמָתָהּ & miſit ancillam ſuã. Sunt qui legunt מ cú daghés, ab אַמָּה quod eſt cubitus, vt ſit ſenſus, Et extendit brachiũ ſuũ. Sic exponit R.Sahadiáh. הָאֲמָהוֹת, Ancillæ, Gen.31.31.

אָמַל A quo אֻמְלָלָה, Infirmus, imbecillis, debilis. Iechez.16.30, מָה אֲמֻלָה לִבָּתֵךְ quàm imbecille (vel debile)eſt cor tuum. vt plurimum ל geminatur. Pſal. 6.3,כִּי אֻמְלַל אָנִי, quoniam infirmus(aut imbecillis)ſum.

Nomẽ tóar ex puhál, ſi eſt cũ camés: ſed inuenimus illud(inquit R.D.)in multis libris cum pathách,& ſic inueni in Miſráh, quod nõ eſt cũ camés, & ſic eſt præteriti tẽporis,éſtque אֻמְלַל אָנִי vt illud Iechez.9.8,quum percuteret eos,וְנֵאשֲׁאַר אָנִי, relictus ſum ego. tertia perſona pro prima. Et R. D. dicit quòd אָנִי, eſt ſicut עַצְמִי ſubſtãtia mea. Et ſic Num.14.14,נִרְאָה אַתָּה, appares(vel videris) tu Domine. R.Iahacób filius Elhazár ſcripſit nomen eſſe tóar, quanuis ſit cum pathách, ſicut & illud Ieſa.28.16,הִנְנִי יִסַּד, ecce ego fundo in Siión,&c. Hoſe.4.3, וְאֻמְלַל כָּל־ & infirmabitur(vel imbecillis erit, debilitabitur, aut ſuccidetur)omnis,&c. Præteritũ ex puhál, quia eſt cũ pathách. Ioel 1.10, אֻמְלַל יִצְהָר infirmatũ eſt(vel ſuccisum eſt)oleum. Thre.2.8, אֻמְלָלוּ debilitati ſunt

ſunt.vel ſucciſi.Ieſah.24.4,אֻמְלְלָה.&1.Sem.2.5, אֻמְלָלָה infirmata eſt.cum camés ob athnách & ſoph paſſuc.

אמן Vnde verbum ex hifhil הֶאֱמִין,Credidit,fiſus eſt. Gene.15.6, וְהֶאֱמִן בַּיהוָה & credidit in Domino.1. Reg.10.7.וְלֹא־הֶאֱמַנְתִּי לַדְּבָרִים & non credidi verbis.Pſal. 119.66,כִּי בְמִצְוֹתֶיךָ הֶאֱמָנְתִּי quia in præceptis tuis credidi. Pſal.106.24, לֹא הֶאֱמִינוּ לִדְבָרוֹ non crediderunt verbo eius.Deu.1.30,מַאֲמִינִם בַּיהוָה credidiſtis in Domino. deficit י ante ם finale. Deuter.28.64,וְלֹא תַאֲמִין בְּחַיֶּיךָ & non credes in vita tua.vel,nō fides vitæ tuæ. In nifhál,ſignificat firmum,ſtabilem,permanentem,perſeuerantem,fidelem, & fortē eſſe.2.Sem.7.16,וְנֶאְמַן בֵּיתְךָ & ſtabilietur domus tua.א eſt cum ſeua tātum. Pſal.78.36, וְלֹא נֶאֶמְנוּ בִּבְרִיתוֹ & non fuerūt fideles (vel fortes aut ſtabiles,ſiue non perſeuerauerūt)in pacto eius.Irm.15.18, מַיִם לֹא נֶאֱמָנוּ aquæ quæ nō ſtabiles fuerūt.vel permanſerūt.1.Reg.8.26, יֵאָמֶן נָא דְבָרְךָ ſtabiliatur quæſo verba tua.i. vnumquodque verborū tuorum.2.Paral.20.20, וְתֵאָמֵנוּ & permanebitis.vel ſtabiles, & firmi, fortéſque eritis.Gen.42.18,וְיֵאָמְנוּ דִבְרֵיכֶם & ſtabilientur(vel cōfirmabūtur)verba veſtra. Alia ſignificatione,Ieſa.60.4, וּבְנֹתַיִךְ עַל־צַד תֵּאָמַנָה & filiæ tuæ ad latus educabūtur.ſiue nutriētur.נ ſignū pluralis,ſecundū normā debuerat daghesſari ob defectū נ literæradicalis,teſte R.D.in lib. ra.& in commen.Vel dic ſecūdum R.Ioſéph Kimchi, quòd eſt ſingularis numeri,& נ eſt radicalis litera, & ה noſéphet: acſi dicat,Et filiæ tuæ,hoc eſt vnaquæque filiarum tuarum,educabitur, &c. Sic etiā redundat ה in תָבוֹאָה. Ieſah.5.19,וְתִקְרַב וְתָבוֹאָה עֲצַת & appropinquet, & veniat conſilium. Tóar,נֶאֱמָן,Fidelis,ſtabilis,firmus, perſeuerās,verax.Num.12.7,In omni domo mea נֶאֱמָן

הוּא fidelis est.1.Semuél 2.34,ædificabo ei domum נֶאֱמָן fidelem.vel stabilem,siue firmã. Iesa.8.2,Testes נֶאֱמָנִים fideles.Et 33.16,Aquæ eius נֶאֱמָנִים fideles.vel potius stabiles,aut perseuerãtes. Deut.28.57,infirmitates malas וְנֶאֱמָנִים & fortes. aut perseuerantes & iuges.Iiób 12.20, remouet labiũ לְנֶאֱמָנִים fidelibus. aut veracibus,secundũ R.Ionáh. sed R.D, exponit oratoribus,à נְאֻם quod est dicere,loqui. Hose.5.9,Scire feci נֶאֱמָנָה verax.i.verbum verax. Alia forma.Psal.31.23,אֱמוּנִים נֹצֵר יְהוָה fideles(vel veraces)custodit Do. Secundũ eandem formã est nomẽ substantiuũ, pro veritate,& fidelitate secundum eũdem R.D. Prou.20.6,וְאִישׁ אֱמוּנִים & virum veritatum.siue fidelitatum. i.veracem, aut fidelem.

Secũdum formam fœmineam,אֱמוּנָה, Veritas,fides, fidentia. Deu.32.4,אֵל אֱמוּנָה Deus veritas. 2.Reg.12.14, בֶּאֱמֻנָה in fide ipsi faciunt.מ cum tribus punctis.Chab. 2.4,iustus בֶּאֱמוּנָתוֹ in fide sua,viuet. Ab hoc אֵמוּן,siue אֵמֻן sine ו. Deutero.32.19, filii לֹא־אֵמֻן בָּם non veritas(vel fides)in eis.i.filii in quibus nõ est fides, aut veritas:vel secundũ R.Ioseph Kimchi,educatio. Ab hoc & אֱמֶת, Veritas:quod secundum normam debuerat esse אֱמֶנֶת, sed est sine נ leniendi gratia:sicut & בַּת,pro בֶּנֶת.Et אֱמֶת iunctum pronominibus daghessatur . Psal.91.4, אֲמִתּוֹ & veritas eius. Ab hoc & אָמֵן,Vere,aut veritas:particula ad confirmandum aliquid. Deute.27.16,Et dicet omnis populus אָמֵן amen. i.veritas erit hoc,quòd erit maledictus quisquis transgressus fuerit vnum ex his. Et est dictum per modum orationis : vel per modum receptionis,quia recipiebant super seipsos maledictionem, si transgressi fuissent. Hinc & אָמְנָה,א cũ camés chatéph.Gene.20.12,אָמְנָה אֲחֹתִי vere soror mea.i.veri-

Eſt autem אֵת articulus accuſandi caſus, ſæpius: ſiue nominandi, perſonam notans patientem. Nam ſi dixeris רְאוּבֵן הָרַג שִׁמְעוֹן, ignoratur quis fuerit occídens, aut occiſus. at ſi dixeris רְאוּבֵן הָרַג אֶת־שִׁמְעוֹן Reubén occidit ipſum Simhón, liquet per dictionem אֶת, Simhón fuiſſe occiſum. Sed quando perſona agens, & patiens eſt manifeſta, nõ eſt opus dictione אֶת: quòd ſi addatur, fit ad maiorem declarationem. vt Deute.4.32, לְמִן־הַיּוֹם אֲשֶׁר בָּרָא אֱלֹהִים אָדָם à die qua creauit Deus hominem. Quanuis ad maiorẽ expreſſionem, ac declarationẽ dixerit Gen.1.1, In principio בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ creauit Deus cælum & terram. Illud 2.Semu.3.29, Et Ioáb, & Abiſái frater eius occiderunt לְאַבְנֵר Abnér: niſi additũ fuiſſet ל vice אֶת, fuiſſet anceps. Exod.10.7, וַיּוּשַׁב אֶת־מֹשֶׁה וְאֶת־אַהֲרֹן אֶל־פַּרְעֹה & redire iuſſus eſt Moſéh, & Aharón ad Parhóh. vbi verbum eſt ſingularis numeri, quia iungitur cum אֶת, acſi dicat, עֶצֶם ipſemet Moſéh, & Aharón: & ipſa dictio אֶת comprehendit vtrunque, quãuis dixerit וְאֶת־אַהֲרֹן. Num.26.55, יֵחָלֵק אֶת־הָאָרֶץ diuidetur terra. Irme.38.4, יוּמַת נָא אֶת־הָאִישׁ הַזֶּה moriatur nunc vir iſte. In multis præcedit ipſum agentem res quæ patitur. tũc non eſt opus apponere ipſum אֶת,

737

neq; cũ res eſt clara, vt dictũ eſt. Ieſa.5.24, כֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ וַחֲשַׁשׁ לֶהָבָה יִרְפֶּה quẽadmodũ cõſumit ſtipulã lingua ignis, & quiſquilias flamma diſſoluet, &c. Et 64.2, מַיִם תִּבְעֶה־אֵשׁ aquas feruere faciet ignis. Iiób 14.15, אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם lapides excauarũt aquæ. Iehoſ.2.4, accepit mulier אֶת־שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַתִּצְפְּנוֹ ambos viros, & abſcondit eum.i. vtrunque eorum: quia dictio וַתִּצְפְּנוֹ cadit ſuper אֶת quæ vtrunque comprehendit. Et 2. Regum. 9.25, אֲנִי וָאַתָּה אֵת רֹכְבִים ego & tu equitantes. acſi dicat, Ambo nos pariter equitantes. Vel אֶת ponitur pro עִם, cum equitantibus. Interdum redundat. Irme.2.37, מֵאֵת זֶה, pro מִזֶּה hinc. Interdum ponitur vice מִן, A, ab, ex, de. Geneſ. 44.4, egreſſi erant אֶת־הָעִיר de vrbe. Iechez. 6.9, Contritus ſum אֶת־לִבָּם à corde eorum. Et loco עִם, Cum. Ieſah.28.15, אֶת־מָוֶת cũ morte. Et 40.13, אֶת־מִי נוֹעָץ cum quo iniit conſilium. Nechem.9.34, וְאֶת־מְלָכֵינוּ & reges noſtri. vel, & cum regibus noſtris, &c. 1. Semu.17.33, וּבָא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב & veniebat leo & vrſus. vel, & cum vrſo.

Etiam vice אֶל, Ad: & loco ל quod eſt ad, ſignũ datiui caſus. Leuit.13.48, & oſtendetur אֶת־הַכֹּהֵן (pro לְהַכֹּהֵן) ſacerdoti. Iiób 26.4, אֶת־מִי הִגַּדְתָּ (pro לְמִי) cui annuntiaſti ſermones. Leuiti. 16.15, וְעָשָׂה אֶת־דָּמוֹ כַּאֲשֶׁר עָשָׂה לְדַם הַפָּר (pro לְדָמוֹ) Et faciet ſanguini eius, quẽadmodũ ſanguini iuuẽci. Ieche.21.25, אֵת רַבַּת בְּנֵי־עַמּוֹן וְאֶת־יְהוּדָה ad Rabbath filiorum Hammón, & ad Iehudáh. Ponitur & vice עַל, Super, aduerſus. Irm.15.11, אֶת־הָאֹיֵב aduerſus inimicum. Ex hoc fiunt pronomina paſſiuæ ſignificationis frequentius, אוֹתוֹ Ipſum, אוֹתְךָ Te: & in ſoph paſſúc & cum athnách אוֹתָךְ, &c. Deuter.34.6, וַיִּקְבֹּר אֹתוֹ & ſepeliuit eũ. R.D. in lib.rad. exponit עַצְמוֹ ſemetipſum: quia ipſe Moſéh ſepeliuit ſeipſum. at ſecundum doctores

ctores Hebræos,(vt ipſe teſtatur)exponit de Domino, quòd illum Dominus ſepelierit. nam Domino iubēte aperuit ſe terra coram eo, & poſuit ſe in ea,& obiit: & clauſit ſe terra, vnde eius neſcitur ſepulchrū. Alii etiā ex doctoribus Hebræis priori modo exponunt, Et ſepeliuit ſeipſum, vt R. Iſmaël. Et ſic Nume.6.13, יָבִיא אֹתוֹ adducet ſeipſum ad oſtium tabernaculi. Item 7.82, בְּיוֹם הִמָּשַׁח אֹתוֹ in die qua vngetur ipſemet. Poteſt etiam exponi ſecundū R. Dauid, Adducet eū, nempe ſacerdos.

Ponitur item pro, Cum eo, ſicut & אֶת vice Cum, aliquando ponitur. vt Gen.17.22, וַיְכַל לְדַבֵּר אִתּוֹ & compleuit loqui cum eo. 1. Regum 22.6, וְנִדְרְשָׁה מֵאוֹתוֹ & (pro vt) requiramus à cum eo. i. ab eo qui eſt cum eo. vel, ab eo: & ſic ſequenti verſu, Vt inquiramus Dominū מֵאֹתוֹ ab eo. 2. Regū 3.12, יֵשׁ אוֹתוֹ דְּבַר־יְהוָה eſt cum eo verbum Domini. Et Ioel. 2.19, וּשְׂבַעְתֶּם אֹתוֹ & ſaturabimini ex eo.

Et vice עַל, Super. 1. Reg. 9.25, וְהִקְטִיר אֹתוֹ & adolebit ſuper illud. אוֹתְךָ, Te, maſculeum pronomen. Geneſ. 17.2, וְאַרְבֶּה אוֹתְךָ & multiplicabo te. Iechez. 3.27, וּבְדַבְּרִי אוֹתְךָ & cum locutus fuero tecū. Et א cū chiric. Gen. 26. 24, כִּי־אִתְּךָ אָנֹכִי quia tecum ſum. Inuenitur & cum ה in fine, Num. 22.33, אִתְּכָה. Fœmineum eſt אִתָּךְ, quia non inuenitur אוֹתָךְ cū ſeri. Gene. 12.11. אֹתִי, Me. Gen. 15.3. Ieſa. 54.15, אֶפֶס מֵאוֹתִי, præter me. vel abſque me. Gen. 11.8, אֹתָם eos. Exod. 5.18, Et viderūt præpoſiti Iſraël אֹתָם (pro עַצְמָם) ſeipſos. Irm. 4.12, Loquar iudicia אוֹתָם (pro אִתָּם) cum eis. Et 16.8, לָשֶׁבֶת אוֹתָם vt ſedeas cum eis.

Gen. 41.8, nō erat qui interpretaretur אוֹתָם (pro מֵהֶם) ex eis, teſte R. D. & Leuit. 25.46, וְהִתְנַחַלְתֶּם אֹתָם & hæredes eritis de eis. pro eorum. vel, & hæreditatem capietis ab eis pro filiis veſtris. Verbum Hebræū eſt intran-

736

ſitiuum ſecundum omnes grámaticos. Idem ſignificat אֶתְהֶם, Gen.31.53, וַיְבָרֶךְ אֶתְהֶם & benedixit eos. Inuenitur etiam vno duntaxat in loco אוֹתְהֶם, Iechez.23.45.

אִתָּךְ, Tecum, Gen.26.24. Hinc pronomen demonſtratiuum אַתָּה, cum patháchi & camés, & cum daghés, teſte R. Abrahám in comment. propter defectũ נ, quia venit ab אֲנִי quaſi אַנְתָּה. Pſal.119.4, אַתָּה צִוִּיתָה tu præcepiſti. In tribus locis, teſte R.D. in Michlól, venit אַתְּ quod aliâs eſt fœmineũ pronomẽ, pro אַתָּה maſculeo. Num.11.15, אַתְּ־עֹשֶׂה לִּי, tu facis mihi. Deu.5.26. & Ieche. 28.12. Sunt etiam quinque quæ ſunt ſcripta ſine ה in fine: vt Iiób 1.10, הֲלֹא אַתָּ שַׂכְתָּ nónne tu vallaſti, &c. Fœmineũ ſemper eſt ſine ה in fine. Gen.12.10, יְפַת־מַרְאֶה אָתְּ, pulchra viſu tu. 2. Reg.4.16, אַתְּי. ſcribitur cum י, & legitur ſine י. Hinc & אֵת, Ligo, aut marra. 1. Semu.13. 21, וְלָאֵתִים & ligonibus. Et cum daghés loco hannách. Ieſah.2.4, לְאִתִּים in ligones.

אתה Venit, Ieſa.21.12, אָתָא בֹקֶר venit mane. Irme.3. 21, אָתָנוּ לָךְ venimus ad te. Ieſa.21.14, הֵתָיוּ veni te. ה ponitur vice א. & ſic eſt cum א verſu præcedenti, אֵתָיוּ venite. Et deficiente ה, & quieſcente א, Ieſah.41.25, וַיֵּתֵא & venit. Et cum א in fine vice ה, Deuter.33.21, וַיֵּתֵא & venit, pro וַיֶּאֱתֶה. Et א quieſcente, Micha.4.8, תֵּאתֶה veniet. Ieſah.41.23, הַגִּידוּ הָאֹתִיּוֹת annũtiate quæ veniunt. pro, ventura ſunt.

אתיק Vide נָתַק. **אתנן** Vide in תָּנָה.

אתן Vnde אָתוֹן, Aſina. Nume.22.23 & 30. Gene.49. 11, אֲתֹנוֹ aſinam ſuam.

אתרים Vide תּוּר.

DICTIONES QVAE TRES EXcedunt literas.

אַבְנֵט Baltheus, cingulum feminum. Iesah.22.21, וְאַבְנֵטְךָ.Exod.28.38,אַבְנֵטִים cingula.

אֲבַטִּחִים Vide בָּטַח. **אֲבַעְבּוּעֹת** Vide בָּעָה.

אֲרִיאֵל Vide אָרָה.

אֶרְאֵל Angelus,Magnus,fortis.Iesa.33.7,הֵן אֶרְאֶלָּם Ecce angelus eorum clamauerũt foris.pro, angeli eorum: singularis numerus pro plurali. nõ est enim numeri pluralis deficiente י, vt quidam putauerunt: quia ל esset cum chiric,& non cum camés. Vnde & R.D. in lib.ra.exponit הַמַּלְאָךְ שֶׁלָּהֶם angelus eorum. Et radix, & significatio est ferè eadem cum אֲרִיאֵל. Et doctores Hebræorum hoc nomine angelos sanctos vocant,ob eorum multã magnitudinem. R.Adonim exponit אֶרְאֶה לָהֶם ostendam eis.sicut & illud 1. Reg.19. 21,& cum instrumento bouis בִּשְּׁלָם הַבָּשָׂר coxit eis carnem.Et sic scripsit R.Ioséph Kimchi,Et ostendam eis (.i.Israeli)afflictiones, vt clamẽt foris. Et angeli pacis (siue nũtii pacis, qui vẽturi sunt verbis pacificis)amarè flebunt, Dissipatæ sunt semitæ,&c. Et R.Abrahám auenhezra exponit quòd est Ierusaláim . Nam sic appellatur Iesah.29.1,Væ Ariél,Ariél. Quando enim videbunt Ierusaláim destructam,tunc clamabunt foris.

אַרְגַּז Arca,capsa.1.Semu.6.8.בָּאַרְגַּז in arca.

אֲגַרְטָל Vas in quo ponitur aqua ad lauandum manus,vt pollubrum,quod bacile vocát, Hezræ 1.9,אֲגַרְטְלֵי.

אֲדַרְכֹּן Genus monetæ notæ apud eos, inquit R. D.1.Paralip.29.6,וַאֲדַרְכֹנִים.& Hezræ 8.27.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים Principes magni qui manent iugiter ante regem, & eius vident faciem:& ſecūdum R.Ioſéph Kimchi,eſt dictio cōpoſita ex אַחַשׁ, quod lingua Aramæa (.i.Syra, ſiue Chaldæa)eſt magnus:& דַּר manere,& פָּנִים facies. Eſtér 3.12, אֶל־אֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי־הַמֶּלֶךְ ad principes(vel ſatrapas)regis.

אֲחַשְׁתְּרָנִים Muli.R.D. dicit eſſe animalia magna,& honorabilia ex duabus ſpeciebus,equa & aſino.Eſtér 8.10,הָאֲחַשְׁתְּרָנִים.Mox ſequitur,בְּנֵי הָרַמָּכִים filios equarum. Nam equus lingua Harabica vocatur רַמְּכָא. Dictio cōpoſita ex אַחַשׁ magnus, & תְּרֵין duo,& ים ſigno plurali.

אֶלְגָּבִישׁ Lapis grádinis magnus. Ieche.13.11. Require in גָּבַשׁ.

אַרְגָּמָן Purpura, color rubeus (inquit R. D.) qui vocatur כַּרְמַן cremeſinus. Exod.25.3. Venit & cum ו loco ם.2. Paralip.2.7,וּבְאַרְגְּוָן. Tharghum pro argamán,habet אַרְגְּוָונָא. At Rab. Sahadiáh dicit quòd תּוֹלַעַת שָׁנִי vocatur carmez.i.carmeſinus color: quod ſi ita eſt,argamán eſt color rubeus alius, & dicūt(inquit R.D.) quòd eſt color quem vocant לַכָּא, & in Harabico vocatur אַרְגְּוָאן.ſic R.Ionáh.

ב



Litera interdum est radicalis & substātialis, interdum deseruiens. Plerunque causam notat materialem, significans ē vel ex: vt Exo. 38.7, בְּמַרְאֹת ē speculis. & sic ponitur vice מִן De, ex, ē, vt Leu. 8.32, Quod superest בַּבָּשָׂר de carne. Exod. 12.45, non comedet בּוֹ ex eo. Ponitur vice עִם, Cum. Iesah. 7.24, בַּחִצִּים וּבַקֶּשֶׁת cum sagittis & arcu. Et vice Pro, vel propter. Gen. 18.28, בַּחֲמִשָּׁה propter quinq;. Et vice עַד, Vsq; ad. Psal. 36.6, בְּהַשָּׁמַיִם חַסְדֶּךָ in cælis (pro vsq; ad cælos) misericordia tua. Et vice Adeò vel intātum. Thre. 4.14, בְּלֹא יוּכְלוּ adeo (vel intantum) vt non possent, &c. Itē pro Ad. Leui. 16.22, בַּמִּדְבָּר in (vel ad) desertum. Et vice עַל, Super. Neche. 2.12, Sedebam בָּהּ super eum. Est & iurātis particula. Gen. 22.16, בִּי נִשְׁבַּעְתִּי per me iuraui.

Præcipue significat In, vt Gen. 1.1, בְּרֵאשִׁית In principio. Cū macór, Dum, quū. Deu. 4.45, בְּצֵאתָם quando egressi sunt. Ponitur pro cōtra. Exo. 14.22, pugnat pro eis בְּמִצְרָיִם contra AEgyptū. Et pro Ante, & vice Post, secūdum R. Ionáh. Gene. 2.2, cōpleuit Deus בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי ante diem septimam. Num. 28.26, בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם post hebdomadas vestras. Componitur & cum pronominibus, vt בּוֹ, in eo: בְּךָ, & cum athnách בָּךְ in te. Et cum מוֹ completiua particula. Iiób 37.8, בְּמוֹ־אָרֶב in insidiis.

בָּבַת Nigrū oculi in quo cōspicitur imago, pupilla. Zecha. 2.11, נֹגֵעַ בְּבָבַת עֵינוֹ tangit pupillam oculi eius. Cū vno ב, Psal. 17.8, vt nigrū בַּת־עָיִן pupillæ oculi. Rectum est, inquit R.D. vt dictio sit ex iis quarum se-

734

cunda quæ eſt ו, quieſcit, vt ſit abſolutum בָּכָה inſtar קָמָה à קום: & in regimine בָּכַת. & idcirco in regimine nõ eſt mutatum camés in ſeuá.

בָּא Vide בוא.

בֵּאֵר In pihél, Explanare, exponere. & vice daghés, propter literam gutturalem ב eſt cum ſeri. Deute. 1. 5, בֵּאֵר אֶת־הַתּוֹרָה הַזֹּאת explanauit legem hanc. eſt præteritum. Macór. Deuter. 27. 8, בַּאֵר הֵיטֵב declarando bene. Imperatiuum. Chabbac. 2. 2, וּבָאֵר & explana. Hinc בֵּיאוּר, Explanatio, declaratio: quanquã in Sacris non inueniatur. Ab hac radice fit & בְּאֵר fœm. gen. Puteus. Gen. 21. 28, חָפַרְתִּי אֶת־הַבְּאֵר הַזֹּאת fodi puteũ hunc. Et 14. 11, Et vallis Siddim בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר putei putei bituminis. i. plena puteis bituminis, ſecundum R. D. in lib. rad. at in Michlól ſcripſit poſſe eſſe alterius ſpeciei.

בָּאַשׁ Fœtere, putreſcere. Exo. 7. 21, וַיִּבְאַשׁ הַיְאֹר & fœtuit fluuius. א eſt cũ pathách præter normã, teſte R. D. in Michlól, & lib. ra. In hifhíl. Exo. 16. 24, וְלֹא הִבְאִישׁ & nõ putruit. vel fœtuit. verbũ intranſitiuũ hoc loco. ſic Pſal. 38. 6, הִבְאִישׁוּ. Tranſitiuum, Eccle. 10. 1, זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שֶׁמֶן muſcæ (. i. quælibet muſcarum) mortis putreſcere (vel fœtere) aut exhalare faciet vnguentum. Vide נבע. Exod. 5. 20, הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ fœtere feciſtis odorem noſtrum in oculis Parhóh. Dicẽdum videbatur, in naribus, quæ odorẽ ſentiunt: ſed eſt ſenſus acſi dicat, fœtere feciſtis, &c. vt nos videre nolit, ſicut abominatur homo rem fœtidam, dum non vult eam videre. ſic Geneſ. 34. 29, לְהַבְאִישֵׁנִי. Et 1. Semu. 27. 12, הַבְאֵשׁ הִבְאִישׁ בְּעַמּוֹ fœtere faciẽdo, fœtere fecit populum

ſuum. vel, abominãdo abominatus eſt populum ſuũ. Aut intrãſitiue, abominando abominabilis fuit in populo ſuo. Et in nifhál. 2.Semuél 10.6, כִּי נִבְאֲשׁוּ בְּדָוִד quòd rem fœdã feciſſent contra Dauid. Et in hithpahál.1.Paral.19.6, כִּי הִתְבָּאֲשׁוּ עִם דָּוִיד quòd rem fœdã feciſſent cũ Dauid. Nomen, בְּאשׁ, Fœtor. Hamós 4.10. Alia forma, בְּאֹשׁ, Ioél 2.19, בָּאְשׁוֹ fœtor eius. & Ieſa.34.3, בָּאְשָׁם fœtor eorum. Secundum normam (inquit R.D. in Michlól) א debuerat eſſe cum chólem, & poſuerunt א ſecũdum morem ſuum, & tranſtulerunt punctaturam eius in ב, quia camés chathéph & chólem æquãtur. In alia ſignificatione. Iiób 31.38, בָּאְשָׁה, Labruſca. א eſt cum ſeuá: & eſt ſemen putridum & vile, vua fœtida ac vilis, aut vuæ ſimiles labruſcis. Vel eſt ſpinarũ genus per ſe. R.Sehadiáh exponit vuas malas. Nam Tharghum pro רַע habet בְּאֵשׁ. R. Haii ſcripſit genus fuiſſe vuæ notæ inter cæteras peſſimæ.

בַּג Eſt מַאֲכָל, Cibus. Dani.1.8, בְּפַת־בַּג הַמֶּלֶךְ in buccella cibi regis. Ieche.25.7, וּנְתַתִּיךָ לְבַג & dabo te in cibũ

בָּגַד Præuaricari, trãſgredi, Fallere, fraudare, trãſgredi pactũ ſocii ſui, & mẽtiri ei qui fidebat nobis, Spernere. Malach.2.14, בָּגַדְתָּה בָּהּ præuaricatus es in eã. Pſal.73.14, דוֹר בָּנֶיךָ בָגַדְתִּי generationẽ filiorũ tuorũ ſpreui. Hoſ.5.7, בַּיהוָה בָּגָדוּ in Dominũ præuaricati ſunt. Cõſtruitur etiã cũ מ. Irm.3.19, בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ præuaricata eſt mulier ab amico ſuo. vel contẽpſit amicũ ſuũ. Malach.2.10, מַדּוּעַ נִבְגַּד cur præuaricabimur (pro præuaricamur) vnuſquiſq;, &c. Eſt prima pluralis ex cal, non ex nifhál, vt ſcribit R. Iahacób Elhazár. Nomen cũ ſex punctis, בֶּגֶד, Præuaricatio. Ieſa.24.16, וּבֶגֶד בּוֹגְדִים בָּגָדוּ & præuaricatione præuaricantiũ præuaricati ſunt. Irme.

12.1, בֹּגְדִי בֶּגֶד præuaricantes præuaricationē. Alia forma, בֹּגְדָה: cuius plurale, Sephan.3.2, אַנְשֵׁי בֹּגְדוֹת viri præuaricationum. Nomen tóar fœmineū, בָּגוֹדָה, Præuaricatrix, Irm.3.6 & 9. Secundum normam, ב debuerat esse cum seuá, בְּגוֹדָה, instar גְּדוֹלָה. Nomen aliud cū sex punctis, gen. masc. & fœm. בֶּגֶד, Vestis, vestimentū, pannus. Leuiti.6.27, עַל־הַבֶּגֶד אֲשֶׁר יִזֶּה עָלֶיהָ super vestem, qui aspersit super illam. Et 13.46, וְהַבֶּגֶד כִּי־יִהְיֶה בוֹ & vestis cū fuerit in ea. Et 6.10, וְלָבַשׁ בְּגָדִים אֲחֵרִים & induet se vestibus aliis. Iechez.27.20, בְּבִגְדֵי־חֹפֶשׁ in vestibus libertatis .i. pretiosis quæ libero cōueniunt homini. Psal.45.9, כָּל־בִּגְדֹתֶיךָ omnia vestimenta tua.

בִּגְלַל Vide גָּלַל.

בַּד Linum. Exod.28.41, מִכְנְסֵי־בָד feminalia lini. pro linea. Ieche.9.2, לָבוּשׁ בַּדִּים indutus lineis sub. vestibus. Significat & mēdaciū vel fortē. Iesa.44.25, מֵפֵר אֹתוֹת בַּדִּים, Qui dissipat signa mēdacia. vel mendaciū. i. diuinorū. sic Irm.50.36, Gladius אֶל־הַבַּדִּים ad mēdaces. i. diuinos. Et sic Tharghū Ionathán, קָסְמַיָּא diuinos. R. Ioséph exponit, ad habentes pythones. Nam pro אוֹב pytho, Tharghum habet בִּידִין. Et omnia ad eādem redeunt significantiam, quia בַּד est mendacium. Iiób 41.3, Non tacere faciam (vel tacebo) בַּדָּיו mēdacia eius. vel fortitudines eius. vtroque enim modo exponit R.D. Irme.48.29, Ego noui, dicit Dominus, iram eius, וְלֹא־כֵן בַּדָּיו לֹא־כֵן עָשׂוּ & non sic mendacia eius (vel, non veritas mendacia eius,) non sic fecerunt. i. non stabilientur eius verba, quæ tā superbe loquitur. Sunt qui exponūt, teste R.David, Non sic filii eius, nēpe facient: quia eius regnum deficiet. Significat & vectem. Exo. 25.28,

25.28,וְעָשִׂיתָ אֶת־הַבַּדִּים Et facies vectes. Aliquando ramuin. Ieche.17.6,וַתְּהִי לְגֶפֶן וַתַּעַשׂ בַּדִּים & fuit vitis,& fecit ramos. vel palmites. Mēbra quoque hominis appellantur בַּדִּים,eo quòd sint homini veluti rami arbori. Hos.11.6,וְכִלְּתָה בַדָּיו & consumet membra eius. vel filios eius,secundum R.D.in lib.rad.quòd filii sint homini velut rami arbori. Vel,ramos eius. i.villas eius: vt exponit in commen. Iiób 18.13,יֹאכַל בַּדֵּי עוֹרוֹ יֹאכַל בַּדָּיו בְּכוֹר מָוֶת comedet mēbra cutis eius,comedet mēbra eius primogenitus mortis,secūdum R.D. Require in בְּכֹר. Sunt tamen qui exponunt (vt ipse testatur) Comedet filios cutis eius, comedet filios eius. Et vt idem, radix omnium prædictorū est בָּדַד,quod ostendit & pathách & daghés. בַּדֵּי est etiam cōpositum ex בְּ quod est in, & דֵי syllabica adiectione, quæ nil habet significantiæ, secundum R.D.vt Iiób 17.15,בַּדֵּי שְׁאֹל(pro בִּשְׁאוֹל)תֵּרַדְנָה in infernum descendent. R.tamen Leui exponit,in latera inferni:& ita refert R.D.nonnullos exponere. Potest etiā exponi,mēbra(nēpe corporis mei) in infernū descendent,teste R.D.At R.Abra.auéhezra bifariam exponit. Primū quidem dicit quòd radices aggregatæ sub terra,se diffundētes inferne, vocātur בַּדֵּי שְׁאוֹל radices inferni.acsi dicat,expectationes nostræ descendent sub terrā vt בַּדֵּי שְׁאוֹל.Deinde dicit quòd הַגִּידִים nerui,dicūtur בַּדֵּי.& dixit בַּדֵּי שְׁאוֹל radices inferni,דֶּרֶךְ הָעֶבְרָה per modū iræ. Dicit etiā R.Dauid,quòd quanquā dictio דֵי sit noséphetn, habet tamen aliquid significātiæ: nam significat rei magnitudinem,& eius continuationem seu perpetuitatē. Vnde & R.Ioséph exponit, In infernum descendent, nempe התקוות spes, quas versu præcedenti memorauerat.acsi diceret,Vbi sunt spes meæ?

quia in infernum descenderunt omnes spes quæ mihi erant. quemadmodum dixerat paulo ante, versu 12, Si sperauero, infernus domus mea est. Vide דַי.

בַּר, Pondus, Vide בָּדָד, &c.

בָּדָד Nomē tóar cōmunis generis, & vtriusque numeri, solus sola, secundú R. Abra. & R.D. in li. ra. Leui. 13.45, בָּדָד יֵשֵׁב solus sedebit. Thre. 1.1, אֵיכָה יָשְׁבָה בָדָד הָעִיר Quomodo sedet sola ciuitas. Irme. 49.31, בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ soli habitabutn. Venit & cū ל deseruiēte, more nominis nō adiectiui. Micháh 7.14, שֹׁכְנִי לְבָדָד habitātes solitarie. vel seorsū. Idcirco inquit R. Dauid, dicimus quòd non est tóar, sed nomen substantiuum. Deest & alterum ד. Exod. 30.33, בַּד בְּבַד יִהְיֶה tantum cum tanto erit. i. tātum de vno, quantū de altero. Vel, solum cum solo: & R.D. in lib. ra. vnum cum vno. acsi dicat, quòd sit contusum vnumquodque seorsum. Vel, pondus sicut pondus. i. pondus vnius, sicut pondus alterius erit: vel quòd vniuscuiusque pondus sit seorsum, & sic habet Tharghum Onchelos, מַתְקַל בְּמַתְקַל יְהֵא pondus in pondere erit. Et cum ל est frequentior vsus huius dictionis. Zech. 12.12, Et planget terra מִשְׁפָּחוֹת מִשְׁפָּחוֹת לְבַד familiæ familiæ (.i. singulæ familiæ) seorsum, &c. Et in coniunctione, cum pathách. 1. Reg. 5.16, לְבַד מִשָּׂרֵי præter principes. Aggregant præterea & מ in principio. Num. 28.23, מִלְּבַד עֹלַת הַבֹּקֶר præter holocaustum matutinum. At cum pronominibus habet daghés ob defectum alterius ד. Gen. 2.18, Non est bonū הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ vt sit homo solus ipse. Deu. 4.35. מִלְּבַדּוֹ præter ipsū. Ab hoc verbum in cal, intrāsitiuum, Solū esse, & vnicum. Iesa. 14.31, וְאֵין בּוֹדֵד בְּמוֹעָדָיו & nō est qui sit vnicus (vel solitarius) in temporibus eius. i. qui sit solitarius sibiipsi,

hoc est qui separet se,& contineat domi, ne eat ad bellum. q.d. nemo erit qui militiã illam detrectet, quia vniuersi pariter venient tẽpore præfixo ab Chizchiiahu. R.D. in lib. rad.& in comment.

בדא Mentiri, educere mendacium è corde & cogitatione ad os. 1. Reg. 12.33, בַּחֹדֶשׁ אֲשֶׁר־בָּדָא מִלִּבּוֹ in mẽse quẽ finxit (vel mẽtitus est) de corde suo. Neche. 6.8, מִלִּבְּךָ אַתָּה בוֹדָאם de corde tuo tu fingis ea. aut mentiris. quod secundum normam debuerat esse בּוֹדְאָם.

בדל Inuenitur in nifhál & hifhíl, pro Diuidere, & separare. In nifhál. Hezræ 9.1, לֹא־נִבְדְּלוּ nõ erãt separati. vel nõ separauerãt se. Num. 16.20, הִבָּדְלוּ separamini (vel separate vos) de medio, &c. In hifhíl. Deu. 29.21, וְהִבְדִּילוֹ & diuidet (vel separabit) eum. Exod. 26.30, וְהִבְדִּילָה הַפָּרֹכֶת & diuidet velum. Iehosua 16.8, ciuitates הַמִּבְדָּלוֹת separatæ. מ cũ chiric vice súrech. Potest tamẽ dici esse tóar fœmineũ. Nomen, in alia significatione. Hamos 3.11, אוֹ בְדַל־אֹזֶן vel extremũ auris. i. partẽ superiorẽ auris quæ est dura, sicut inferior mollis. Vnde & Tharghũ הִסְחוּס דְּאוּדְן durũ auris. Potest etiã dici à verbo superius dicto, quod est diuidere, & significabit diuisionem. acsi dicat, particulam auris, vel alteram ex auribus. Rectum est etiam vt ב in בְּדַל, sit litera deseruiens à דַּל quod est tenue: acsi diceret, id quod est tenue in aure. & idem est sensus. Hinc etiam בְּדִיל, Stannum. Zechar. 4.10, וְרָאוּ אֶת־הָאֶבֶן הַבְּדִיל & videbunt lapidem stanneum. & deficit hannismach, teste R.D. in commen. & in lib. rad. vt sit הָאֶבֶן אֶבֶן lapidem lapidem stannii. Plurale, בְּדִילִים, Iesah. 1.25.

בדלח Quære in quadratis.

בָּדַק Restaurare, resarcire fracta & diruta. A scrutando, & perquirendo deductum verbum. nam apud doctores Hebræos hoc verbum scrutari significat. & hoc semel tantum reperitur in Sacris. 2. Parali. 34. 9, לְבַדֵּק ad instaurandum, siue resarciendum. Nomen cum sex punctis, בֶּדֶק, Locus fractus ac dirutus. 2. Reg. 12. 6, לֹא־חִזְּקוּ הַכֹּהֲנִים אֶת־בֶּדֶק הַבָּיִת non instaurarunt sacerdotes locum dirutum (vel fractum, pro, loca diruta, & fracta) domus. i. templi.

בָּהָה Vnde בֹּהוּ, Vacuũ, inane, aut vacuitas. Gen. 1. 2. Tharghum habet רֵיקָנְיָא vacua. ו est loco ה radicalis literæ. Sapientes (inquit R.D.) dixerunt quod תֹּהוּ est res informis apta ad recipiendum omnem formam: בֹּהוּ verò est forma quæ dat esse materiæ: ex eorum coniunctione secundũ Dei voluntatẽ fuit mundi creatio. Iesah. 34. 10, וְאַבְנֵי־בֹהוּ & lapides vacuitatis. i. vanos & qui nihil proderunt. Irme. 4. 22, רָאִיתִי אֶת־הָאָרֶץ וְהִנֵּה־תֹהוּ וָבֹהוּ vidi terram, & ecce desolata & vacua. vel desolatio & vacuitas.

בַּהַט Genus lapidis duri similis marmori, quod Harabice vocatur בַּלְנַט, inquit R.D. Porphyretes lapis esse creditur. Estér 1. 6. Tharghũ vocat chrystallũ.

בָּהַל Terrere, Festinare, accelerare. In pihél, vt Iiob 22. 10, וִיבַהֶלְךָ פַּחַד & terruit te pauor. Eccl. 5. 1, אַל־תְּבַהֵל עַל־פִּיךָ ne festines ore tuo. Et 7. 20, אַל־תְּבַהֵל בְּרוּחֲךָ לִכְעוֹס ne sis festinus spiritu tuo ad irascendum. Prouе. 20. 21, נַחֲלָה מְבֹהֶלֶת hæreditas festinata. est participiũ passiuũ. In hifhíl. Iiob 23. 15, Omnipotés הִבְהִילָנִי terruit (vel terrere fecit) me. Estér 6. 14, וַיַּבְהִילוּ & festinauerũt.

In nifhál. Iesah. 21. 3, נִבְהַלְתִּי מֵרְאוֹת territus sum à videndo. Et 13. 8, וְנִבְהָלוּ & terrebũtur. cum camés propter accentum silséleth. R.D. in comment. Eccles. 8. 3, אַל־

תבהל מפניו ne feſtines à facie eius. Proue.28.22, נבהל להון feſtinat ad diuitias viri mali oculus. Eſt participium, quia eſt cum camés, teſte R. D. quanquam ב eſt cum camés chatéph. Nomen, בהלה, Feſtinatio, Terror. Leuit.26.16, Et viſitare faciam ſuper vos בהלה cum feſtinatione. R.Selomóh exponit, plaga feſtinata. i.celeri. Pſal.78.33, & anni eorum בבהלה cum feſtinatione. vel terrore, ſecundum R.D. Ieſah.65.23, לבהלה in terrore. Irme.15.8, ובהלות & terrores. vel, & in feſtinationibus.

בהם Vnde בהמה, Animal, generale nomẽ, quod ſub vtroque genere; vtrunque comprehendit ſexum. Deuter.14.4, ואת הבהמה, Hoc animal, &c. Geneſ. 7.2, מכל הבהמה הטהורה ex omni animali mundo. Illud Num.3.43, ואת בהמת, & Deu.5.13, בהמתך: non eſt à בהמה, ſed à בהמת (quãquam nõ inuenitur) inſtar דבלת, quia ת vertitur in ת raphatũ, nõ daghesſatũ. Plurale, Pſal. 49.13, כבהמות ſicut animalia. Et 8.8, בהמות שדי animalia agri. Capitur hoc nomẽ etiã particulariter. Iiob 40. 14, הנה נא בהמות ecce nũc Behemóth, quẽ ego feci tecũ. Eſt vnũ ex animalibus ſic appellatum. Et ſic (vt dicunt nonnulli) illud Iiob 12.7, Interroga quæſo בהמות ותרך Behemóth, & docebit te. Verbũ enim תרך docebit te, eſt ſingularis numeri. Sed non eſt opus ita exponere, quia ſenſus eſt, docebit te vnũquodque ipſorum. Vel dictio, docebit, cadit ſuper ſpeciẽ animaliũ: ſicut illud quod ſequitur, ועוף & auem cæli, & nuntiabit tibi.

בהן Vnde בהן, Pollex. Exod.29.20, ועל בהן ידם & ſuper pollicem manus eorum. Plurale, Iudicũ 1.6, ויקצצו את בהנות ידיו & abſciderunt pollices manuum eius. ſicut ex נגה fit נגונות, & ex נכה fit נכונות. Sed rectum eſt, inquit R. D. in Michlól, vt בהונות ſit à בהונה, & בגוחות

לְשׁוֹן à לְשׁוֹנוֹת, בְּהוֹן ,sicut נְכוֹחָה à נְכוֹחוֹת, & נְגוֹהָה à. Vel est à נְכוֹחָה

בֹּהַק Inde בֹּהַק, Lētigo, macula alba: genus plagæ albæ, cui multa est claritas; sed minor quàm in בַּהֶרֶת & in שְׂאֵת & סַפַּחַת de quibus suo loco. Leuit. 13.38, בֹּהַק הוּא lētigo est. vel, vitiligo. A splendore & claritate deducitur nomen. Et in significatione assimilatur נֹגַהּ quod est splēdor, & claritas. Nam Psalmo 18.13, vbi dicitur, מִנֹּגַהּ præ splendore coram eo nubes eius transierunt: Tharghum Ionathán habet מִזִּיו præ splendore, Tharghum aliud habet מִן זְהוֹר, quod tantundem valet. i. מִבֹּהָקִין שְׁמֵי שְׁמַיָּא præ splendore cæli cælorum.

בָּהַר Inde בָּהִיר, Album, splendidum, cādidum. Iiób 37.21, בָּהִיר הוּא בַּשְּׁחָקִים candidum (vel splendidū) est in nubibus. aut cælis. Tharghum habet בּוֹצֵט scintillans, vel lucidum, & splendens. Hinc etiam בַּהֶרֶת, Genus plagæ candidæ, & splendentis vt nix. Leuiti. 13.2 & 4, וְאִם־בַּהֶרֶת לְבָנָה הִוא & si macula alba est. Item versu 19, אוֹ בַהֶרֶת לְבָנָה אֲדַמְדֶּמֶת vel macula alba, subrufa. Plurale. Leuit. 13.37, בֶּהָרֹת בֶּהָרֹת לְבָנֹת, maculæ claræ, maculæ claræ, albæ.

בּוֹא Ingredi, venire, Occumbere, Coire. Præteritum est בָּא. Gene. 6.13, בָּא לְפָנַי venit coram me. Et 28. 11, כִּי־בָא הַשֶּׁמֶשׁ quia occubuerat sol. 2. Semuél 3.7, מַדּוּעַ בָּאתָה אֶל־פִּילֶגֶשׁ אָבִי cur ingressus es ad concubinā patris mei? i. cur coisti cū concubina, &c. Sic vtitur hoc verbo Scriptura honoris gratia. Gen. 6.18, וּבָאתָ אֶל־הַתֵּבָה & ingredieris in arcā. Hose. 9.6, בָּאוּ יְמֵי venerunt dies. Et secundum tertiū modum cū cholē. Irm. 27.38, לְבִלְתִּי־בָאוּ vt nō ingrediātur vasa, &c. præteritū vice futuri. Eccle. 8.10, וּבָאוּ & ingressi sunt. Vnū sine א, 1. Sem. 25.8, בָּנוּ venimus. Illud Irme. 15.9, בָּאה שִׁמְשָׁהּ occubuit sol tuus:

ita ſcribitur, ſed legitur בָּא. Et præteritũ vice macór ſecũdũ Tharghũ,2.Reg.13.20,בָּא שָׁנָה cũ veniret annus. Vel dic ſecundũ R.Dauid,quòd א eſt loco ה. Participiũ,quod pro præſẽti & præterito imperfecto ponitur. 1.Semu.17.44,בָּא אֵלַי venis ad me. Ibidẽ,בָּא־אֵלֶיךָ venio ad te. Macór,1.Sem.9.6,בֹּא יָבֹא veniẽdo veniet.Et cũ ה in fine,1.Reg.14.12,בְּבֹאָה רַגְלַיִךְ quũ ingreſſi fuerĩt pedes tui. Imperatiuũ,Gen.7.1,בֹּא־אַתָּה ingredere tu.Vnũ cũ ה in fine.1.Semu.20.21,וָבֹאָה & veni. Futurũ,Pſal.5.8, אָבוֹא בֵיתֶךָ introibo in domum tuam. Et cum ה in fine, Gene.29.21,וְאָבוֹאָה.Vnum ſine א,2.Para.10.13,וַיָּבוֹ & venit. quanquam in excuſis codicibus eſt additum. Iiób 22.20,תְּבוֹאַתְךָ veniet tibi.verbũ cõpoſitũ ex תָּבוֹא& בָּאָה. vel ת eſt loco ה redũdantis.R.D.in Michlól. In hifhíl. Geneſ.39.13, הֵבִיא לָנוּ אִישׁ עִבְרִי venire fecit(introduxit,ingredi fecit)ad nos virum Hebræum. Iudic. 18.3, הֱבִיאֲךָ adduxit te.2.Sem.9.10,Et coles ei terrã,&c.וְהֵבֵאתָ & afferes.quãquã R.Iahacób exponat,& fructificare facies.quod nõ probat R.D.Vnũ cũ י redundante,Ieſah. 43.24,לֹא־הֵבֵיאתָ nõ adduxiſti . Vnũ præteritũ maſculeũ pro fœmineo, 1.Sem.25.27,הַבְּרָכָה הַזֹּאת אֲשֶׁר־הֵבִיא benedictionẽ hanc quam attulit. Quædam participia carent א. 2.Semuél 5.2, וְהַמֵּבִי & introducens. Irme.19.15, מֵבִי adduco. Macór.Hezræ 3.7,לְהָבִיא vt afferant.Gen. 43.15,הָבֵא introducere.Et cum י redundante,1.Sem.20. 40,הָבֵיא affer. Futurũ.Ieſa.43.5,אָבִיא adducam.Et ſine א in fine.1.Reg.21.29,לֹא־אָבִי non adducam.Canti.8.11, אִישׁ יָבִיא בְּפִרְיוֹ quiſq; afferet pro fructu eius. Vel,fructificare faciet,ſecundũ R.Iahacob,quod improbat R.D. Exo.22.12,יְבִאֵהוּ adducet.eſt ſine י. Et א cũ daghés,teſte R.D.in Michlól,& in cõment. vt Geneſ.43.25,וַיָּבִיאוּ &

obtulerũt. Cũ pronomine, Iehoſ.7.21, וַיְבִאוּם & adduxerũt eos: eſt ſine י. In hofhál, ſeu ſelo nizchár pohaló mimménnu: vt Leuiti.16.25, אֲשֶׁר הוּבָא quorũ illatus eſt ſanguis. Iechez.40.4, הֻבָאתָה הֵנָּה adducta es huc. Leuit. 11.33, יוּבָא inferetur. Nomẽ, מָבוֹא, Introitus, Irm.38.14. Zechar.8.7, מְבוֹא הַשָּׁמֶשׁ occaſus ſolis. Plurale, מְבוֹאִים. Iechez.26.10, כִּמְבוֹאֵי ſicut introitus. Et genere fœmineo, Ieche.27.3, מְבוֹאֹת. Illud autem 2.Semu.3.24, Vt ſciret מוֹצָאֲךָ וְאֶת־מְבוֹאֶךָ exitum tuum, & introitum tuum: ſcriptura מְבוֹאֶךָ, eſt ſecundum normã: ſed lectio מוֹבָאֶךָ eſt ad copulandũ dictiones (teſte R.D.) videlicet מוֹצָאֲךָ: quod cum zachéph, eſſet מוֹצָאֶךָ. Et eſt idioma Scripturæ, ad æquandũ dictiones, mutare puncta. Alia forma, מֵבִיא. Iechez.42.9. Alia præterea, בִּיאָה. Ieche.8.5, בַּבִּאָה in introitu. deficit י. Alia rurſum, בֹּא. 2.Reg.23. 11, מִבֹּא ab introitu. Pſal.121,8, וּבוֹאֶךָ & introitũ tuum.

Alia forma, & ſignificatio, תְּבוּאָה, Prouentus, fructus. cõprehendit enim hoc nomen omnem fructũ comeſtibilẽ, inquit R.D. Et vocatur ſic, eò quòd ab anno venit. nam quod eſt anni præteriti, vocatur עָבוּר, Pſalm. 107.37, Et fecerũt פְּרִי תְבוּאָה fructum, fructum. i. & fruges. deficit enim ו, teſte R.D. in commen. Leuit.23.37, תְּבוּאַת הָאָרֶץ fructum terræ.

בוב Non eſt radicalis dictio à qua ſit נָבוּב: ſed נִיב. Vide נוב.

בוז Spernere, contemnere. Zechar.4.10, כִּי מִי בַז לְיוֹם קְטַנּוֹת quis contempſit diem paruarũ: ſub. תְּשׁוּאוֹת deſolationum, ſecundum R.D. in cõment. Et eſt cum pathách præter normã, vt ait in lib. rad. quia debuerat eſſe cum camés vt קָם. Prouer.13.12, בָּז לְדָבָר contemnẽs aliquid. Iiob 12.5, לַפִּיד בּוּז lãpas contempta. Poteſt eſſe & no-

& nomen, Lampas contẽptus, aut despectionis.i.contẽptibilis. Iiób 31.31, וּבוּז־מִשְׁפָּחוֹת & despectus familiarum .i.inter familias.est participiũ, secundum R.D. Prou. 23.9, יָבוּז לְשֵׂכֶל מִלֶּיךָ spernet intelligẽtiam eloquiorum tuorum. Nomen, בּוּז, Contemptus. Psal. 31.20. Alia forma, Nechem. 3.36, הָיִינוּ בוּזָה fuimus despectio.

בוך: Est בָּלְבוּל, Cõfundi. Hinc in nif hál participiũ נָבוֹךְ, נְבוּכִים, sicut נָכוֹן נְכוֹנִים. Et cũ súrec vice chólem, secundum R.D. in Michlól.& in lib.rad. Exod. 14.3, נְבֻכִים הֵם cõfusi ipsi.pro sunt. Ioél 1.17, נָבֹכוּ cõfusi sunt. Nomen, מְבוּכָה, Confusio. Iesah. 22.5. נִבְכֵי, Vide בָּכָה.

בול Secundum R. Ionáh est lignum, siue arbor. R. verò Dauid dicit significare quicquid profert terra, siue sit herba, siue arbor: itẽ quod profert arbor, vt ramum, fructum. Iesah. 44.19, לְבוּל עֵץ אֶסְגּוֹד trunco ligni prócidam. vel, ramo arboris. R. Ionáh, ligno arboris. Sunt enim synonyma secundum ipsum, עֵץ & בּוּל, sicut אֲדָמָה & עָפָר terra, מָטָר & גֶּשֶׁם pluuia. Iiób 40.19, כִּי־בוּל הָרִים יִשְׂאוּ־לוֹ quia herbam montes afferẽt ei. Sunt tamen qui putant radicem esse יָבַל: ibi vide. Est & nomen mensis octaui, qui & מַרְחֶשְׁוָן dicitur, id est October. Incipiunt enim Hebræi à Martio. 1. Reg. 6.37. Sunt qui dicant eum appellari בּוּל à מַבּוּל diluuio, siue inundatione pluuiarum, quæ descendunt in Octobri.

בום Vide בָּמָה.

בוס Spernere, Calcare, cõculcare, polluere, inquinare, Diripere. Iesah. 63.6, וְאָבוּס עַמִּים & calcabo populos. Prouerb. 27.7, תָּבוּס נֹפֶת calcabit fauum. Tóar ex coniugatione cal, בּוֹסִים instar טוֹבִים. Zechar. 10.5, בּוֹסִים בְּטִיט חוּצוֹת conculcati (aut polluti, & inquinati) in luto

n.i.

platearum. Vel est tòar transitiuum, id est conculcantes, sub. inimicos suos in luto. Substantiuum תְּבוּסָה, Conculcatio, vel contemptus. 2. Paralip. 22. 7, וּמֵאֱלֹהִים הָיְתָה תְּבוּסַת & à Deo fuit conculcatio (vel contemptus) Achaziáhu, vt veniret ad Ioram. Acsi diceret, Deus posuit in eius corde vt veniret ad Iorám, & in itinere ipso fuit eius conculcatio, vel cótemptus: quia non tractauit ipsum more regio, sed spreuit eum, dixítque seruis suis, Etiam hunc percutite in curru. Alia forma, מְבוּסָה, Iesah. 22. 5. Participiũ passiuum ex hifhíl, מוּבָס instar מוּסָר à סוּר, & מוּעָף ab עוּף. Iesah. 14. 19, כְּפֶגֶר מוּבָס quasi cadauer conculcatũ. vel secundũ R. Dauid, מוּבָז, despectum, vel inquinatum. Ab hoc etiam fit verbum quadratum instar כּוֹנֵן à כּוּן. Irme. 12. 10, בֹּסְסוּ אֶת־ חֶלְקָתִי conculcauerunt (vel diripuerũt, spreuerunt, aut inquinauerunt) partem meã. sic Iesah. 63. 17. In hithpahál. Iechez. 16. 5, וָאֶרְאֵךְ מִתְבּוֹסֶסֶת & vidi te conculcatam. vel inquinatam. Et cum permutatione ס in שׁ, secũdum R. Ioséph Kimchi. Hamos 5. 11, בּוֹשַׁסְכֶם עַל־דָּל, diripuistis (vel conculcastis) pauperem. Et est ex prædicta coniugatione quadrata. Sic etiam permutatur in בּוֹלֵס & בּוֹלֵשׁ, vt suo loco dicitur.

בוץ Byssus, siue פִּשְׁתִּין Linum. 2. Parali. 2. 13, וּבַבּוּץ & in bysso. Tharghũ quoque Exo. 28. 40, pro בַּד quod est linum, habet בוץ.

בוץ Lutum, Vide בִּצָּה.

בוק Euacuare, ob multitudinem spoliorum, & prædarum, Populari, deprædari, diripere. Nachum 2. 10, בּוּקָה וּמְבוּקָה euacuata, & euacuata. scilicèt omni bono. Vtrunque est participium passiuum: prius ex cal,

alterũ ex pihel idem significantia:& geminata, vt omnimodam denotent euacuationem. In nifhál. Iesa. 24.3, הִבּוֹק תִּבּוֹק הָאָרֶץ euacuando euacuabitur terra. id est, penitus euacuabitur. Require in בָּקַק.

בּוֹר Cisterna, Carcer, Sepulchrum, masc. gen. Differt autem בְּאֵר à בּוֹר: quòd בְּאֵר esse possit fouea: absque ædificio, sed בּוֹר est cum ædificio, vt dicunt nonnulli, teste R.D. quanquã secundum eius opinionem בּוֹר est cisterna, cuius aquæ nõ scaturiunt vt in fonte, sed colligũtur. Doctores tamẽ Talmudistæ hæc nomina confundunt, plerunque capiẽtes בּוֹר pro בְּאֵר, cuius aquæ scaturiunt: eo quòd non sit frequens apud eos mentio בְּאֵר: sed in Misnáh vtrunque memorãt, discrimen inter illa ponentes, quòd ipsi בְּאֵר, operculũ duntaxat facerent, בּוֹר verò parietẽ, siue murum altũ palmis fere decem. Exod. 21.32, וְכִי־יִפְתַּח אִישׁ בּוֹר & quum aperuerit quispiam cisternam. Psal. 7.16, בּוֹר כָּרָה וַיַּחְפְּרֵהוּ cisternam fodit, & effodit eam. Genes. 37.21, Proiicite eum אֶל־הַבּוֹר הַזֶּה in cisternã hanc. Item 41.14, מִן־הַבּוֹר de carcere. Irm. 37.15, אֶל־בֵּית הַבּוֹר in domum carceris. Psal. 28.1, עִם־יוֹרְדֵי בוֹר cum descendentibus in sepulchrum. sic Iechez. 31.15.

בּוֹשׁ Pudore suffundi, erubescere. In coniugatione cal sic flectitur, secũdum eius tertium modum cum chólem, בּוֹשׁ בּוֹשְׁתָּ בּוֹשְׁתִּי, &c. sicut אוֹר & טוֹב. In hac coniugatione est verbũ intransitiuum: at in hifhil sæpius est trãsitiuum. Secundum normã debuerat flecti טָיוֹב טְיוֹבַת sicut יָכֹל יָכֹלְתָּ, &c. Irm. 48.13, וּבֹשׁ מוֹאָב & cõfundetur Moáb. Et versu 38, בּוֹשׁ erubuit. Cũ ו & sine ו in plurali. Macór, 2. Reg. 2.17, עַד־בֹּשׁ donec pudore suffunderetur. R. Dauid, dũ moraretur. vel quandiu tardauit. i.

tandiu dum cunctatus est. Imperatiuũ, Iesah. 23. 4, בּוֹשִׁי, erubesce. Futurũ est cum seri, אֵבוֹשׁ, &c. sed punctatura ipsius seri ostendit hæc futura potius esse à יָבֵשׁ eiusdem significationis, teste R. D. in Michlól. Tóar, בּוֹשׁ, Confusus. Irm. 48. 38. Potest esse & præteritum. Nomen, בּוֹשָׁה, Confusio, Hobadiáh 9. Psal. 89. 46. Alia forma, בֹּשֶׁת, Psal. 35. 25. Alia forma cum נ, Hose. 10. 6, בָּשְׁנָה pudor. Scripsit R. Ionáh quód addidit נ ob contemptum Báhal, quem appellauit בָּשְׁנָה & בֹּשֶׁת. Irm. 3. 23. Alia forma & significatione, מְבוּשׁ, Pudor. i. verenda, vel testiculus, qui est in loco pudoris. Deute. 25. 11, וְהֶחֱזִיקָה בִּמְבֻשָׁיו & apprehenderit verenda eius. Est enim singulare מָבוּשׁ instar מָצוֹר & מָעוּף: & plurale מְבוּשִׁים, teste R. D. in Michlól. In hithpahál, geminato ש. Genes. 2. 25, וְלֹא יִתְבֹּשָׁשׁוּ & non erubescent. pro erubescebant. In híf hil. Psal. 44. 7, וּמְשַׂנְאֵינוּ הֱבִישׁוֹתָ & odio habentes nos pudore suffudisti. Verbum quadratum instar כּוֹנֵן. Exod. 32. 1, כִּי בֹשֵׁשׁ מֹשֶׁה quód tardaret Moséh.

בָּזַז Spoliare, prædari. Iechez. 29. 19, וּבָזַז בִּזָּהּ & prædatus est prædam eius. Et בַּז defectiuũ, vt in בוז. Et cum א vice ו secundũ communem grammaticorũ opinionẽ. Iesa. 18. 2, אֲשֶׁר בָּזְאוּ נְהָרִים אַרְצוֹ cuius diripuerũt (prædata sunt) flumina terram. pro בָּזְזוּ. quanquam R. D. in lib. rad. radicem putat esse בָּזָה, & א poni vice ה literæ radicalis, quemadmodũ & י ponitur loco ה, vt habes in חָסָה. Defectiuũ. Deuter. 3. 7, בַּזּוֹנוּ prædati sumus nobis. Et pahúl. Iesah. 42. 21, עַם בָּזוּז populus direptus. 2. Para. 20. 25, לָבֹז אֶת שְׁלָלָם ad prædandum spolia eorum. Nachum 2. 9, בֹּזּוּ כֶסֶף בֹּזּוּ זָהָב prædemini argentum, prædemini aurum. Deuter. 20. 14, תָּבֹז לָךְ prædaberis tibi. In nifhál. Hamós 3. 10, וְנָבֹזּוּ & diripientur (vel, in præ

dam erunt)ædes eius. Et in puhál,ſiue ſelo nizcár pohaló.Irme.50.37,וּבֻזָּזוּ & diripiétur. Nomen,בִּזָּה,Præda.Eſtér 9.10. Alia forma,בַּז,Ieſah.10.6.

בָּזָה Spernere, contemnere. Nume.15.30, כִּי־דְבַר יְהוָה בָּזָה quia verbum Domini ſpreuit. Participiú, Prouerb.19.15,בּוֹזֵה דְרָכָיו ſpernens vias eius. Paſſiuum, Pſal.22.6,וּבְזוּי עָם & deſpectus populi. Eccle.9.16,Et ſapientia pauperis בְּזוּיָה contempta. Futurum. Nechem. 2.19, וַיִּבְזוּ עָלֵינוּ & ſpreuerut nos. Et cum א loco ה, Vide בָּזָא. In nifhál. Ieſah.53.3,נִבְזֶה deſpectus. In hifhíl. Eſtér 1.17,לְהַבְזוֹת בַּעְלֵיהֶן vt contemnere faciant maritos ſuos. Nomen,בִּזָּיוֹן,Cōtemptus,deſpectio. Eſter 1.18. Alia forma,additis נ & ם.1.Sem.15.9,וְכָל־הַמְּלָאכָה נְמִבְזָה וְנָמֵס & omnē ſubſtantiam contemptibilem,& diſſolutam. Nomen tóar, ſecundum R.D. Ieſa.49.7.לִבְזֹה־נֶפֶשׁ ad contemptum animæ.Poteſt tamen eſſe & Macór,teſte eodē R.Dauid,inſtar קְנֹה, vt ſit ſenſus,Ei qui paratus eſt ſpernere ipſam animam. Vel ponitur vice participii paſſiui,vt idem ait,pro,ad contēptú animæ.

בָּזָק Fulgur, coruſcatio. Iechez.1.14, וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב כְּמַרְאֵה הַבָּזָק & animalia ibant,& reuertebātur ſecundum aſpectum (ſiue,inſtar)fulguris.ita R.Dauid. At apud Hebræos doctores,בָּזַק eſt diſpergere.Vnde R. Iehudáh nomine R.Simon, nomine R.Leui exponit acſi diceret, ſecundú aſpectú diſpergētis.i.eius qui diſpergit ſarmenta olearum in fornacem , quæ inflammatur cito,& aſcēdere facit flammā, & flāma aſcēdit, ac deſcēdit.Et hoc eſt quod dixit,Ibāt,& reuertebātur.

בָּזַר Diſpergere. Daniel. 11.23, וּרְכוּשׁ לָהֶם יִבְזוֹר & ſubſtantiā eorum diſperget.In Pihél. Pſal.68.31,בִּזַּר עַמִּים diſperſit populos.

בָּחַל Tædio,vel anguſtia affici,Abominari.Zechar. 11.8, Et etiam anima eorum בָּחֲלָה בִי abominabilis fuit in me.aut horrori fuit in me.i.mihi.R.Dauid,מָאֲסָה abominabilis & reproba fuit.

בָּחַן Probare,periculum facere,experiri,tẽtare. Pſal. 17.3, בָּחַנְתָּ לִבִּי probaſti cor meum. Et 81.8, אֶבְחָנְךָ probabo te apud,&c.ח eſt cum camés chathéph inſtar אֶפְקָד, cuius chólem, cũ pronomine vertitur in camés chathéph,teſte R.D. in Michlól,& lib.radicum. & ſic Pſal.42.7,אֶזְכָּרְךָ. In nifhál.Iiób 34.34,יִבָּחֵן. Nomen, בֹּחַן,Probatio.Iechez.21.18,כִּי בֹחַן quia probatio:& quid ſi etiam tribus abominabilis non erit,dicit Dominus Deus?Acſi diceret,Omnis probatio,& omnis afflictio, & quicquid voluerit adducere Deus ſuper nos, adducat:dummodo non adducat ſuper nos gladium hunc abominantẽ reliqua ligna, & diligentẽ tribũ filii mei vt eã exſcindat & perdat. Et propheta appellat Iſraél, filiũ. Et rectũ eſt,inquit R.Dauid, vt gladius iſte eductus ſit è vagina ad probãdũ per illũ filios hominũ,&c.

Alia forma alterius ſignificationis,בָּחוֹן,Munitio, turris. R.D.Irm.6.27,בָּחוֹן נְתַתִּיךָ munitionẽ(vel turrim)dedi te,&c.Ieſah.23.13,בַּחוּנָיו turres eius.vel,arces eius:aut, munitiones.Eſt cũ ſuréc,& ex dagheſſatis:idcirco non mutatur cum pronominibus,& ב eſt cum pathách. R. D.in lib.rad.& in Mich. Alia forma,ſignificans etiã arcem.בַּחַן,Ieſah.32.13. Alia rurſum,בֹּחַן,Ieſah.28.16.

בָּחַר Eligere.Et frequentius cum ב,aliquando cum אֶת,& interdũ ſine litera deſeruiente conſtruitur.Deuter.7.6,בְּךָ בָּחַר יְהוָה te elegit Dominus. 1.Reg. 8.16,לֹא־בָחַרְתִּי בְעִיר non elegi ciuitatem.Pſalm.119.172, פִּקּוּדֶיךָ בָחָרְתִּי. Ieſa.56.4,וּבָחֲרוּ בַּאֲשֶׁר חָפָצְתִּי & eligẽt quod

volui. Psal. 47.5, יִבְחַר־לָנוּ אֶת־נַחֲלָתֵנוּ, eliget nobis hæreditatẽ noſtrã. Et in nif hál. Prou. 8.10, מֵחָרוּץ נִבְחָר potius quàm aurũ electum. Illud autẽ Eccl. 9.4, כִּי־מִי אֲשֶׁר יְבֻחַר, nam quis eſt qui aſſocietur, &c. ſic ſcribitur, & legitur יְחֻבַּר ſociabitur. i. Omni qui cõiungetur viuẽtibus. Vt ſcribitur, ſignificat eligetur, & erit ex cõiugatione puhál. De vtraq; lectione mẽtionẽ facit R. Abra. Tóar, בָּחוּר, Electus, Iuuenis, ſic appellatus quòd ſit electus ad omnẽ rẽ, ad omne opus, ad bellũ potius quàm ſenex. Secundũ formã cal, plurale eſt cum ſeuá. at iuxta formam pihél, eſt cum pathách. Ieche. 9.6, זָקֵן בָּחוּר וּבְתוּלָה ſenem, iuuenẽ, & virginem. Ieſah. 23.4, בַּחוּרִים. Et ſine ו, Irme. 31.13, וּבַחֻרִים. 2. Semuél 10.9, בְּחוּרֵי. Et nomen numero multitudinis duntaxat, בְּחוּרִים, Iuuentutes, pro iuuentus: ſicut נְעֻרִים, pueritiæ, & idgenus. Num. 11.28, מִבְּחֻרָיו à iuuentute ſua. Et genere fœmineo, Eccleſ. 12. 1, בִּימֵי בְּחוּרֹתֶיךָ in diebus iuuentutis tuæ. Tóar ſecundum aliã formam, בָּחִיר, Electus, inſtar נָדִיב. Et in regimine, בְּחִיר. Pſal. 105.6, בְּחִירָיו electi eius. Et 106.5, בְּחִירֶיךָ, electi tui. Et nomẽ, præpoſito מ. 2. Reg. 3.18, עִיר מִבְחוֹר ciuitatẽ electionis. i. electam. Alia forma, מִבְחָר, ח cũ camés inſtar מִשְׁפָּט. Et in regimine eſt cũ pathách. Geneſ. 23.6, בְּמִבְחַר קְבָרֵינוּ in electione ſepulchrorũ noſtrorum. i. in electis ſepulchris noſtris.

בִּטֵּא In pihél, Proferre, pronuntiare, exponere, Aperire os, Promittere. Leui. 5.4, לְבַטֵּא בִשְׂפָתַיִם, pronuntiando (proferendo, promittendo) labiis. Pſal. 106. 32. וַיְבַטֵּא & pronuntiauit. vel promiſit. In cal, cũ ה in fine vice א. Prouer. 12.17, יֵשׁ בּוֹטֶה est proferens. pronuntians, promittens. Nomen, מִבְטָה, Pronuntiatio, promiſſio. Nume. 30.7.

בָּטַח Fidere, fiduciã habere,cõfidere,ſperare. Ieche. 33.13, וְהוּא־בָטַח עַל־צִדְקָתוֹ & ipſe fiſus eſt iuſtitiæ ſuæ. Pſa.28.7, בּוֹ בָטַח לִבִּי, in eo ſperauit cor meũ.2.Reg. 18.21, בָּטַחְתָּ לְּךָ עַל־מִשְׁעֶנֶת הַקָּנֶה, fiſus es tibi(vel,fiduciã habuiſti)ſuper baculũ arundineũ. Pſal.31.7, אֶל־יְהוָה בָּטָחְתִּי, in Domino ſperaui. Irm.12.5, וּבְאֶרֶץ שָׁלוֹם אַתָּה בוֹטֵחַ, & in terra pacis tu fidis.ſub.in eis. i.in viris Anathóth,quæ eſt patria tua : & tamen tu es cum eis in diſcrimine & periculo, & times ab eis. Ieſah.26.3, כִּי בְךָ בָּטוּחַ, quia in te fidit. eſt tóar ſecundum formam pahúl, teſte R.Dauid in Michlól & lib.rad. Irm.49.11, Et viduæ tuæ. עָלַי תִּבְטָחוּ ſuper me (.i.in me) ſperabunt. Hic ת, quod eſt ſignum maſculeũ, dicitur & de fœmineo, teſte R.Dauid in commen:ſicut & cõtrà, י maſculeum, dicitur de fœmineo. In hifhíl. Irm.28.15, הִבְטַחְתָּ אֶת־הָעָם הַזֶּה, confidere feciſti populum hunc. 2. Reg. 18.30, וְאַל־יַבְטַח & ne confidere faciat. Nomen, בֶּטַח, Fiducia, confidentia, ſecuritas, ſpes. Prouer.10.9, Qui ambulat perfecte, יֵלֶךְ בֶּטַח ambulabit cõfidẽter. vel audacter. Et aſſumpto ל, Leuit.25.18, habitabitis ſuper terrã לָבֶטַח confidenter.

Alia forma idẽ ſignificãs, בִּטָּחוֹן, 2. Reg.18.19. Alia rurſum, מִבְטָח, Pſal.65.5, מִבְטָח כָּל־קַצְוֵי־אֶרֶץ, ſpes omniũ finium terræ. Proue.23.19, Vt ſit in Domino מִבְטַחֶךָ fiducia tua. Irme.2.37. בְּמִבְטַחַיִךְ in fiduciis tuis. Alia item מִבְטֶחָה. Irm.48.13, מִבְטֶחָם fiducia eorũ. Alia præterea, בִּטְחָה, Ieſa.30.15, וּבְבִטְחָה & in ſpe. Alia poſtremo, בַּטּוּחָה cum daghés, inſtar בַּכּוּרָה, teſte R.D.in Michlól. Plurale, Iiób 12.6, וּבַטֻּחוֹת & fiduciæ. בַּטֻּחוֹת, in renibus, Vide טוּחַ. Alia forma & ſignificatio. Nume.11.5, Recordamur, &c. וְאֵת הָאֲבַטִּחִים & peponũ. Et א eſt nominis conſtitutiuum. licet dici poſſit nomen eſſe quadratum.

בָּטֵל Desinere,cessare.Eccle.12.4,וּבָטְלוּ הַטֹּחֲנוֹת & cessabunt quæ molunt.Alibi non inuenitur.

בֶּטֶן Cum sex punctis,Venter,vterus.Psal.22.10,מִבֶּטֶן אִמִּי ab vtero matris meæ. Et quia venter est in medio corporis, per translationem significat locum medium.1.Reg.7.19,Cōtra הַבֶּטֶן medium locū qui &c.

Hinc בָּטְנִים,Gen.43.10.R.Dauid lingua materna dicit appellari פִּירוּלְשֵׁי,quod nomen fortasse in eius lingua Hispanica significat pina.i.fructū arboris pini:vel terebinthinam resinā.Sunt quoque qui eum fructum significare putāt qui Harabice dicitur פִּסְתָּאקִי. Alii corylos,siue auellanas significare putāt: quod non displicet : vt cum amygdalis fuerint & auellanæ nuces . Et ita habet Tharghum Ierosolymitanum.

בִּיב Vnde נָבוּב,Vacuus,aut vacuatus,ex nif hál: & súrec est loco cholē.nam secundum normá debuerat esse נָבוֹב instar נָבוֹן, & נָבוֹן. Iiób 11.11,וְאִישׁ נָבוּב יִלָּבֵב & vir vacuus (vel euacuatus)efficietur cordatus.R.D. sic exponit,Vir vacuus possidebit cor:quòd homo in principio sui, & tempore natiuitatis suæ, est vacuus , sicut ille cui nō est cor:at posthac יִלָּבֵב possidebit cor,scientiam,& intellectū.Propterea dixit,Et sicut pullus onagri homo nascetur: hoc est, tēpore natiuitatis suæ est vt animal:sed posthac possessurus est cor,& intelligentiā paulatim paulatim. R.Iehudáh scripsit horū radicem esse נָבַב. Sed quod scripsi (inquit R.D.) est rectū: quod & R.Ionáh prior scripsit.Exo.27.7,נְבוּב לֻחֹת תַּעֲשֶׂה vacuum tabularum facies. Vacuum(inquit R.D.)tabularum dicit, quòd erāt tabulæ ex quatuor lateribus eius,id est columnæ:& eius medium erat vacuum,nec

erat ei tectum, & replebãt eius mediũ terra. Et hoc eſt quod dixit, Altare è terra facies mihi. Altari verò aureo erat tectũ, ſicut dictũ eſt, Tectũ ei' & parietes eius.

בִּין Vnde verbũ in cal, בָּן, Intelligere, animaduertere, intẽdere, cõſyderare. Pſa. 139.2, בַּנְתָּה לְרֵעִי intellexiſti cogitationẽ meam. Irme. 49.7, מִבָּנִים ab intelligentibus. In nif hál, נָבוֹן נְבוֹנוֹת, &c. abſolutũ. Ieſah. 10.12, כִּי נְבֻנוֹתִי quia intellexi. eſt cum ſúrec: quanquam communiter eſt cum chólem. Deuter. 4.6, וְנָבוֹן & intelligens. In regimine, 1. Semuél 16.18, וּנְבוֹן דָּבָר & intelligens rei. Ieſah. 5.21, נְבוֹנִים intelligentes. Et in hif híl eſt tranſitiuum communiter, Intellexit, aut intelligere fecit. Iiób 28.23, Deus הֵבִין דַּרְכָּהּ intellexit viam eius. Neche. 8.13, הֵבִינוּ בַּדְּבָרִים intellexerunt (.i. intelligẽtiam habuerunt) in verbis. Pſal. 119.130, מֵבִין פְּתָיִים intelligere facit ſimplices .i. rudes. Et 33.15, הַמֵּבִין אֶל־כָּל־מַעֲשֵׂיהֶם qui intelligit omnia opera eorum. Nechem. 8.8, Et leuitæ מְבִינִים אֶת־הָעָם לַתּוֹרָה intelligere faciebant populum legem. Ieſah. 56.11, הָבִין intelligere. 1. Reg. 3.9, לְהָבִין בֵּין־טוֹב לְרָע ad intelligendum (.i. diſcernẽdum) inter bonum & malum. Pſal. 119.125, הֲבִינֵנִי intelligere fac me. Et ſine ה formatiuo, Pſal. 5.2, בִּינָה intellige. Prouerb. 7.7, אָבִינָה בַבָּנִים animaduertã inter filios. Pſal. 73.14, אָבִינָה לְאַחֲרִיתָם intelligã ad nouiſſimũ eorũ. Et 58.10, בְּטֶרֶם יָבִינוּ priuſquã intelligerent .i. ſentirẽt. Vide סִיר. Neche. 8.9, וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא & intelligẽtiã habuerũt in ſcriptura. Et in cõiugatione quadrata, בּוֹנֵן, &c. Deut. 32.10, יְבוֹנְנֵהוּ intelliget eũ. pro intellexit. Et in hithpahál, הִתְבּוֹנֵן. & eſt verbũ intranſitiuum. Ieſah. 1.3, לֹא הִתְבּוֹנָן non intellexit. Iiób 37.14, וְהִתְבּוֹנֵן נִפְלְאוֹת אֵל & intellige (vel conſydera) mirabilia Dei. 1. Reg. 3.21, וָאֶתְבּוֹנֵן & cõſyderationem meam

intendi ad illum. Nomen,תְּבוּנָה,Intelligentia, prudentia.Deuter.32.26.Hose.13.1,כִּתְבוּנָם secundum intelligētiam suam. quod ponitur pro כִּתְבוּנָתָם,teste R. D. in Michlól, & in lib.rad. quanquam dici potest quód sit nomen alterius formæ:vt idem testatur. Iiób 32.12, תְּבוּנוֹתֵיכֶם intelligentiæ vestræ. Alia forma,בִּינָה, Iiób 28.12.Iesah.27.9,עַם־בִּינוֹת populus intelligentiarum.

Ab hoc fit & בֵּין, Inter: quod interdum est geminatum,interdū solum.Gene.1.4,Et diuisit Deus בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ inter lucē & inter tenebras. Et 6, Et sit diuidens בֵּין מַיִם לָמָיִם inter aquas ab aquis. Interdū additur ב,ad maiorem declarationē.Iesah.44.4,וְצָמְחוּ בְּבֵין חָצִיר, & germinabunt inter herbā.pro herbas. Quando est cum ל,vt Genes.1.6,& Deuter.17.8,בֵּין־דָּם לְדָם inter sanguinem & sanguinem:sufficit vnum: quod non sufficeret cum ו. nō enim sufficeret cum ו dicere בֵּין דָּם וָדָם, sed geminādum בֵּין, vt Gen.30.34, בֵּינוֹ וּבֵין יַעֲקֹב inter se & inter Iahacób. Et forma fœminea numero multitudinis. Iechez.10.2,מִבֵּינוֹת לַכְּרֻבִים de inter Cherubim. Gene.42.21,quia interpres erat בֵּינֹתָם inter eos. Hinc nomen duale carens י,בֵּנַיִם,Inter duos.1.Semuél 17.4, Et egressus est vir הַבֵּנַיִם inter duos. vel ambos. i.stans inter ambos, nempe inter Pelistim & Israél: vel inter duas acies,vt exponit R.Dauid.

ביץ Vnde בֵּיצָה,Ouum.In plurali, Deute.22.6,אֶפְרֹחִים אוֹ בֵיצִים pulli,vel oua.Iesa.59.5,בֵּיצֵי צִפְעוֹנִי oua aspidis. Singulare nō inuenitur in Scriptura,sed in Misnáh, vbi dicitur,בֵּיצָה שֶׁנּוֹלְדָה בְּיוֹם טוֹב ouū quod natum est in die bono.& declinatur בֵּיצָה בֵּיצִים sicut אֵימָה אֵימִים.

ביר A quo בֵּיר quod est בְּאֵר Puteus . Irme.6.7, כְּהָקִיר בּוֹר מֵימֶיהָ sicut scaturire facit puteus aquas suas.

Alia forma ac ſignificatio,בִּירָה,quod eſt אַרְמוֹן ædes, palatium,templum. 1.Paral.29.1. Plurale cum נ noſépheth , & י laiáchas , ſicut י in רַחֲמָנִיּוֹת genere fœmineo.2.Paralip.17.11,בִּירָנִיּוֹת palatia.

גָּהָה Mederi, sanare. Hose. 5.13, וְלֹא־יִגְהֶה מִכֶּם מָזוֹר & non sanabit à vobis plagā. Prou. 17.21, cor lætū יֵיטִיב גֵּהָה benefaciet vt medicina. Subauditur enim כ. i. benefaciet & proderit corpori tanquā medicina. quanquam R. Ioséph exponat sine כ, ad hunc modum, Cor lætū bonam faciet medicinā. acsi dicat, magis prodesse medicinam, quum ægroto cor fuerit lætum, citiúsque conualescere, & sanari, quàm si mœrore conficiatur.

גָּהַר Se prosternere, siue expandere corpus totum. 1. Re. 18.41, וַיִּגְהַר אַרְצָה & prostrauit se super terrā.

גֵּו Est תּוֹךְ, Medium. Iiob 30.4, מִן־גֵּו יְגֹרָשׁוּ è medio (sub. הָעִיר vrbis) expellātur. Et pro תּוֹךְ, Ieho. 3.17, Tharghū habet גו. Prou. 10.13, Et virga לְגֵו corpori deficientis corde. Iesa. 50.6, גֵּוִי corpus meū dedi percutientibus. In aliquibus absorbetur hánách in daghés, vt גַּוֵּךְ, Ieche. 23.

35. Et cũ ה fœmineo, vt quibusdã placet, Iiób 20.24. Vide גֵּוָה, quia rectũ est vt ה sit radicale, non signũ fœmineum. & hæc omnia possunt esse ex illa radice גֵּוָה.

גּוֹב Locusta. Nachũ 3.16, Et principes tui כְּגוֹב גּוֹבָי sicut locusta locustarũ. Vbi גּוֹבָי ponitur pro גּוֹבִים, sicut אֲצִילַי pro אֲצִילִים, & חֲשׂוּפָי pro חֲשׂוּפִים, & חַלּוֹנַי pro חַלּוֹנִים, & חוֹרַי pro חוֹרִים. Iesah. 33.4, secundum incessum גֵּבִים locustarũ. sic R. Abrahám & R. Dauid. Vide שָׁקַק. Alia forma, & significatio, גֵּב, quod est חֲפִירָה fossa instar cisternæ. Tharghum enim pro בּוֹר cisterna, habet גּוּבָא. Plurale, 2. Reg. 3.16, Fac torrentem hunc גֵּבִים גֵּבִים foueas, foueas. i. plenum foueis instar cisternarũ. 1. Reg. 6.9, Et texit domum גֵּבִים tignis constitutis instar cisternarum. erant enim (inquit R. Dauid) tabulæ factæ, siue dispositæ secundum dispositionẽ cisternarum. Vel vt idem ait in comment. texit testudinibus. i. tabulis instar testudinis siue fornicis factis & coniunctis. Idẽ in lib. rad. dicit posse exponi גֵּבִים, hoc est צְלָעוֹת tabulis (nempe abiegnis) instar costarum. Illud Iesa. 10.31, habitatores הַגֵּבִים, R. D. in lib. rad. exponit, vallium: at rectius in comment. dicit esse nomen vrbis.

גּוּד Vnde יָגוּד, Gene. 49.19. Vide גָּדַד, nam est eiusdem significantiæ, sed non eiusdem radicis, inquit R. D. in lib. ra. Et forsan (inquit) est ex radice גָּדַד, & hannách ponitur vice literæ geminandæ, possúntque significare excidere, ex lingua Syra. Dani. 4.11, גֹּדּוּ אִילָנָא succidite arborem.

גֵּוָה Vndẽ גֵּוָה, quod est sicut גַּאֲוָה, mutato א in ו, vt ibi dictum est, Superbia excellentia, superbus, excellens. Iiób 33.16, וְגֵוָה & superbiã à viro teget. quanquam R. Leui exponat, corpus. Et 22.28, dices, גֵּוָה excellens

ſum. Significat & corpus. Iiób 20.24, Et egreſſus eſt מִגֵּוָה de corpore. i. de vagina. Et ex hac radice poſſunt eſſe quæ citauimus in radice גֵּו, inquit R.D. Et quum ſcribitur cū ſigno fœmineo loco ת, י venit loco ה lite ræ radicalis, & ſignificat itidē corpus. Iudic.14.8, בִּגְוִיַּת in corpore (.i. cadauere) leonis. 1.Sem.31.12, & tulerunt אֶת־גְּוִיַּת שָׁאוּל וְאֵת גְּוִיֹּת corpus Saul, & corpora filiorū ei'.

גוז Ab hoc verbum in cal, tam intranſitiuum, quàm tranſitiuū, quod eſt cū camés, גָּז, ſicut קָם שָׁב. Quæ enim ſunt à גזז, ſunt cum pathách, גַּז. Significat autem remouere de loco ſuo quippiam, & ſuccidere, excidere, tondere, recedere. Pſal.90.11, Quoniam גָּז חִישׁ receſſit cito. Num.11.30, וַיָּגָז שַׂלְוִים מִן־הַיָּם & recedere fecit cotur nices de mari. Iiób 1.20, וַיָּגָז אֶת־רֹאשׁוֹ & totondit caput ſuum. Tóar, גוז, inſtar טוֹב. Pſal.71.6, ex vtero matris meæ tu גּוֹזִי eductor meus.

גוח Exire, Educere de ventre, Ingemiſcere, aut ſuſpirare: quòd in gemitu egrediatur halitus ſiue flatus. Ieche.32.2, וַתָּגַח & educebas flumina tua. eſt ex cal, ſicut & illud Geneſ.8.4, וַתָּנַח & requieuit arca, &c. Vel eſt ex cōiugatione (inquit R.David) hifhíl, ſicut illud Gene.8.19, וַיָּרַח & odoratus eſt. Tóar ex cal. Pſal.22.9, Quia tu גֹחִי eductor meus è ventre. & eſt inſtar גּוֹזִי vt in גוז. Imperatiuū, Micháh 4.10, Dole, וָגֹחִי & ingemiſce. aut ſuſpira. Et in hifhíl. Iudic.20.32, Et inſidiæ Iſraél מֵגִיחַ educebant. Sunt qui dicunt (teſte R.David) eſſe intranſitiuū, pro, inſidiæ egrediebātur, &c. Iiób 38.8, בְּגִיחוֹ. quod R.D. exponit בְּצֵאתוֹ. i. quādo egreditur ipſe. Fieri poteſt, inquit idē, vt ab hoc verbo גוח, deducatur nomē fluminis גִּיחוֹן, quòd egrediatur, & admodū ſe diffūdat. Magnus eſt enim fluuius, vt qui circumeat

vniuersam terram AEthiopiæ, vt dicitur Gene.2.13. At R.Ioséph arbitratur flumen esse AEgypti, Nilum, sic appellatum, quòd egrediens irriget terram. Est & alter fluuius iuxta Ierusaláim eandẽ habens nomenclaturam, quanquam sit paruus, qui altero nomine dicitur Silóach. 1.Reg.1.32, Et descẽdere facietis eũ in גִּחוֹן Ghichón. vbi Tharghũ Iehonathan habet לְשִׁילוֹחָא. & appellatur sic, quòd egrederetur ad irrigandũ hortos.

גּוֹי Gens, natio. masc. gen. quo nomine doctores Hebræorũ appellãt omnes qui non sunt de Israél. R. Ionáh falsò de vno solo dici putat illud Gen.20.4, הֲגוֹי גַּם־צַדִּיק תַּהֲרֹג Nũ gentẽ etiã iustã occides? de solo Abimélech intelligẽs: quũ ver.9, dicat Abimélech, Quid peccaui tibi, quia induxisti super me, ac super regnũ meũ peccatũ grande? Vides hic Deũ fuisse iratũ etiã in eius populũ. Dicitur & de locustarũ cõgregatione, quòd per illas significarẽtur gentes vẽturæ cõtra Ierusaláim. Ioél 1.6, Quia גוֹי עָלָה gens ascendit super terram meã.

In plurali cadit י signum pluralis de scriptura, & remanet in pronuntiatione, inquit R.Dauid. Gen.17.4, הֲמוֹן גּוֹיִם multitudinis gentium. pro גּוֹיִים. In regimine. Genes.22.18, גּוֹיֵי הָאָרֶץ gentes terræ. Et altero י deficiente, Irme.44.8, גּוֹיֵ הָאָרֶץ. Gene.10.5, בְּגוֹיֵהֶם in gentibus suis. Iechez.36.13, וְגוֹיַךְ & gentes tuas. pro גּוֹיַיִךְ.

גּוּל Lætari, exultare. Iesa.65.19, וְגַלְתִּי & lætabor in Ierusaláim. Et in hifhíl. Prouer.23.24, גִּוֹל יָגוֹל lætando lætabitur. vt legitur, est ex hifhíl: vt scribitur, est ex cal גּוֹל יָגוּל, idémq; est sensus, tantum duplex lectio inuenitur apud antiquos. גִּיל autẽ ponitur pro הָגִיל. deficit enim ה constitutiuum cõiugationis: & sic legitur Ioél 2.24, Et filii Siión גִּילוּ lætemini. pro הָגִילוּ. No-

mé,גִּיל,Exultatio. Hoſe.9.1,Ne læteris Iſraél אֶל־גִּיל exultatione.אֶל eſt vice ב.acſi dicat,Non eſt tibi exultandum quemadmodum cæteri populi:nam ipſi ſuos nõ dereliquerunt deos,tu vero fornicatus es à Deo tuo.

Et cum ה ſigno fœmineo,גִּילָה,Ieſah.65.18. Et cum ת vice ה,גִּילַת,Ieſah.35.2.

גוע In cal, Obire, ſiue leniter mori,quod non fit in lóga ægritudine. Iehoſ.22.20,גָּוַע בַּעֲוֺנוֹ obiit(ſub. tantum ipſe)propter iniquitatem ſuam. Nume. 20.3, Et vtinam גָּוַעְנוּ בִּגְוַע mortui fuiſſemus quando mortui ſunt fratres noſtri.Macór,גְּוַע,vt in præcedenti exẽplo. Et ſecũdũ aliã formã,Nume.17.12,לִגְוֺעַ vt moriamur.

גוף Corpus.1.Paral.10.12,Et tulerunt אֶת־גּוּפַת corpus Saúl.ת eſt ſignũ fœmineũ.Et hãnách abſorptũ in daghés,cũ pronomine maſculeo, Exo.21.3, אִם־בְּגַפּוֹ יָבֹא בְּגַפּוֹ יֵצֵא Si cũ corpore ſuo(.i.ſi ſolus,& abſq; vxore)venerit, cũ corpore ſuo(.i.ſolus abſq; vxore,& abſq; liberis)egredietur. Vnde mox ſequitur,Si maritus mulieris fuerit,egredietur vxor eius ſecum,&c.

גור Peregrinari,incolere,habitare,Timere,Congregare.Iudi.19.1,Vir leuita גָּר habitauit,&c.Et verſu 16, Et ipſe גָּר habitauit in Ghibháh. Vel habitabat. vtrũque enim poteſt eſſe, participium & præteritum. Iiób 28.4, Creſcere fecit torrentem מֵעִם־גָּר apud eum qui peregrinatur. vel habitat,ſub.iuxta illũ.R.Dauid in lib.rad.exponit,A loco in quo fuerunt peregrini,egredientur aquæ. Ieſah. 5.17, גָּרִים יֹאכֵלוּ peregrinantes comedent.i.ii qui venient ad peregrinandum. Poteſt etiam exponi pro כָּרִים agni, inquit R.Dauid. Exod.3.22,וּמִגָּרַת בֵּיתָהּ & ab habitãte in domo ſua.eſt participiũ fœmineũ in regimine. Ieſah.54.15,מִי־גָר אִתָּךְ quiſquis

congregauerit se tecum. Et 54.15, גּוֹר יָגוּר congregando congregabit se. sub. ad pugnādum. Iiób 19.29, גּוּרוּ לָכֶם timete vobis. Psal.22.22, וְגוּרוּ & timete. Et in hithpahál, geminata ר litera. 1. Reg.17.19, Super viduam cum qua ego מִתְגּוֹרֵר cóuenio. vel cógrego, siue colligo me. aut habito, siue peregrinor, secundum R.D. Irme.30.23, Turbo מִתְגּוֹרֵר se congregans. vel colligens. Et ita habet Tharghú, מִתְכַּנֵּשׁ. Vel succidēs, ait R.Dauid in גָּרַר.

Nomen toár, גֵּר, Peregrinus, aduena, incola. Gen.15.12, גֵּר יִהְיֶה peregrinū erit semen tuū. Deu.1.15, גֵּרוֹ peregrinus eius. Exo.22.19, גֵּרִים, Peregrini. Substātiuum, גֵּרוּת, Peregrinatio, Timor, Pauor. Irm.41.17, Et habitauerunt בְּגֵרוּת in peregrinatione Chimhám. Alia forma, מָגוּר cum súrec, & מָגוֹר cú chólem. Psal.55.16, Quia mala בִּמְגוּרָם in societate eorū. Vel, in habitatione: aut quod rectius, in loco in quo congregantur. vtrunque R.D. Iiób 18.19, בִּמְגוּרָיו in habitationibus eorū. Thren. 2.22, מְגוּרַי pauores mei vndique. Iechez.21.17, מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב pauores gladii. אֶל redundat, vel est vice ה. Et cum chólem, Irm.46.5, מָגוֹר pauor. Alia forma, מְגוּרָה. Iesa. 66.4, וּמְגוּרֹתָם & pauores eorum. Illud Chag.2.22, Nú adhuc est semē בַּמְּגוּרָה in horreo? sic exponit R. Dauid acsi dicat, Estne vobis adhuc semen in horreo, vt quæratis illud? Non est vobis: sed est in terra satum, & idcirco mea indigetis benedictione. Et si cœperitis ædificium domus, mox meam agnoscetis benedictionem, quam vobis mittam in satis, & arborum fructibus. At R.Selomóh exponit, Hoc anno adhuc nō seminastis: sed semen est in horreo, & arborum fructus nondum sunt maturi. Posthac autē serite tēpore benedictionis: quia ædificatio domus (. i. tēpli) benedictionem vobis

afferet, in opere manuum vestrarum. Et cum duplici מ. Ioël 1.17, Diruta sűt מַמְּגֻרוֹת horrea. R. Ioseph prius מ dicit esse deseruientem literam, & ob hanc causam alterű מ daghessari: & pathách prioris מ, poni vice chiríc. Alia forma cum chólem, מְגוֹרָה. & in regimine, Prouc. 10.24, מְגוֹרַת pauor. Aliud nomen, גּוּר, Catulus leonis, vel alterius animalis. Gen. 49.9, גּוּר אַרְיֵה (sub. taquam) catulus leonis, Iehudáh. Ieche. 19.2, גּוּרֶיהָ leűculi eius. Et cű chólē. Irm. 51.37, כִּגוֹרֵי אֲרָיוֹת sicut catuli leonű. Nachű 2.12, גֹּרֹתָיו catulis suis. est forma fœminea.

גוש Particula, frustum. Iiób 7.5, וְגִישׁ עָפָר & frusto terræ. vel gleba. Scribitur cű י, & legitur cum ו, quia duplex est lectio, גּוּשׁ & גִּישׁ.

גזז Succidere, excidere, Tődere. Gen. 31.17, Et Labā iuerat לִגְזֹז אֶת־צֹאנוֹ ad tődendum oues suas. Irme. 7.29, גָּזִּי נִזְרֵךְ tonde capillű tuű. Et in nifhál. Nachű 1.11, Et sic נָגֹזּוּ succisi sunt. Nomē, גֵּז, Germen excisum, cuius radices remanēt, & pluuia adhuc illud germinare facit. Psal. 72.6, pluuia עַל־גֵּז super germen excisum. Hamós 7.1, post גִּזֵּי הַמֶּלֶךְ germina excisa regis. vel post tonsiones regis. i. excisiones factas à rege. Significat etiā lanam tonsam ab ouibus, siue vellus. Deut. 18.4, Et primitias גֵּז velleris pecudű tuarum. Et cum ה fœmineo, Iudic. 6.38, הַגִּזָּה. Hinc & גָּזִית, quod secűdum normam debuerat deghessari, sed hānách est loco daghés. 1. Regum 5.17, lapides גָּזִית excisionis. i. excisos, & dolatos.

גזל Rapere. Iechez. 18.12, גְּזֵלוֹת גָּזָל rapinas rapuit. Iiób 20.19, בַּיִת גָּזַל domum rapuit. Prou. 28.24, גּוֹזֵל אָבִיו rapiēs patrē suű. i. substantiā patris. Iesa. 10.1, וְלִגְזֹל & ad rapiēdű iudiciű. Prou. 22.19, אַל תִּגְזָל־דָּל ne rapias pauperē. Et in nifhál, Prou. 4.16, וְנִגְזְלָה nec rapietur somnus eorum.

eorũ. Nomen,גָּזֶל,Rapina,cũ quinque pũctis. Eccle. 5.7,וְגֶזֶל מִשְׁפָּט & rapinã iudicii. Alia forma,גָּזֵל, & in regimine גְּזֵל ſecũdum R. Dauid in lib.ra. & Michlól, quod alii vnam per ſe ſpeciem eſſe arbitrãtur. Pſal.62. 11,וּבְגָזֵל & in rapina. Alia item,גְּזֵלָה,Ieche.18.16.& 12, plurale גְּזֵלוֹת. Aliud,גּוֹזָל,Pullus columbarum,ſiue pipio.Gene.15.8.Deute.32.11,ſuper גּוֹזָלָיו pullos ſuos.

גָּזָם Genus locuſtæ.Ioél.1.4.Hamós 4.9.Sunt(inquit R.Dauid in comment.) qui dictam putent à גָּזַז, quòd fruges tõdeat & excîdat. Tharghum habet זַחְלָא quod vermem ſignificat.

גֶּזַע Lignũ exciſum, cuius radix in terra manet, ſiue trũcus. R. Abrahám exponit זֶרַע ſemen. Ieſa.11.1, Et egredietur virga מִגֶּזַע de trunco(vel ſemine)Iſſái.

גָּזַר Siue גָּזֵר,Excidere, ſuccidere, Scindere, diuidere, Decernere,deliberare,ſententiam ferre. Chabb. 3.17,גָּזַר מִמִּכְלָה צֹאן abſcindet ſe de ouili pecus. actiuum intrãſitiuum propriè, & præteritũ vice futuri, vt Prophetis mos eſt. 1.Reg.3.26,גִּזְרוּ אֶת־הַיֶּלֶד הַחַי diuidite infantem viuum.Ieſah.9.20,וַיִּגְזֹר & ſeparabit ſe(.i.retrahet) ad dexteram. Iiób 22.27, וְתִגְזַר־אֹמֶר & decernes ſermonẽ. Et in nifhál. Ieſah.53.8,נִגְזַר abſciſus eſt. Eſtér 2.1,אֲשֶׁר־נִגְזַר & quod decretũ fuerat. Nomen,גֶּזֶר,Diuiſio:cuius plurale eſt Gene.15.17, הַגְּזָרִים diuiſiones.

Aliud,גִּזְרָה,Cubiculum,Exciſio. Iechez.41.12,Et ædificium quod erat ante הַגִּזְרָה ſolarium.vel cubiculum: quod videlicet erat ſeparatum à domo.i.templo.R.D. Thren.4.7,Sappir גִּזְרָתָם exciſio eorum.i.acſi eſſent exciſi ex ſappiro ob multam eorũ puritatem.R.D. Aliud,גְּזֵרָה,Solitudo. Leui.16.22,in terram גְּזֵרָה ſolitudinis. appellatur ſic,quòd ſit ſeparata ab hominum ha-

bitatione,& germinibus. Aliud,מְגֵרָה,Serra:sic appel lata quòd ligna incîdat. 2.Semuél 12.30, וּבְמַגְזְרוֹת הַבַּרְזֶל, & in ferris ferreis.

גחל Pruna,siue Carbo ignitus,& interdũ non ignitus.est cum seghól propter ח,quod non est susceptibile daghés,alioqui esset instar אֶבֶר.In plurali retinet seghól: vt Psal.18.9,גֶּחָלִים carbones succensi sunt ab eo.Prouerb.6.28,עַל־הַגֶּחָלִים super prunas. In regimine,ג est cum pathach, inquit R.D. vel quæ habent pathách,sunt alterius speciei instar נַחְלֵי à נַחַל.Leui.16. 12, גַּחֲלֵי־אֵשׁ prunarum ignis. Ieche.24.11,עַל־גֶּחָלֶיהָ super prunas eius. Et cũ ה fœmineo,Iesa.47.14,גַּחֶלֶת pruna.

גחן Vnde גָּחוֹן,Venter.Leuit.11.42,Omne ambulans עַל־גָּחוֹן super ventrẽ. Tharghũ, מְעוֹהִי ventrẽ suũ.

גיא Vnde גֵּיא cum seghól,Vallis.gen.masc. Iesa.40. 4,Omnis גֵּיא יִנָּשֵׂא vallis exaltabitur. Reliqua cũ serí,& generis fœminei.Plurale fœmineũ à גַּיְא,secundũ R.D.in Mich.est גֵּאָיוֹת.Ieche.6.3,וְלַגֵּיאָתוֹ & vallibus. sic codices impressi: at R.D.dicit scribendũ esse cum י apparẽte וְלַגֵּאָיוֹת,quod est loco א quiescẽtis in גַּיְא,Deu. 3.29:& א loco י apparentis in גַּיְא:iuxtáque normam est וְלַגֵּיאוֹת.Vel dicimus quòd י apparens in גַּיְא, est occultũ in וְלַגֵּאָיוֹת inter ג & א, quemadmodũ est occultũ in גֵּיא יִנָּשֵׂא memorato,& י apparẽs in וְלַגֵּאָיוֹת est loco ה fœminei:quia singulare גֵּאָיוֹת,est גֵּאָה,cuius ה,in plurali mutatur in י, quemadmodũ mutatur in מְלוּכָה, cuius plurale est מַלְכֻיוֹת . quanquam rectum est vt מַלְכֻיוֹת sit à מַלְכוּת,& non à מְלוּכָה. Hæc R.Dauid in lib.ra.& Michlól. Zechar. 14.3, גֵּיא גְּדוֹלָה מְאֹד vallis magna valde. Iesah.28.1.& 4,Quæ erant super verticem גֵּיא־שְׁמָנִים vallis pinguium concussi vino.Hypallage,pro,Super ver-

ticem הֲלוּמֵי יָיִן concussorũ vino, quæ est vallis pinguiũ. Comparauit verticem eorum, ob multas eorum voluptates ac delicias, effusioni olei super verticem (vel caput) iugiter stillãtis, adeò vt fluat instar aquæ in torrẽte, & valle. Et ad hũc modũ exponit R. Ionáh. Rursum R. D. in commẽt. explicat, Væ coronæ superbiæ, & flori gloriæ, quæ sunt super verticẽ (vel caput) ebriorũ istorum, qui sunt concussi (vel percussi) vino. quia vinum percutiebat eos in terrã, nã cadebãt ebrii, & se in vomitu suo volutabãt. Dixit autẽ, verticem vallis pinguiũ, exaggerãdæ rei gratia ob multitudinẽ olei (siue vnguẽti) aromatici, quod effundebant super caput suũ, acsi esset vallis plena aquis. Et sine א. Ieche. 39. 11, גֵּי. Alia forma, גַּיְא, Deut. 3. 29. Absque א, Iehos. 8. 11, וְהַגַּי. Plurale instar fœmineorũ, Ieche. 31. 12, גֵּאָיוֹת. 2. Reg. 2. 16, הַגֵּיאָוֹת.

גִּיד Neruus. Iesa. 48. 4, וְגִיד בַּרְזֶל & neruus ferreus ceruix tua. vel secundum R. D. & virga ferrea: sic appellata, quòd nerui sint in ceruice. Iiób 10. 11, Ossibúsque וְגִידִים & neruis.

גִּיל Est רְמוּת, Similitudo. Dani. 1. 10, qui sunt כְּגִילְכֶם secũdum similitudinem vestram. i. similes vobis, vt exponit R. Selomóh.

גִּיף Est סָגַר, Claudere. à quo verbum in hifhíl, הֵגִיף. Nechem. 7. 3, יָגִיפוּ הַדְּלָתוֹת claudent ostia. Vnde 2. Reg. 4. 5, pro וְסָגַרְתְּ הַדֶּלֶת & claudes ostium, Tharghum habet וְתַגִיפִין דַּשָּׁא. Et ex verbis doctorum Hebræorum videtur significare simpliciter claudere, & nõ claudere sera, aut pessulo, inquit R. Dauid.

גִּיר Est סִיד, Calx. Iesah. 27. 8, כְּאַבְנֵי־גִר sicut lapides calcis. Significat & superficiem, Dani. 5. 5, עַל־גִּירָא דִי־כְתַל in superficie parietis.

גָּלַל Voluere, reuoluere, deuoluere, Inuoluere, Circuire, Remouere. Iehos. 5.9, גַּלּוֹתִי אֶת־חֶרְפַּת, remoui opprobriũ AEgypti à vobis. Gene. 29.3, וְגָלְלוּ אֶת־הָאֶבֶן, & reuoluãt (vel amoueãt) lapidẽ ab ore putei. Prou. 26. 27, וְגֹלֵל אֶבֶן, & voluẽs lapidem, ad eũ reuertetur. Et 16.3, גֹּל volue ad Dominum opera tua. Sic Psal. 37.5. Et in hiphíl. Gene. 29.10, וַיָּגֶל אֶת־הָאֶבֶן, & reuoluit lapidẽ. Et in pihél. Iesah. 9.5, Vestimentum מְגוֹלָלָה inuolutũ sanguinibus. Et in niphál. Iesa. 34.4, וְנָגֹלּוּ, & inuoluẽtur (siue inuoluent se) sicut liber cæli. Hamós 5.24, וְיִגַּל, & reuoluetur (aut reuoluet se) sicut aqua iudicium. Et in hithpahál. 2. Semu. 20.12, מִתְגֹּלֵל בַּדָּם inuolutus sanguine. Gen. 43.17, לְהִתְגֹּלֵל, vt voluat se cõtra nos. Et geminata prima radicali, Iiób 30.13, תַּחַת שֹׁאָה הִתְגַּלְגָּלוּ pro desolatione voluerunt se. (sub. contra me.) Nomen, גָּלִיל vel גְּלִיל, Circulus. Cant. 5.13. 1. Reg. 6.32, Duo latera ianuæ vnius גְּלִילִים rotũda. nempe vt columnæ rotundæ. גְּלִיל quoque est גְּבוּל, Terminus, confinium: vel מָחוֹז, Regio: vel מְדִינָה, Prouincia. Iesah. 9.1. Plurale fœmineũ, Ioél 3.4, Et omnes גְּלִילוֹת termini Peléseth. Illud autem Iechez. 47.8, Aquæ istæ quæ egrediũtur ad הַגְּלִילָה Ghelilàh: est nomẽ loci. Aliud, גַּלְגַּל, Sphæra, Cælũ, à volubilitate sic appellatũ. iugiter enim super terrã voluitur. Sic etiã appellatur rota & stipula. Et prima litera est cum pathách, nonnunquam cum chiric. Iesa. 28.28, Nec conteret גִּלְגַּל rotam plaustri eius. Ieche. 10. 12, הַגַּלְגַּל. Psal. 77.19, Sonitus tonitrui tui בַּגַּלְגַּל in cælo. Et 83.14, Pone illos כַּגַּלְגַּל vt stipulam. eo quòd sit volubilis, ob leuitatẽ sic dictam. Aliud, מְגִלָּה, Volumẽ, à reuolutione, siue inuolutione sic appellatũ. Irme. 36.27, & 28. גִּלָּיוֹן, quod similiter volumen significat, require

in גָּלָה. Aliud, גָּלָל, Excrementũ, stercus, à voluendo se sic appellatum. 1. Reg. 14.10, quemadmodum remouetur הַגָּלָל stercus. Talmudistæ exponunt, dentẽ, sic appellatũ quòd sit cãdidus vt lapis גָּלָל marmor. Sephan. 1.8, Et caro eorum כַּגְּלָלִים sicut sordes. vel stercora. Et hinc ob sordes & immũditias, & ob contẽptum, idóla appellátur גִּלּוּלִים, quasi sordibus plena, aut sordida. Iechez. 22.3, Et fecit גִּלּוּלִים idóla. Caput quoque, ob eius rotunditatem, geminata prima litera, vocatur גֻּלְגֹּלֶת. Exo. 16.15, Hómer לַגֻּלְגֹּלֶת per caput. i. per singula capita. Aliud, גַּל, Lapidũ cumulus. Gen. 31.44. Irm. 9.11, & ponã Ierusaláim לְגַלִּים in cumulos. siue aceruos. גַּל est etiam מַעְיָן, Fons. Cant. 4.12, גַּל נָעוּל fons obseratus. i. sera clausus. Et גֻּלָּה, forma fœminea. Iehos. 15.19, da mihi גֻּלֹּת מָיִם fontes aquarum. Est etiam גַּל Fluctus: ob reuolutionem motus eius, sic appellatus. Iesah. 48.18, כְּגַלֵּי הַיָּם sicut fluctus maris. Irme. 5.22, גַּלָּיו fluctus eius.

Hinc & גֻּלָּה, Genus quoddã vasis rotũdi instar phialæ, aut crateris: quod quidã lenticulam vertũt. Zecha. 4.2, וְגֻלָּהּ, & lenticula eius. ה est cũ mappic. Secundũ normã debuerat esse גֻּלָּתָהּ. est autem sicut illud פִּנָּהּ Proue. 7.9, pro פִּנָּתָהּ, inquit R.D. in lib. ra. & Michlól. Vel est alia forma absque ה fœmineo, à גּוֹל, instar חֹק à חֻקָּה. Aut mappic ponitur ob decorem pronuntiationis, vt Iiób 28.11, וְתַעֲלֻמָהּ. * Hinc & בִּגְלַל, Propter. Genes. 30.26, Benedixit mihi Dominus בִּגְלָלֶךָ propter te.

גַּלָּב Tonsor. prior litera cum pathách, & altera cum camés & daghés, instar גַּנָּב. Iechez. 5.1, nouaculam הַגַּלָּבִים tonsorum.

גֶּלֶד Cutis, pellis. Iiób 16.15, Saccũ consui עֲלֵי גִלְדִּי super cutem meam. R. Leui, crustam meam.

גָּלָה Migrare,captiuũ duci, aut ducere,Vagari,Recedere,Detegere,diſcooperire,reuelare, Aperire, Apparere. 1.Semu.4.21, גָּלָה כָבוֹד migrauit gloria ab Iſraél. Et 9.15, גָּלָה אֶת־אֹזֶן שְׁמוּאֵל aperuit(vel reuelauit)aurẽ Semuél. Prou.27.25, נִגְלָה חָצִיר apparuit herba. Hamós 3.7, כִּי אִם־גָּלָה סוֹדוֹ niſi reuelauerit ſecretum ſuũ. Iechez. 39.23, Ob iniquitatẽ ſuam גָּלוּ captiui ducti fuerunt domus Iſraél. Ieſa.49.21, גֹּלָה וְסוּרָה emigrans,& recedens: participium fœmineũ. Et Irme.32.14,& libellum הַגָּלוּי apertum. Macór, גָּלֹה & גְּלוֹת. Hamós 5.5, גָּלֹה יִגְלֶה emigrando emigrabit. Irme.1.3, עַד־גְּלוֹת donec emigraret. 2.Semuél 15.19, וְגַם־גֹּלֶה אַתָּה & etiam vagaris tu. Futurum perfectum. Ruth 4.4, אֶגְלֶה אָזְנְךָ aperiam(reuelabo) aurem tuam. Defectiuum, Iiób 20.28, יִגֶל יְבוּל בֵּיתוֹ emigrabit fructus domus eius. Et in pihél. Pſal.98.2, גִּלָּה צִדְקָתוֹ reuelauit iuſtitiam ſuam. Iechez.23.10, גִּלּוּ עֶרְוָתָהּ diſcooperuerunt turpitudinẽ eius. Pſal.119.22, גַּל מֵעָלַי חֶרְפָּה migrare fac à me probrũ. vel, trãſire fac. Hoſe.2.12, אֲגַלֶּה אֶת־נַבְלֻתָהּ detegam ſtultitiã eius. Defectiuũ, Ieſah.22.8, וַיְגַל אֵת מָסַךְ & detexit velamen Iehudáh.

Et in hifhil.Irm.29.1, quem הֶגְלָה demigrare(vel,captiuũ ducere fecit.) ה eſt cũ ſeghól. Et cũ chiric,2.Reg.24.14, וְהִגְלָה & demigrare fecit. Et in nifhál.1.Sem.3.20, Quia נִגְלָה apparuit(.i.manifeſtauit ſe) Domin' ipſi Semuél. Et 2.Sem.6.19, Qui נִגְלָה diſcooperuit ſe hodie. Ieſa.38.11, וְנִגְלָה מִנִּי demigrauit(receſſit)à me. Et 56.1, Et iuſtitia eius לְהִגָּלוֹת vt reueletur. vel vt ſe manifeſtet.

Et in hithpahál.Gen.9.21, וַיִּתְגַּל & diſcoopertus erat.

Et in hofhál.Eſtér 2.6, הָגְלָה emigrare factus eſt. Irm. 13.19, הָגְלָת יְהוּדָה כֻּלָּהּ emigrare facta eſt Iehudáh tota.

Et in puhál.Nachũ 2.7, גֻּלְּתָה captiua ducta eſt. No

men,גּוֹלָה,Demigratio,captiuitas.Irme.48.11,וּבַגּוֹלָה לֹא הָלָךְ & in demigratione non iuit. Alia forma.Hamós 1.9,Eo quòd concluserũt eos גָּלוּת שְׁלֵמָה captiuitate perfecta.i.vniuersali. Sũt qui ex hac radice putãt esse illud Iesah. 8.1, Tolle tibi גִּלָּיוֹן גָּדוֹל volumen grande,vel librum:sic appellatum,quòd in eo reuelẽtur, & manifestẽtur quæ ignoramus. Et illud eiusdẽ, 3.21,וְהַגִּלְיֹנִים & specula. sic appellata quòd in eis, quæ sunt opposita conspiciantur,& appareant facies, inquit R.Dauid in comment. Et ad hunc modum transtulit Ionathán, וּמַחְזְיָתָא.Et Onchelos,Exod.28.7, pro בְּמַרְאֹת è speculis, transtulit בְּמַחְזְיָת,quod idem significat.

גלח In pihél,Radere. Leuiti.14.8,וְגִלַּח אֶת־כָּל־שְׂעָרוֹ & radet omnem pilum suum.2. Semu.10.4,וַיְגַלַּח אֶת־חֲצִי זְקָנָם & rasit dimidium barbæ eorum. Et in puhál,Iudic.16.17,אִם־גֻּלַּחְתִּי si rasus fuero. Et in hithpahál,Leuit.13.33,וְהִתְגַּלָּח & radet se.

גלם Inuoluere,inquit R.D. 2.Reg.2.8,tulit Eliiáhu pallium suũ,וַיִּגְלֹם & inuoluit. Ab hoc fit גְּלוֹם, quod est מַלְבּוּשׁ,Vestimẽtum quo homo seipsum operit,& inuoluit,quod vulgo(inquit R.Dauid) appellatur קַפָּא cappa:& apud doctores Hebræos dicitur גְּלִימָא. Et sunt qui exponunt inuolucra pãnorum,aut vestiũ, quæ vulgo dicuntur טרושלש.Iechez.27.24,בִּגְלוֹמֵי in vestibus hyacinthi. Aliud nomen,גֹּלֶם,quod est גוף Corpus,non simpliciter,sed imperfectum, carẽs forma & figura,hoc est embryo,in vtero matris viuens antequã lineamẽta suæ speciei accipiat.Psal.139.15,גָּלְמִי embryonem meum,&c. Quo nomine appellatur lignum informe,& homo rudis qui est absque sapientia.

גלע In hithpahál tantum, Misceri, siue miscere se. Prou.17.13,Et antequã הִתְגַּלַּע misceatur(vel mi-

ſceat ſe)lis,dimitte eam.Et 18.1,יִתְגַּלָּע miſcebit ſe.

גָּלַשׁ Secundum R. Ionáh eſt הִשְׁכִּים mane ſurrexit: ex lingua Harabica,in qua שַׁחַר mane,ſiue aurora,dicitur גּוֹלֶשׁ. At R.Dauid in lib.rad. rectum eſſe dicit exponere depilare,ex Tharghum, qui pro גִּבֵּחַ recaluaſter,(Leuit.13.40,)habet גְּלוֹשׁ.& ad hunc modum exponit R.Ioſéph Cant.4.1,Pili tui ſicut grex caprarũ שֶׁגָּלְשׁוּ quæ mane ſurrexerunt (vel depilauerunt ſe) de monte Ghilhád.Vel defricauerunt,aut deterſerunt ſe inter arbuſta ſyluæ,& effectæ ſunt pulchræ acſi fuiſſent defricatæ,& deterſæ,inquit idem.

גַּם Etiã. Vbiq;(inquit R.Dauid) eſt augẽtis particula: quãquam R.Ionáh plures ei tribuat ſignificationes.Gen.31.14,וַיֹּאכַל גַּם־אָכוֹל & cõſumpſit etiã conſumendo argentum noſtrũ.Perinde acſi dicat,Non modo non dedit de ſuo,(quod par erat vt daret nobis) verum conſumpſit etiã conſumendo argentum noſtrũ. quod eſt merces tua.1.Semuél 1.6,Et iraſci faciebat eã inimica eius גַּם־כַּעַס etiam ira.i.ira erat poſt irã. Gene. 27.32,Et benedixi ei, גַּם etiã benedictus erit.q.d.Sciens benedicã ei nũc, cui antea neſcius benedixi . Pſal.14.3, אֵין גַּם־אֶחָד nõ eſt etiã vnus. vel vix vnus. ponitur enim hoc in loco pro אֲפִילוּ vix,vel ſaltem, inquit R.Dauid. Geneſ.6.3,בְּשַׁגַּם הוּא בָשָׂר, eo quòd etiam eſt caro.

גָּמָא In pihél,eſt שָׁתָה, Bibit. Iiób 39.24, In impetu & ira יְגַמֶּא־אֶרֶץ bibet terrã. acſi dicat,Tãta eſt eius leuitas, atque velocitas, vt terram videatur bibere dum currit. R.Ioſéph Kimchi ex eadem cõiugatione, radicéque putat eſſe illud Chabb.1.9, מְגַמַּת פְּנֵיהֶם קָדִימָה bibẽs facies eorũ ventus orientalis.vel Eurus.Eſt enim ſecundum formam deſinentium in ה,גִּמָּה גִּמִּיתָ גִּמִּיתִי.Et participium

participium, מְנַמֵּה מְנַמִּים מְנַמָּה. Et in regimine מְנַמַּת. dicit igitur, Ventus orientalis bibit facies eorum. acsi dicat, Venient cum duritie (seu vehemẽtia, & violentia) faciei, acsi ventus orientalis (qui est vehemens) biberet facies eorum. Alii (inquit R. Dauid in cõment.) exponunt, נֹכַח contra facies eorum erũt, vt ventus orientalis qui est vehemens. Et ita habet Tharghũ, מִקֳּבֵל contra, ex aduerso. In hifhíl, Gen. 24.17, הַגְמִיאִינִי נָא propina mihi obsecro. Hinc גֹּמֶא, Iuncus. R. Dauid in li. ra. dicit esse arborẽ admodum leuẽ. Alii exponũt (inquit) ex lingua גַּמִּי, ex qua fiũt nauiculæ, quas bitumine liniunt, vel pice, ne ingrediãtur aquæ: & sunt leues super faciem aquæ. Exod. 2.2, Et accepit sibi arcam גֹּמֶא scirpeã (vel iunceam,) & liniuit eam bitumine ac pice. Iesah. 18.2, וּבִכְלֵי־גֹמֶא & in vasis iunci.

גמר Vnde גֹּמֶר, Cubitus brachii. Iudicũ 3.16. To'ar, גַּמָּד, Cubitalis, & Pygmæus. Ieche. 27.11, וְגַמָּדִים & Pygmæi in turribus tuis fuerunt.

גמה A quo dictum putant nonnulli מְגַמַּת Chab. 1.9, quod in גֹּמֶא est expositum.

גמל Retribuere, Ablactare, Maturare, & maturescere. 1. Semu. 24.16, כִּי אַתָּה גְּמַלְתַּנִי הַטּוֹבָה וַאֲנִי גְּמַלְתִּיךָ הָרָעָה quia tu retribuisti mihi bonum, & ego retribui tibi malum. 1. Semu. 1.24, quãdo גְּמָלַתּוּ ablactauit eum. quod est sicut גְּמָלַתְהוּ. Iesa. 11.7, גָּמוּל ablactatus. Et 18.5, Et vua acerba גֹּמֵל maturescẽs erit flos eius. Nume. 17.7, וַיִּגְמֹל שְׁקֵדִים & maturauit amygdala. i. ad maturitatẽ perduxit. Et in nifhál. Gene. 21.8, Et creuit puer וַיִּגָּמַל & ablactatus est. Et mox, בְּיוֹם הִגָּמֵל אֶת־יִצְחָק in die qua ablactatus fuit Ischác. Nomen, גְּמוּל, Retributio. Iesa. 3.10. Hobadiáh 14, גְּמֻלְךָ retributio tua reuertetur in

caput tuum. Psal.103.2, כָּל־גְּמוּלָיו omnium retributionũ eius. Alia forma cũ ה fœmineo. 2.Semu.19.36, הַגְּמוּלָה הַזֹּאת retributionem hanc. Alia item, תַּגְמוּל. Psal.116.12, תַּגְמוּלוֹהִי retributiones eius. venit cum הי more Syriaco siue Chaldaico, pro תַּגְמוּלָיו: vt Dani.6.6, עֲלוֹהִי super eũ, quod est sicut עָלָיו. Aliud, גָּמָל, Camelus. 1.Semuél 15.3, מִגָּמָל וְעַד־חֲמוֹר à camelo vsque ad asinum. Gene.32.15, גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת camelos lactantes.

גמץ Vnde גּוּמָּץ cum ו & daghés, masc. gene. Fouea. Eccles.10.7, fodiens גּוּמָּץ foueã, in eam incidet. Thargum pro אֶל־הַפַּחַת הַגָּדוֹל in foueam grandem, (2.Sem.18.17) habet קוּמְצָא. ק autẽ & ג sunt eiusdem exitus.

גמר Deficere, Retribuere, reddere, Cõsumere. Psal.12.2, כִּי־גָמַר quoniam defecit misericors. Et 77.9, גָּמַר אֹמֶר defecit eloquium. Item 57.3, ad Deum גֹּמֵר עָלָי retribuentem mihi. sub. חַסְדּוֹ misericordiam suam. Rursum 7.10, יִגְמָר־נָא רַע רְשָׁעִים deficiat quæso malũ (vel malitia) impiorum. Vel, consumat nunc impios malum. sub. quod faciunt. Recta est prior interpretatio. Et 138.8, Dominus יִגְמֹר בַּעֲדִי retribuet (vel retribuat, aut reddat, sub. bonum suum) pro me.

גן Hortus. Gene.2.8. Cant.6.2, בַּגַּנִּים in hortis. Et cũ ה fœmineo, גַּנָּה. Iesah.1.30, וּכְגַנָּה & tanquã hortus. Et 65.3, בַּגַּנּוֹת in hortis. Hamós 4.9, גַּנּוֹתֵיכֶם horti vestri. R. Dauid dicit radicem horum esse גָּנַן, quod daghés tam in plurali, quàm cũ pronominibus manifeste ostẽdit.

גנן Protegere. 2.Reg.20.6, וְגַנּוֹתִי עַל־הָעִיר הַזֹּאת & protegam ciuitatem hãc. Et in hifhíl. Zechar.9.15, יָגֵן עֲלֵיהֶם proteget eos. Nomẽ, מָגֵן, Clypeus, Scutum, sic appellatum, quòd ferentem protegat. Quo etiam nomine appellantur maiores populi qui illum prote-

gunt. Iudic.5.8, מָגֵן scutum si cõspectum fuerit,& lancea. Genes.15.1, Ne timeas Abrám, אָנֹכִי מָגֵן לָךְ ego clypeus tibi.i.ero tibi veluti clypeus te protegés. Vel, protector tibi. Psa.33.20, Auxiliũ nostrum וּמָגִנֵּנוּ & scutum nostrum est.1.Reg.10.17, trecenta מָגִנִּים scuta. Et 14.25, מָגִנֵּי הַזָּהָב scuta auri.i.aurea. Hose.4.18, מָגִנֶּיהָ scuta eius. Vel, magnates, aut maiores eius, secundum R.Dauid in lib.ra. sicut & illud Psal.47.9, מָגִנֵּי־אֶרֶץ scuta terræ.i. magnates. Plurale, forma fœminea.2.Paral.23.9, וְאֶת־הַמָּגִנּוֹת & scuta. Aliud, מְגִנָּה, Dolor, vel operimẽtum. Thren.3.62, dabis eis מְגִנַּת־לֵב dolorem cordis. Potest etiam(inquit R.D.)exponi, operimentũ cordis: iuxta illud Iesah.6.10, Impingua cor populi huius. sic exponit R.Ioséph, dicens lætalem esse infirmitatem.

גָּנַב Furari. Genes.31.28, גָּנַבְתְּ אֶת־אֱלֹהָי furatus es deos meos. Exod.21.15, וְגֹנֵב אִישׁ & furans virum. Gen. 31.37, גְּנֻבְתִי יוֹם וּגְנֻבְתִי לָיְלָה furto ablatũ diei,& furto ablatum noctis. In iis, י redũdat, pro גְּנוּבַת. R.D. in lib.ra. & in Michlól. Ibidem, 18, וַיִּגְנֹב יַעֲקֹב אֶת־לֵב לָבָן & furatus est Iahacób cor Labán.i.opinionẽ: quia putabat illũ esse cũ pecudibus suis & ipse fugerat. Et in pihél. Irm.23.30, מְגַנְּבֵי qui furátur. Et puhál. Gen.40.15, גֻּנֹּב גֻּנַּבְתִּי furto auferẽdo, furto ablatus sum. Et hithpahál, 2.Sem.19.3, וַיִּתְגַּנֵּב הָעָם & furtiue iuit populus, &c. כַּאֲשֶׁר יִתְגַּנֵּב הָעָם quemadmodũ furtiue perget(pro pergit) populus qui erubescit dũ fugit. Et nifhál, Exo.22.11, & si furando יִגָּנֵב furto ablatũ fuerit. Tóar. Hose.7.1, וְגַנָּב יָבוֹא & fur veniet. Irme.48.27, אִם־בְּגַנָּבִים si inter fures inuẽtus est.

Substantiuum, Exod.22.2, בִּגְנֵבָתוֹ cum furto suo.

גָּנַז Thesaurorum locus: aut instrumentum in quo reconditur aurum, argentum, vestes, & alia con-

cupiſcibilia. Et eſt nomen inſtar דָּבָר, cuius plurale eſt גְּנָזִים, & in regimine גִּנְזֵי, ſicut דִּבְרֵי. Eſtér 3.9, אֶל־גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ in theſauros regis. Iechc. 27.24, וּבְגִנְזֵי & in theſauris (vel capſis) pretioſarum veſtium.

גָּעָה In cal, Mugire. Iiób 6.5, אִם־יִגְעֶה־שּׁוֹר num mugiet bos? Et גְּעִיָּה, Mugitus.

גָּעַל Abominari, reprobare, repellere, abiicere. Leui. 26.44, וְלֹא־גְעַלְתִּים & non abominatus ſum eos, vel reprobaui eos. Et nifhál. 2. Semu. 1.20, Quia ibi נִגְעַל abiectus eſt (vel abominabilis fuit) clypeus fortiũ.

Et in alia ſignificatione, in hifhil. Iiób 21.10, Taurus grauidas fecit, וְלֹא יַגְעִל & nó proiecit ſemen. acſi dicat, nó proiecit ſemẽ, ſed vt par erat, ſeminis guttã proiecit in matricem, & nõ extra, atque ita grauidã fecit vaccã. Quidã de vacca male exponunt principiũ verſus, שׁוֹרוֹ עִבַּר vacca eius concepit. cũ finis verſus ſit de vacca, ini tiũ vero de boue maſculo. loquitur enim de impii proſperitate. Nomen. Iechez. 16.5, בְּגֹעַל in abiectione.

גָּעַר Cóſtructũ cũ ב, ſignificat Increpare: ſine ב, Cor rũpere, perdere. Gen. 37.10, וַיִּגְעַר־בּוֹ & increpauit eum. Pſalm. 9.6, גָּעַרְתָּ גוֹיִם perdidiſti gentes. Nomen, Prouerb. 13.1, Et illuſor non audiuit גְּעָרָה increpationem. Pſalm. 18.16, מִגַּעֲרָתְךָ ab increpatione tua. Alia forma. Deut. 28.20, וְאֶת־הַמִּגְעֶרֶת & increpationem.

גָּעַשׁ Mouere, aut ſe mouere, Cómoueri, Tremere. Pſal. 18.8, וַתִּגְעַשׁ & mouit ſe, & tremuit terra.

Et in hithpahál. Pſal. 18.8, וַיִּתְגָּעֲשׁוּ & mouerũt ſe. Et in puhál. Iiób 34.19, יְגֹעֲשׁוּ cómouebuntur populi. quáquam eſt cum chólem. nam hæc coniugatio (inquit R. Dauid in Michlól) in futuro habet ſúrec, chólem, & camés. Et cópoſitum cum hithpahál: vt Irme. 46.

8,יִתְגָּעֲשׁוּ־מָיִם & mouebuntur(vel mouebunt ſe)aquæ.

נף Corpus,require in א.גוף quoq; in אֲגַפָּיו,non radicale, ſed nominis cõſtitutiuũ à plæriſq; putatur. Vide in אֲגַף.Prou.9.3,עַל־גַּפֵּי,id eſt עַל־כַּנְפֵי,hoc eſt,ad(vel ſuper)alas(vel extremitates)excelſorũ ciuitatis.Vel eſt ſicut גַּבֵּי excelſa. nã ב & פ eiuſdẽ ſunt exitus. Ex hac radice poteſt eſſe illud Exod.21.3,אִם־בְּגַפּוֹ ſi cũ ala ſua venerit.acſi dicat,Si venit ſolus(aut vnicus) cũ ala veſtimenti ſui tantum.Rectũ tamen eſt, inquit R.Dauid, vt horum radix ſit גָּפַף.Vide גוף.

גֶּפֶן Cum ſex punctis,eſt Vitis domeſtica.Pſal.80.15, Et viſita גֶּפֶן וְזֹאת vitẽ iſtam. Irme.5.17, Comedet גַּפְנְךָ vitem tuam.i.fructũ vitis tuæ.Cant.2.12,וְהַגְּפָנִים & vites. De ſylueſtri dicitur 2.Reg.4.39,Et inuenit גֶּפֶן שָׂדֶה vitem agri.i.agreſtem.

גֹּפֶר Vnde גֹּפֶר,Ghópher.Geneſ.6.14,Fac tibi arcam è lignis גֹּפֶר ghópher. Eſt(inquit R.D.in li.ra.) lignum leue ſuper faciem aquarum.Tharghum קַדְרוֹס cedri , hoc eſt cedrinis. Talmudiſtæ quoque Hebræorum , quatuor dicunt eſſe cedri genera , videlicet אֶרֶז קַדְרוֹס: עֵץ־שֶׁמֶן: וּבְרוֹשׁ.In Bereſíth rabbáh,R.Nathán exponit lignis דְקַדְרוֹנָא cedri. Idẽ R. Iehoſúah filius Carcháh. Hinc eſt & גָּפְרִית,Sulphur.Gene.19.23.

גָּרַר Eſt כָּרַת,Succidere,excidere,Serrare.Vnde fit nomen inſtrumenti quod barbare שירא ſerra dicitur,inquit R.D. In pihél. 1.Reg.7.9,lapides pretioſi מְגֹרָרוֹת בַּמְּגֵרָה ſerrati ſerra.aut exciſi ſerra intrinſecus & extrinſecus. Prouerb.21.7,Rapina impiorum יְגוֹרֵם excîdet eos. Poteſt tamen deduci à גור,& bifariam exponi,terrebit eos, vel manebit cum eis: & ſic chólem eſt loco ſúrech,vt teſtatur R.Himmanuél. Sic poteſt ex-

poni illud Irm.30.23, Turbo מִתְגּוֹרֵר. Vide גור. Ab hoc fit & גָּרוֹן, Guttur, quod secundum normam debuerat esse גַּרְרוֹן, instar זִכָּרוֹן: quanquã pronominibus iũctum, ג est cũ seuá: & nisi esset ר, גָּרוֹן daghessaretur. Iesa.58.1, Clama בְגָרוֹן in gutture. Psal.69.4, Exaruit גְּרוֹנִי guttur meũ. Geminat interdũ & priores literas. Prouer.1.9, לְגַרְגְּרֹתֶיךָ gutturi tuo. est plurale pro singulari. Hinc & גָּר, Ruminauit: & גֵּרָה, Ruminatio, aut ruminare: quod, nisi esset ר, daghessaretur sicut סִבָּה. Et à gutture est deductum, quòd cibus è vẽtre per guttur ad os reducatur, vt melius & contundatur & molatur. Leuiti. 11.7, גֵּרָה לֹא־יִגָּר ruminando non ruminat. Potest esse & à גָּרָה. R.Selomóh deducit à נָגַר quod est fluere, quòd cibus refluat ad os ruminante animali.

גרב גָּרָב Scabies. Leuit.21.20.

גרד In hithpahál, Scalpere. Iiób 2.8, לְהִתְגָּרֵד vt scalperet se.

גרה Miscere litẽ, litigare, cõtendere. In pihél. Prou. 28.25, Latus animo יְגָרֶה מָדוֹן miscebit litẽ. Et in hithpahál. 2.Reg.14.10, Et vt quid תִתְגָּרֶה בְּרָעָה miscebis te (pro misces) in malũ? Irm.50.24, Cũ Domino הִתְגָּרִית miscuisti te. i. cõflixisti. Nomen. Psal.39.11, מִתִּגְרַת יָדְךָ à mixtione (.i. conflictu) manus tuæ ego defeci. R.David, à bello. Significat & Ruminare, vide גָּרַר, vbi & גָּרוֹן leges. גֵּרָה, Genus monetæ, obolus. Exo.30.13, Viginti גֵּרָה הַשֶּׁקֶל obolorum est séchel. Ab hoc nónulli deducunt אֲגוֹרָה quod habes in אָגַר.

גרז In nifhál, Succidere, excidere. Psalm.31.24, נִגְרַזְתִּי excisus sum. Hinc גַּרְזֶן, Securis, Deuter.20.19.

גרל Vnde גּוֹרָל, Sors. Leui.16.8, גּוֹרָל אֶחָד sors vna. In regimine, ר cum pathách. Psal.125.3, עַל־גּוֹרַל super sortem. Prou.19.18, intrà scribitur גְּרָל־חֵמָה, extra in

margine גְּדָל, magnus ira. & ita cōmuniter exponūt Hebræi. Tharghum, גַּבְרָא חֶמְתָנָא vir iræ.i.iracundus. Plurale fœmineum. Leui. 16.8, גּוֹרָלוֹת sortes.

גרם Os ossis. Prou. 25.15, תִּשְׁבָּר־גָּרֶם cōteret os. pro ossa. Iiób 40.17, גְּרָמָיו ossa eius. Alia significatio, 2. Reg. 9.13, אֶל־גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת super fastigiū graduū. R.D. in li.ra. exponit, אֶל־עֶצֶם super hésem graduū. acsi diceret, super gradus עַצְמָן ipsos. Vel est (inquit) הַמַּדְרֵגָה gradus. Tharghū Ionathán, דַּרְגַּ שָׁעַיָּא gradū horarū. Et sic illud Iesah. 38.8, צֵל הַמַּעֲלוֹת vmbra graduum: exposuit טוּל אֶבֶן שָׁעַיָּא vmbra lapidis horarum. Metaphorice significat Forté. Gen. 49.14, Isaschár חֲמוֹר גָּרֶם asinus fortis, quasi osseus ad ferendum magnum pódus. Propterea dixit, Et inclinauit humerum suum ad ferendum. R. Ionáh exponit שָׁבוּר fractus, qui è loco suo moueri nequiret.

Hinc fit verbū ex cal. Sepha. 3.2, לֹא גָרְמוּ לַבֹּקֶר non rapuerūt (aut potius, nō reliquerūt) ossa vsq; mane. Hoc dicit quòd leo & vrsus captæ prædæ ossa frangunt. Et in pihél. Num. 24.8, וְעַצְמֹתֵיהֶם יְגָרֵם & ossa eius cōteret.

גרן Area. Gene. 50.10. Deute. 16.13, מִגָּרְנְךָ de area tua. 1. Semu. 23.1, Et rapiebant אֶת־הַגְּרָנוֹת areas.

גרס Frangere, cōterere, cōtundere, cōminuere. Psal. 119.20, גָּרְסָה נַפְשִׁי לְתַאֲבָה fregit se (.i. cōsternata est) anima mea ob desideriū. hoc est, admodum desiderando iudicia tua. Et in hifhíl. Thren. 3.15, וַיַּגְרֵס בֶּחָצָץ שִׁנָּי & cōtriuit calculo (lapillo) dentes meos. Nomen cū sex punctis, & cū ש loco ס, גֶּרֶשׂ, Triticū fractū & contusum. Leuit. 2.13, גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל contusum frumētum spicæ.

גרע Minuere, diminuere, Prohibere. Irme. 48.36, Et omnis barba גְּרֻעָה diminuta. est participium fœmineum ex cal. Eccles. 3.14, Illi non est addendum, & ex illo non est לִגְרוֹעַ imminuendū. Iechez. 16.26, וָאֶגְרַע

חֻקֵּךְ & diminui ſtatutū cibū tibi. Et in nifhál. Leuit. 27.19, וְנִגְרַע מֵעֶרְכְּךָ & imminuetur de æſtimatione tua.

Et in pihél. Iiob 36.26, כִּי־יְגָרַע נִטְפֵי־מָיִם quū prohibuerit ſtillas aquarū. Nomē. 1. Reg. 6.6, כִּי מִגְרָעוֹת quia im minutiones erant domui per circuitū extra, &c. id eſt, loca muri diminuti: retractiones, ſiue contractiones muri vulgò dicuntur. Thalami (inquit R.D.) erant ædificati in circuitu extra parietem domus ſanctuarii. Et horum thalamorum quidam erant infimi, alii medii, alii ſupremi: & alter erat ſuper alterū. Inferior erat latitudinis quinque cubitorum: & è regione contigna tio huius inferioris thalami ingrediebatur parietem templi cubito vno: ſuper quem cubitum locabantur trabium capita ipſius inferioris thalami. Porrò templi paries aſcēdebat à thalamo inferiori, & ſuprà, diminuto vno cubito. Nam dēſitas parietis templi minuebatur cubito vno in medio thalamo. Itaq; thalami medii latitudo, ſex erat cubitorum: inferioris vero, quinque: & ſupremus thalamus, ſeptem cubitorum erat in latitudine eadem ratione. & in ipſis diminutionibus (.i. retractionibus) capita ponebantur trabium, ne perforarent parietem ad ponendū trabes, & hoc eſt quod dicit, Ne apprehenderent parietes domus.

גָּרַף Deuoluere, Scopare, Spargere, diſpergere. Iudic. 5.21, Torrens Chiſon גְּרָפָם deuoluit eos. aut diſperſit, ſiue ſcopauit eos. Tharghum pro יָעִים ſcopas, (Exod. 27.3. & 38.3) habet מַגְרְפָתָא. & Hebræorum doctores vtuntur hoc verbo in hac ſignificātia dum dicunt גּוֹרְפִין verrentes ſub pedibus iumēti. Hinc eſt nomen, אֶגְרוֹף, Pugnus. Exod. 21.18. Ab hoc etiā מֶגְרָפָה, ſecundum R. Dauid in commen. Fruſtum terræ, aut gleba. Ioél

Ioél 1.16, תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם sub glebis suis. ם est cũ seghól.

גָּרַשׁ Eiicere, expellere, repudiare, proiicere. Exo.34.11, גֹּרֵשׁ מִפָּנֶיךָ אֶת־הָאֱמֹרִי eiicio à facie tua Emoræum. Leui.21.13, Viduam וּגְרוּשָׁה eiectam. vel repudiatã. Iechez.45.9, auferte גְּרֻשֹׁתֵיכֶם proiecta vestra. i. tributa vestra, inquit R.D. quæ vos proiiciebatis super eũ. Iesa.57.20, וַיִּגְרְשׁוּ מֵימָיו & expulerunt aquæ eius cœnẽ & lutum. sub. ad littus. Et in nif hál. Hamós 8.7, וְנִגְרְשָׁה & eiicietur. Et in pihél. Genes.4.14, גֵּרַשְׁתָּ אֹתִי eiecisti me. Et in puhál. Exod.12.35, גֹּרְשׁוּ expulsi sunt de AEgypto. est cum chólem propter literam ר. Nomen cum sex punctis, גֶּרֶשׁ, Fructus qui maturescit, & germinat virtute lunæ: sic appellatus, quòd luna foras illum eiiciat. Deuter.33.14, Et de pomis גֶּרֶשׁ יְרָחִים fructus lunarum. i. quem maturant lunæ. Aliud nomen cum מ in principio vice macór. Iechez.36.5, לְמַעַן מִגְרָשָׁהּ לָבַז, vt eiicerent eam in direptionẽ. ponitur enim pro גְּרוֹשׁ אוֹתָהּ inquit R.D. Alia forma, & significatio, מִגְרָשׁ, Villa extra vrbem: siue suburbanum, sic dictum quòd sit tanquã ex vrbe expulsum. Leui.25.34, Et ager מִגְרַשׁ suburbani ciuitatum suarũ non vendetur. Nume.35.3, וּמִגְרְשֵׁיהֶם & suburbana earum. Iehos.21.12, מִגְרָשָׁהּ sine י. Et forma fœminea. Ieche.27.28, מִגְרְשׁוֹת suburbana.

גֶּרֶשׁ cũ puncto in sinistro cornu, require in גֶּרֶס cũ ס.

גָּשַׁשׁ Palpare, attrectare, in pihél. Iesah.59.10, נְגַשְׁשָׁה כַעִוְרִים קִיר וּכְאֵין עֵינַיִם נְגַשֵּׁשָׁה palpauimus tanquã cæci parietẽ: & quia non erãt oculi, palpauimus. prius sine daghés, posterius cum daghés.

גֶּשֶׁם Cum sex punctis, est הַמָּטָר חָזָק pluuia fortis & vehemẽs vt nimbus. Alii pluuiam simpliciter exponũt. 1. Reg.17.6, לֹא־הָיָה גֶשֶׁם nó fuit pluuia. Hezræ

10. 10, וּמֵהַגְּשָׁמִים & propter pluuias. Alia forma, גֶּשֶׁם quod est cũ cholẽ, at in coniunctione cũ ſurec. Iechez. 22.24, לֹא גֻשְּׁמָהּ, non pluuia eius in tempore iræ. ה est cũ mappic, & propterea (inquit R. Dauid) nonnulli dicũt eſſe nomẽ inſtar גֹּרָל, quod cum pronomine facit גֹּרָלוֹ. Et eſt ſenſus, Et non deſcẽdet pluuia eius. Idem rectũ eſſe dicit vt ſit ve bum ex puhál, & mappic eſſe ob decorẽ pronuntiationis, ſicque vertendũ eſſe, Non eſt cõ pluta. ſub. terra. Et in hifhil. Irm. 14.22, Nũ ſunt inter vanitates (.i. idola) gentiũ מַגְשִׁמִים qui pluere faciãt?

גַּת Torcular, Thren. 1.15. Ieſah. 63.2, בְּגַת in torculari. Iudi. 6.12, Excutiebat triticũ בַּגַּת in torculari. ב cũ pathách: & ג ſemper eſt cũ pathách, etiã cum athnách & ſoph paſſúc, & aliis diuiſiuis accẽtibus. Plurale, Nechem. 13.15, דֹּרְכִים־גִּתּוֹת calcãtes torcularia. Eſt etiam גַּת vrbs Paleſtinæ, à qua Dauid Pſalmum octauum inſcripſit עַל־הַגִּתִּית, quòd illum compoſuiſſet in Gath.

NOMINA QVADRATA.

גִּבְעֹל Calamus lini. Exo. 9.31, וְהַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל, & linum in calamo.

גִּזְבָּר Præpoſitus, theſaurarius. Hezræ 1.8, per manũ Mithridáth הַגִּזְבָּר theſaurarii.

גַּלְמַד Vnde גַּלְמוּד, Solitarius, vnicus. Ieſa. 49.21, orbata וְגַלְמוּדָה & ſolitaria. ſiue vnica. i. ſine liberis.

גַּנְזַךְ Theſaurum. cuius tãtum plurale legitur 1. Paral. 28.11, וְגַנְזַכָּיו & theſaurorum eius.

גַּרְגַּר Granum. Ieſah. 17.6, duo, tria גַּרְגְּרִים grana. Et ſic Hebræorũ doctores dicunt גַּרְגְּרוֹת הַבָּר grana frumenti.

גַּרְגְּרָה Guttur, Require in גָּרַר.

ד


Est semper radicalis litera.

דַּד Vber, mamma. Ieche. 23.3, דַּדֵּי vbera virginitatis earū. Plurale tantum.

דָּאַב Dolere super futurum, solicitum esse, curis angi, & discruciari. Psal. 88.10, דָּאֲבָה doluit. Irme. 31.12, לְדַאֲבָה vt doleāt (vel paueant) vltrá. est macór ex cal, instár לְאַהֲבָה. Et in hifhíl. Leuit. 26.16, וּמְדִיבֹת נָפֶשׁ & dolore afficientes animā. iuxta normā debuerat esse מַדְאִיבוֹת. Nomen, דְּאָבָה, Dolor. Iiob 41.14. Alia forma. Deuter. 28.65, וְדַאֲבוֹן נָפֶשׁ & dolorem (siue mœrorem) animi.

דָּאַג Pauere, timere, dolere, discruciari. 1. Semu. 9.5, וְדָאַג לָנוּ & timeat nobis. Iesah. 57.11, וְאֶת־מִי דָּאַגְתְּ & quem timuisti? Psal. 38.19, אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי timebo à peccato meo. Irme. 17.8, לֹא יִדְאָג non timebit. sub. arbor. metaphorica locutio. est autem cū camés propter accentum zachéph. Nomen. Iechez. 12.19, בִּדְאָגָה in pauore (vel dolore) comedent. דָּאג דוּג Piscis, Vide דוג.

דָּאָה Volare. Irme. 49.22, Sicut aquila ascēdet, וְיִדְאֶה & volabit. Est & דָּאָה auis genus, à nimio volatu sic appellata. Leuit. 11.14, וְאֶת־הַדָּאָה & vultur.

דִּב Stercus. 2. Reg. 6.25, Et quarta pars cabi חֲרִיוֹנִים stercoris columbarum. Ita scribitur, nempe cū ח, sed legitur cum ר, דִּבְיוֹנִים, quod idem significat. Nam quod scribitur, significat quod egreditur è foramine columbarum. חור enim est foramen. At quod legitur, honestiori vocabulo significat superfluitatē quæ fluit è columbis, à דב siue דוב verbo Chaldæo, quod est fluere. Siquidem Tharghū pro זוב quod est fluere (Leuit. 15.24,) habet דוב. Idē vero in hūc locū sic habet, Et quarta pars

cabi דָּבָל מַפֶּקֶת יוֹנִיָּא fluxus excrementi columbarũ. Accendebãt enim deficiẽtibus lignis, ignẽ ſtercore columbarum. Nam illis obſeſſis, nõ erat extra vrbem exitus ad cædendum ligna ſyluarum. Idem ſentit R. Ionáh. At R. Ioſeph exponit quod erat in veſicula gutturis columbarum, quod illi ob magná famem comedebant, captis columbis quæ ex agris ad columbaria reuertebantur, plena gutturis veſicula.

דָּבַב Loqui, Detrahere, referre aliorum mala, interdum quæ vera ſunt, nonnunquam falſa. Cant. 7.9, דּוֹבֵב שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים faciens loqui labia veterum. Nomen, דִּבָּה, Infamia, detractio, oblocutio, contumelia. Prouerb. 10.18, Et educens (.i. proferens) דִּבָּה contumeliam, eſt ſtultus. Nume. 13.32, Et eduxerũt דִּבַּת הָאָרֶץ infamiam terræ. i. retulerunt quæ erant ad terræ infamiam. Geneſ. 37.2, Et retulit Ioſeph אֶת־דִּבָּתָם רָעָה infamiam eorum malam patri ſuo. i. quo pacto eum odio habebant, & de eo obloquebantur fratres eius. Pſal. 31.14, audiui דִּבַּת רַבִּים vituperationem multorum.

דָּבָא Vnde illud Deuter. 33.25, Et ſicut dies tui דָּבְאֶךָ fortitudo tua. i. erit tibi fortitudo cunctis diebus tuis. Tharghú, ſicut dies עוּלֵימוּתָךְ תּוּקְפָּךְ iuuentutis tuæ fortitudo tua. Sũt (ait R. Abrahám in comment.) qui א putant eſſe vice literæ duplicãdæ, id eſt ב, ſicut & Ieſa. 18.2, בָּזְאוּ, quod eſt ſicut בָּזְזוּ. & ſic deducunt à דָּבַב vt Can. 7.9, דּוֹבֵב. ſed hic ſenſus, inquit, eſt citra rationem. Eſt itaque ſenſus, inquit R. Dauid, quòd in diebus ſenectutis erit fortitudo, vt in diebus iuuentutis. Porrò R. Ioſéph per literarum tranſpoſitionẽ deductũ putat à דָּאַב, quia dies ſenectutis ſunt dies mali, dolorísq;. Vnde exponit, ſicut dies tui (.i. iuuentutis tuæ) dolor tuus,

id est senectus tua plena doloribus.

דָּבַל Vnde דְּבֵלָה, Massa ficuum siccatum, quæ simul cõpressæ, collectæque, vnum efficiunt corpus. 1.Sem.30.12. Et 25.18, Et ducẽtas דְּבֵלִים massas caricarũ.

דָּבַק Adhærere, cõiungi, conglutinare, Persequi, cõprehendere, siue assequi. Cõmuniter construitur cum ב. 1.Reg.11.2, בָּהֶם דָּבַק illis adhæsit. Thren.4.4, דָּבַק לְשׁוֹן יוֹנֵק אֶל־חִכּוֹ adhæsit lingua lactentis palato eius. Et cum seri, 2.Reg.3.3, דָּבֵק adhærens fuit.i.adhæsit. Prouerb.18.24, Et est diligens(.i.amicus) דָּבֵק מֵאָח coniunctior quàm frater. est nomen tóar secũdum R. D. Psal.63.7, דָּבְקָה נַפְשִׁי אַחֲרֶיךָ adhæsit anima mea post te. Aut, apprehẽdit anima mea te. Hæc est enim eius germana interpretatio, quãdo costruitur cũ אַחַר.2. Paral. 3.11, דְּבֵקָה לִכְנַף הַכְּרוּב coniuncta(sub.ala altera) alæ Cherúb alterius. est enim nomẽ tóar, secundũ R.D. Et sic Deut.4.4, Et vos הַדְּבֵקִים בַּיהוָה cõiuncti Domino. Gen. 19.18, Ne forte תִּדְבָּקַנִי הָרָעָה apprehendat me(vel hæreat mihi) malum. Et hifhil. Psalm.22.15, Et lingua mea מֻדְבָּק מַלְקוֹחָי coniuncta faucibus meis. est cú camés(inquit R.Dauid) quanquam sit coniunctum. Vel deest ל, vt perfectum sit לְמַלְקוֹחָי. 2.Semu.1.6, Et viri equites הִדְבִּיקֻהוּ persequebantur eum. vel attingebant. Gen.31. 22, וַיַּדְבֵּק אֹתוֹ & attigit (vel, assecutus est) eum in monte. Et cum seuá vice chiric. 1.Sem.31.2, וַיַּדְבְּקוּ & persecuti sunt. pro וַיַּדְבִּיקוּ. Et puhál. Iiób 38.38, Et partes יְדֻבָּקוּ coniungentur. Nomen. Iesah.41.7, Dicens לַדֶּבֶק טוֹב הוּא coniunctioni(sub.bractearũ,) bona est. 2.Paral.18. 33, Et percussit regem Israél בֵּין הַדְּבָקִים inter iuncturas.

דָּבַר Loqui, Assuescere, Perdere. in cõiugatione cal raro inuenitur. Nume.32.27, Quemadmodum

Dominus דֹּבֵר loquitur. Et 27.7, Rectum filiæ Selophchád דֹּבְרֹת loquuntur. Proue. 25.11, Verbum דָּבֻר dictũ.

Et nif hál. Psalm. 118.23, כִּי נִדְבָּרוּ cõtra me locuti sunt.

In pihél est eius frequẽtissimus vsus. Iesa. 1.2, Quoniã Dominus דִּבֵּר locutus est. Hoc verbum quando habet accentus diuisiuos, hoc est athnách, soph passúc, & seghuláh post zarcá, cõmuniter est cum serí. aliâs est cũ seghól, siue habeat, siue nõ habeat maccáph. Iehos. 14. 9, כַּאֲשֶׁר דִּבֵּר quẽadmodum locutus est. Gene. 18.19, אֵת אֲשֶׁר־דִּבֶּר quod locutus est. Hose. 1.2, Principiũ דִּבֶּר־יְהוָה eorũ quæ locutus est Dominus. Quanquam sunt qui putant esse præteritum vice macór, vt legatur, Principium loquendi Dominum. Alii vero nomen, legentes, Principium sermonis, aut verbi Domini. R.D. in commen. Exo. 4.13, דַּבֵּר יְדַבֵּר הוּא loquẽdo loquetur ipse. Cum maccáph habet seghól, Irme. 9.5, דַּבֶּר־שֶׁקֶר loqui mẽdaciũ. 1. Sem. 2.3, Ne multiplicetis תְדַבְּרוּ גְבֹהָה (vt) loquamini excelsum. Subauditur enim Vt. Vel secundũ alios, futurũ ponitur vice macór, Ne multipl. loqui.

Et in puhál. Cant. 8.8, In die שֶׁיְּדֻבַּר־בָּהּ qua dicetur in ea. vel de ea. i. in die qua de illa fiet sermo. Et in hithpahál. Nume. 7.87, Et audiuit vocem מִדַּבֵּר loquẽtis ad se. quod secundum normam, inquit R. Dauid, debuerat esse מִתְדַּבֵּר. Et in hifhíl, pro Perdere, vel Ducere. Psal. 47.4, יַדְבֵּר perdet (vel ducet) populos subter nos. Et 18.47, וַיַּדְבֵּר & perdidit (vel duxit) populos subtus me. Aduerte quòd nõnihil est discriminis inter אָמַר dixit, & דִּבֵּר locutus est, quantum ad vsum linguæ. Nã אָמַר semper alteri iũgitur. דִּבֵּר vero est absque coniunctione cũ altero, inquit R. Dauid: quia locutio significat id quod est in homine ex sua origine. Dicis enim, Homo viuens מְדַבֵּר loquitur. sed non dicis, Homo vi-

Nomen, זוֹב, Fluxus. Leuit.15.25, כִּי־יָזוּב זוֹב דָּמָהּ quū fluxerit fluxus ſanguinis eius.

זוד Superbe & temere agere. Exod.18.11, זָדוּ עֲלֵיהֶם ſuperbe egerūt aduerſus eos. Et in hifhil. Neche. 9.10, הֵזִידוּ עֲלֵיהֶם ſuperbe egerūt aduerſum eos. Exod.21. 14, Et quū יָזִד ſuperbe egerit. deficit י, ſecundum R.D.

Tóar, זֵיד, Superbus, temerarius. Prouer.21.24, זֵד ſūperbus, &c. Irme.43.2, הַזֵּדִים, Superbi. Alia forma, זֵדוֹן, cuius plurale eſt Pſal.124.5, Aquæ הַזֵּידוֹנִים ſuperbæ.i.intumeſcentes. Nomen, זָדוֹן, Superbia. Proue.11.2, Venit זָדוֹן ſuperbia.i.venit vir ſuperbiæ, hoc eſt ſuperbus. Vel eſt nomen tóar, ſuperbus. & ſic Irm.50.31, Ecce ego ad te זָדוֹן ſuperbe. Prouerb.13.9, Vere בְּזָדוֹן vir ſuperbus dabit litem. Vel ſic, propter ſuperbiam dabit (nēpe homo) litē. Irme.49.16, Decepit te זְדוֹן לִבֶּךָ ſuperbia cordis tui. Alia forma. Pſal.19.14, מִזֵּדִים quod eſt (inquit R. Dauid) ſicut מֵהַזְּדוֹנוֹת, à ſuperbiis.

זוה Vnde זָוִיָּה, Angulus. Zechar.9.15, כְּזָוִיּוֹת מִזְבֵּחַ ſicut anguli altaris. Alia forma. Pſalm.144 13, מְזָוֵינוּ מְלֵאִים anguli noſtri pleni.

זוז Vnde præpoſito מ, fit מְזוּזָה. & ה, genus ſignat fœmineum, Poſtis. Exod.21.6, אֶל־הַמְּזוּזָה ad poſtem. Ieche.45.18, וְעַל־מְזוּזַת שַׁעַר iuxta poſtem portæ. R. Dauid, & iunctum poſti. quanquam Ionathán in Tharghum vertit

vertit וְעַל סְקוֹפַּת תַּרְעָא & iuxta limē portæ. Et ſic 1.Sem. 1.9, ſedebat ſuper ſoliū עַל־מְזוּזַת iuxta poſtē. Tharghú, בְּסְטַר סִיפָּא in latere liminis. Exod.12.6, הַמְּזוּזֹת poſtes.

זול Vileſcere, vilipendere, ſpernere, contemnere. Vnde participium ex cal. Ieſa.46.6, הַזָּלִים זָהָב מִכִּיס qui vilipenditis aurū de crumena. Et in hif hı́l. Thren.1. 8, הִזִּילוּהָ ſpreuerunt eam. & eſt cum daghés præter normā, inquit R.D. in lib. rad. ſicut & illud Exo.16.2, וַיִּלּוֹנוּ. & Nume.14.36, וַיַּלִּונוּ. Et in Michlól idem in verbo זול, ita ait, Dicimus in hac radice dictionem remotam à regula, quia iuxta regulam dicendum eſſet הֵזִילוּהָ, inſtar הֱשִׁיבוּהָ & הֱקִימוּהָ. Verum, quia antequam cōiungeretur pronomini fœmineo, erat הֵזִילוּ cum hannách (.i. litera quieſcēte) formatiuo cōiugationis hif hı́l, vt indicaret quòd ob multiplicitatem pūctorum quæ ſunt illi pronomini iuncta, cadit hannách, & daghés ponitur vice illius. & rectum eſt vt ה non producatur, ſed corripiatur propter י quod habet daghés. & ſic illud Irme.38.21, סִית à הִסִּיתוּךָ, in quo daghés eſt loco hannách cadentis. Sed R. Abrahám deducit verbum à זָלַל. & ita daghés eſt loco ל deficientis.

זון Vnde tóar, זַן. Pſa.144.13, Anguli noſtri pleni מְפִיקִים מִזַּן אֶל־זַן educentes de ſpecie ad ſpeciē. R.D. in lib. ra. dicit eſſe tóar ſpecierū frugū, vt tritici, vt hordei, vt leguminū, & huiuſmodi, quibus homo veſcitur. Et in cómen. זַן exponit מִין ſpeciē. acſi dicat, de ſpecie ad ſpeciem. Et participium illud dicit poſſe eſſe trāſitiuum, & intranſitiuum: vt ſit, educentes aut exire facientes: vel, exeuntes de ſpecie ad ſpeciē. acſi dicat, In omni angulo domus eſt ſpecies aliqua frugum: & propter frugum maximā copiam, miſcēt ſe ſpecies frugum alte-

ra cum altera. Trãſitiue verò hic eſt ſenſus, Domeſtici propter frugũ copiam, educũt vnã ſpeciem ad alterã, quòd ſingulas ſpecies ſeorſum manere non ſuſtineat anguſtia domus. Haudquaquam ſcio cur R. Dauid in Michlól, dicat hæc duo, eſſe participia, & cum pathách præter normam: quòdque poſſumus formare totũ verbum זָן זַנְתָּ, &c. R. quoque Abrahám auenhezra, educentes, indicare miniſtros aſſerit, & זַן exponit ſpeciem. Nam Tharghum pro לְמִינָהּ ſecundum ſpeciem ſuam (Gene. 1. 24,) habet לִזְנַהּ. Sũt, inquit R. Abrahám, qui exponunt, de eſca ad eſcam: & dictionẽ, educentes, referunt ad angulos noſtros, vt ſit, Anguli noſtri pleni, educẽtes, &c. R. quoque Ionáh exponit, de ſpecie ad ſpeciem. & ſic illud 2. Paralip. 16. 14, Et requieſcere fecerunt eum in lecto qui erat plenus aromatibus, וּזְנִים & ſpeciebus. nempe varii odoris. Idem R. Abrahám & R. Dauid. Et ſecũdum normam (inquit R. Dauid) debuerat eſſe זֵנִים cum ſeri, inſtar מוּת à מֵתִים, quia eſt ex quieſcentibus. Hinc etiam præpoſito מ, fit מָזוֹן, Eſca, cibus. Gene. 45. 23, & panẽ, וּמָזוֹן & eſcam. Hinc & זוֹנָה, Caupona, hoſpita: ſic appellata, quòd eſcas præparet & vendat. & eſt tóar, inſtar טוֹבָה. R. D. exponit מוֹכֶרֶת מָזוֹן vendens eſcam. Iehoſ. 2. 1, mulieris זוֹנָה cauponæ. ita Ionathán in Tharghum, פּוּנְדְקִיתָא cauponæ, ſiue hoſpitæ. Ita & R. Ionáh. & ſic illud Ioél 3. 3, poſuerunt puerum בַּזּוֹנָה cũ caupona. vel hóſpita. aut in hoſpitio. quãquam R. D. exponat, in proſtibulo. זוֹנָה ſignificat etiã arma. 1. Reg. 22. 38, וְהַזֹּנוֹת רָחָצוּ & arma lauerunt. Et eſt inſtar קוֹמָה קוֹמוֹת. Alia forma præpoſito א. Deuter. 23. 13, עַל־אֲזֵנֶךָ ſuper armis tuis. Vide אָזֵן.

זוע Mouere, cõmouere, aut Se mouere, Cõtremiſcere, concuti. Eſtér 5. 9, וְלֹא־זָע neq; mouebat ſe. Et

tribus meis. Et geminata litera in pohél, in alia significatione. 2. Reg. 4. 35, וַיְזוֹרֵר הַנַּעַר, & oscitauit (aut sternutauit) puer. Et in nifhál. Iesa. 1. 4, נָזֹרוּ אָחוֹר, alienati sunt (vel alienauerũt se) retrorsum. Iechez. 14. 5, נָזֹרוּ. Quæ tamen possunt esse ex radice נָזַר. Hinc nomen, præposito ם, מָזוֹר, Plaga, percussio: eo quòd soleat frangi, siue aperiri, vt sanies educatur: aut quòd soleat alligari. Hose. 5. 13, neque curabit à vobis מָזוֹר plagam. vel percussionem. pro, neque curabit vos à plaga, vt sit hypallage. Hobadiáh 7, Ponent מָזוֹר plagam subter te.

Significat & curationem, siue sanitatem: quòd in curatione, plaga frangi, siue aperiri & premi soleat, ad educendã saniẽ. Irme. 30. 13, Non est qui iudicet iudiciũ tuum לְמָזוֹר ad curationẽ. vel sanitatẽ. Aliud. Nume. 11. 20, donec exeat (caro) è naribus vestris, & sit vobis לְזָרָא in dispersionẽ. vel ad dispersionẽ. acsi dicat, ita vt dispergatis siue diffletis ipsam carnem ex naribus vestris. Et est instar צָרָה à צוּר, & רָעָה à רוּעַ. éstque א loco ה. Require in זָרָה. Tóar, זָר, Alienus. Leuit. 22. 13, וְכָל־זָר & omnis alienus nõ comedet ex eo. Irme. 18. 14, Num derelinquentur מַיִם זָרִים aquæ alienæ, frigidæ, defluentes: i. venientes è loco alieno & longinquo: quæ videlicet sunt alienæ loco per quem defluũt. Et 51. 2, Et mittam in Babél זָרִים וְזֵרוּהָ alienos, & alienabunt eam. i. vt alienam, & extraneam facient eam, quia capient, diripiéntque omnia quæ eius fuerint. Sunt qui dicũt זֵרוּהָ esse à זָרָה. at R. D. ex hac radice putat esse verbum, & ex cal, à secundo modo præteriti, qui est vt פָּעֵל cũ camés & serí. Require & in זָרָה. Iesah. 1. 7, Secundum subuersionem זָרִים alienorũ. i. virorum alienorũ, qui veniunt è terra longinqua aduersus vrbem quampiam vt eam

capiant,ſubuertant,ac deſtruant vniuerſa. Require alteram expoſitionem in זֵרִים. Fœmineum. Leuit.10.1, אֵשׁ זָרָה ignem alienum. Proue.22.13, פִּי זָרוֹת os alienarũ.

זחח Attollere, Tollere, auferre, remouere. Exod.28.28, וְלֹא־יִזַּח & non tollatur (ſiue remoueatur, aut ſe remoueat) pectorale. q.d. non recedat pectorale ab ephód. Qua dictione vtuntur & doctores Hebræi, quũ dicunt זְחוּחֵי הַלֵּב, id eſt elati corde, & ſuperbi ſpiritu.

זחל Eſt פָּחַד, Vereri, pauere, timere: & שָׁרַץ, Repere. Iiób 32.7, idcirco זָחַלְתִּי veritus ſum, (vel expaui,) & timui indicare opinionẽ meã. R. Ionáh, tardaui, ex lingua Harabica adducens teſtimoniũ in qua hoc verbum tardare ſignificat. R. Abrahám & R. Leui, יָרֵאתִי timui. Idem Tharghum. Micháh 7.17, כְּזֹחֲלֵי אֶרֶץ ſicut ſerpentia terræ. i. ea quæ ſerpunt in terra. 1. Reg. 1.9, iuxta lapidẽ הַזֹּחֶלֶת Zochéleth, qui erat ſecus fontẽ Roghél. ſic appellabatur, quòd aquæ ſerperẽt, & defluerẽt iuxta illum. Idcirco dixit, Qui erat, &c. R. verò Selomóh exponit הַגְּדוֹלָה magnũ, quo iuuenes ſuas exercebãt vires. Iònathán verò vertit סְכוּתָא ſpeculationis, quòd ſtantes ſuper illum, à longe ſpeculabantur.

זיו Secundus menſis Hebræis (qui annum incipiunt à Martio) id eſt Aprilis. 1. Reg. 6.1, Menſe זִו הוּא הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי Aprilis, ipſe eſt mẽſis ſecundus. Sic autẽ appellabatur, quòd in eo conſpiciatur arborum ſplendor, qui dicitur זיו. Nam Tharghum pro נֹגַהּ ſplendor, habet זיו.

זיז Ieſa. 66.11, Et deliciis affluatis מִזִּיז כְּבוֹדָהּ à ſplẽdore gloriæ eius. Sunt qui dicunt ſignificare beſtiã agreſtem. Pſal. 50.11, וְזִיז שָׂדַי & beſtia agri. i. agreſtis. Et 80.14, וְזִיז שָׂדַי & beſtia agri. Sunt præterea qui putant nomẽ eſſe vniuerſale ad omnes beſtias. Et in Vaicra rab-

báh, R.Iehudáh nomine R.Simón, dicit eſſe auē magnam, quæ vbi ſuas expãderit alas, ſolem obfuſcat. (& eſt accipiter) & hoc eſt quod ſcribitur Iiób 39.29, Num ob intelligentiam tuam volabit נֵץ accipiter, alas ſuas ad auſtrum: nẽpe expandet. Et cur tali appellatur nomine? Nempe quia in ea ſunt de omnibus ſpeciebus טְעָמִים, hinc & inde.

זיק Scintilla, ſiue flamma ignis. Ieſah. 50.11, Accincti זִיקוֹת ſcintillis. aut flãmis. Eodem verſu, Ambulate in lumine ignis veſtri, וּבְזִיקוֹת בְּעַרְתֶּם & in ſcintillis (ſiue flãmis) quas ſuccendiſtis. Ex hac radice & ſignificantia poteſt eſſe illud Proue. 26.18, Sicut abſcõdit ſe הַיֹּרֶה זִקִּים qui iacit ſcintillas, &c. daghés eſt loco hannách, id eſt י literæ quieſcẽtis, ſicut in צִיִּים pro צִיִּים, ſic זִקִּים pro זִיקִים.

זית Olea, oliua, pro arbore & fructu, maſculei generis. Geneſ. 8.10, עֲלֵה־זַיִת folium oleæ. Irme. 11.16, זַיִת רַעֲנָן oleam viridem. Deuter. 8.8, אֶרֶץ־זֵית שֶׁמֶן terram oleæ olei. i. olearũ facientium oleum. Sunt enim quædam oleæ quæ non faciũt fructum. Vnde & Onchelos in Tharghum, Terram olearum faciẽtium oleum. Et 24.20, Quum excuſſeris זֵיתְךָ oleam tuã. Item 6.11, Vineas וְזֵיתִים & oleas.

זכך Purificare, mũdare. Iiób 15.15, Et cæli לֹא־זַכּוּ non ſunt mundi. Et in hifhil. Iiób 9.29, וַהֲזִכּוֹתִי בְּבֹור כַּפָּי & lauero pure palmas meas. i. manus. Ieſa. 1.16, הִזַּכּוּ mundate vos. Require in זָכָה. Tóar. Leuit. 24.2, Et oleum oliuæ זָךְ purum. eſt cum camés. Alia verò cũ pathách, Prouer. 16.2, via auri זַךְ munda. Et fœmineũ, Exod. 30.33, וּלְבֹנָה זַכָּה & thus mundum. Et à puritate vocatur זְכוּכִית, quod R. Dauid lapidem dicit eſſe auro pretioſiorẽ. R. Abrahám, adamantem eſſe putat. Thar-

ghum,אִיסְפַּקְלַרְיָא speculum. Iiób 28.17,Non adæquabit ei aurum וּזְכוּכִית.

זָכָה Idem quod זָכַךְ. Micháh 6.11, הַאֶזְכֶּה num múdabo. Et in pihél. Psal.73.13,In vacuum זִכִּיתִי לְבָבִי mūdaui cor meum. Et in hithpahál. Iesah.1.16, הִזַּכּוּ mundi estote. quod secúdum normam debuerat esse הִזְדַּכּוּ,inquit R.Dauid in li.ra.& in Michlól. Est enim in potentia daghés, ד quod in verbis à ז incipientibus poni solet vice ת constitutiui cõiugationis,sed euphoniæ gratia omissum est.

זָכַר Recordari,reminisci. Thre.2.1,וְלֹא־זָכַר הֲדוֹם־רַגְלָיו & nó est recordatus scabelli pedum suorú. Psal. 115.12, Dominus זְכָרָנוּ יְבָרֵךְ memor fuit nostri, benedicat.i. Domin' qui memor fuit nostri iugiter parcēdo, ipse benedicat.Ieche.16.21,לֹא זָכַרְתְּי nó recordata es.Scribitur cũ י,& legitur sine י. Psal.103.14, זָכוּר כִּי־עָפָר אֲנָחְנוּ memoratus quòd puluis sumus.est participiú passiuú. Irm.31.20, זָכֹר אֶזְכְּרֶנּוּ עוֹד recordãdo recordabor eius adhuc.est sine ו.Et cũ ו,Exo.20.8,זָכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת memēto diei sabbati. 2.Reg.9.25,כִּי־זְכֹר אֲנִי וָאַתָּה quia memēto,ego & tu equitabamus, &c. Est imperatiuũ, inquit R.D.in li.ra.& in cõment. & est sensus,quia memēto quãdo ego & tu equitabam',&c. At R.Ischác ghiáth scripsit esse macór,& ligatur cũ dictione אֲנִי: sicut & illud Eccles. 4.2,וְשַׁבֵּחַ אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים & laudare ego mortuos. Et 8.2,אֲנִי פִּי־מֶלֶךְ שְׁמֹר ego os regis obseruare. At שַׁבֵּחַ est tóar,secúdũ R.Abra.& R.D.שְׁמֹר verò est imperatiuũ: éstque sensus,Ego te moneo,os regis serua.ita exponit R.Abrahám.Psal.20.4,יִזְכֹּר memor sit omnis sacrificii tui.vel, odoret omne sacrificiũ tuũ. R.D.in li.ra.& in cõment. Et in nifhál.Nume.10.9,וְנִזְכַּרְתֶּם & memo-

rabimini (vel eritis in memoria) corā Domino. Estér 9.28, Et dies isti נִזְכָּרִים memorati. i.memorabiles, aut memorádi. Ieche.21.24, Pro eo quòd הִזָּכֶרְכֶם memoramini, (aut, estis in memoria,) manu capiemini. Nó est transitiuum, vt putauit R.Ionáh, sed intrāsitiuum secundum normam. i.pro eo quòd estis in memoria corā me. acsi dicat, Vestri recordor qui sitis, vtpote iniquitatibus pleni. Exod.34.19, וְכָל־מִקְנְךָ תִּזָּכָר, & omne pecus tuū quod masculum parit. מִקְנְךָ est hoc loco fœminei generis: & exponit R.Dauid, Erit memoratū (siue recēsebitur pecus tuū) vt separētur masculi ex ea מִקְנֶה. i.ex eo pecore. & non est verbum transitiuū, vt putauit R. Ionáh, sed intrāsitiuū, vt omne nifhál. Et in hifhíl, Memorare, Mentionē facere, Reminisci, Adolere, suffire, Odorari. Iesa.49.1, De vētre matris meæ הִזְכִּיר שְׁמִי memorauit nomē meū. Gen.40.14, וְהִזְכַּרְתַּנִי אֶל־פַּרְעֹה, & mētionē mei facies Parhoni. Et 41.8, אֶת־חֲטָאַי אֲנִי מַזְכִּיר, peccata mea cōmemoro. aut peccatorū meorum mentionē facio. i.fateor me peccasse. Iesah.66.3, מַזְכִּיר לְבֹנָה memorās thus. aut mentionē faciēs thuris. vel, qui suffire facit thus. R.Selomóh, qui adolet, vel suffit. Ita exponit & R.D. in cóment. At in li.ra. dicit esse significationis odoris & acceptionis rei cū beneplacito. Ieche. 21.23, וְהוּא־מַזְכִּיר עָוֺן & hoc recordari facit iniquitatis vt capiatur. R.D. in cóment. exponit, Et hoc, aut, & verbum cōmemorat eis iniquitatem ob quam cóprehēsi sunt. Idē 29.16. 2.Sem.8.16, Et Iehosapháth filius Achilúd מַזְכִּיר à cōmentariis. vel cōmonefactor. hoc est qui negotia gerenda cōmemorat. Psal.38.1, Cantus Dauidi לְהַזְכִּיר ad cōmemorandum. vel ad confitendum: vt alii exponūt, teste R.D. in comment. Ipse exponit, ad memorandum,

morandum,ſeu commonefaciẽdum, nempe omnem hominem,ob quam cauſam Dominum precaretur.1. Paralip.16.4, וּלְהַזְכִּיר וּלְהוֹדוֹת & ad commemorandum, & confitendum.Ieſah.12.4,הַזְכִּירוּ memorate quòd excelſum,&c. vel confitemini,vt alii exponunt,teſte R. D.Canti. 1.4, נַזְכִּירָה דֹדֶיךָ memorabimus amores tuos. Alii,teſte R.Dauid, exponũt,odorabimus. Nomen cum quinque punctis, & nonnunquam cum ſex, זֵכֶר, Memoria,Odor.Exo.17.14,delebo אֶת־זֵכֶר memoriã Ha malèc.Pſalm.112.6,לְזֵכֶר עוֹלָם in memoria perpetua erit iuſtus. Hoſe. 14.8, זִכְרוֹ odor eius ſicut vinũ Lebanón.

Alia forma,זִכָּרוֹן cũ daghés.Exod.28.12,לְזִכָּרֹן in memoriam. Alia item forma,זִכְרוֹן. Ecclesi.1.11. Iiób 13. 13, זִכְרֹנֵיכֶם memoriæ veſtræ. R. Dauid legit ſine י, & ita eſt ſingularis numeri:imò plurale dicit eſſe,genere fœmineo.Eſtér 6.1,& dixit vt afferrẽt אֶת־סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת librũ memoriarum.i.hiſtoriarũ,& monimentorum. Alia præterea.Leuit.24.7,לְאַזְכָּרָה in monimentũ.R.Dauid, in odorem,vel memoriã:& hanc expoſitionẽ dicit admodum conuenire loco. Et cũ duplici ſigno fœmineo. Leuiti.6.15,adolebit ſuper altare odorem quietis, אַזְכָּרָתָהּ לַיהוָה memoriã eius Domino. vel odorem, aut ſuffitũ eius Domino.א eſt loco ה.Et ſunt qui exponũt iuxta hunc ſenſum illud Ieſah.57.8, Et poſt oſtium & poſtem poſuiſti זִכְרוֹנֵךְ odorem tuum.vel ſuffitũ tuum. & ſic illud Irme.17.2,כִּזְכֹּר בְּנֵיהֶם quum offerrent (vel adolerent)filios ſuos ſuper aras eorum.& hoc ſecũdum opinionem multorũ.at rectum eſt vt exponatur iuxta primam ſignificantiam, Quum recordati fuerint filii eorum ararum ſuarũ. & hæc eſt opinio Ionathán, qui vertit בְּאִידְכְרָא quũ recordati fuerint. quáquam & hoc

ad illum priorem ſenſum poteſt accómodari : quia & Onchelos, אַזְכָּרָתָהּ paulo ſuprà citatum, vertit אִירְכַּרְתָּהּ. Poſſunt autem omnia (vt ait R. D.) ad vnum reduci ſenſum, quòd odor memorare faciat ré, inquit idem. R. Ionáh, illud Nume.5.25, אֶת־אַזְכָּרָתָהּ cum memoria (vel ſuffitu) eius: dicit non poſſe exponi de ſuffitu: quia thus ipſum non cóburebatur. At R. Dauid, thus ſuper panem poſitum, die ſabbati remoto pane combuſtum fuiſſe cófirmat. nam Leuit.24.8, ſcriptũ eſt, In die ſabbati diſponet illum. quia ordinabatur nouus, vetus adolebatur. remoto enim pane, adolebatur thus ipſum pro pane: quia è pane nó fiebat holocauſtum. Aliud nomé, זָכָר, Maſculus. Gene.1.27, זָכָר וּנְקֵבָה maſculum & fœminam creauit eos. Exod.13.12, הַזְּכָרִים maſculi.

זלל Vnde זוֹלֵל, Epulo, & proprie carniũ. Deut.21.20, זוֹלֵל וְסֹבֵא epulo, & potator (ſiue ebrius) eſt. Prou. 23.20, אַל־תְּהִי בְסֹבְאֵי־יָיִן בְּזֹלְלֵי בָשָׂר לָמוֹ ne ſis cum potatoribus vini, cũ epulantibus carné ſibi. aut, cũ epulonibus.

Accipitur & pro vili. Thren.1.11, Fui זוֹלֵלָה vilis. contemptibilis. Nomen. Pſal.12.9, Quum exaltatæ fuerint, (aut exaltauerít ſe, vel ſuperbierint,) זֻלּוּת לִבְנֵי אָדָם vilitas filiis (aut filiorum) hominum. i. quũ exaltati fuerint impii, & eleuauerint eos vilitates filiorũ hominũ. Vel, vilitas eſt filiis hominũ. Tharghũ, Sicut ſanguiſuga, quæ ſugit ſanguiné filiorũ hominũ. R. Abra. ſubaudit viri, ſic, quũ exaltati fuerint viri vilitatis (aut cótéptus). i. viri viles, & cótéptibiles: & ſic Pſa.109.4, Et ego oratio. i. vir oratiõis. R.D. in cómé. זֻלּוּת vilitas, aut ignominia, opponitur כָּבוֹד gloriæ. Eſt auté hoc nomé ſingularis numeri. Illud auté Ieſa.64.3, נָזֹלּוּ defluerét, quod R. Ionáh aggregauit in hac radice, eſt ex נָזַל, & ſic מַזָּלוֹת.

זלג Vnde מַזְלֵג, Tridens quo extrahuntur carnes ex olla.1.Semu.2.12, וְהַמַּזְלֵג שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם בְּיָדוֹ & tridens trium dentium in manu eius. Plurale fœmin.הַמִּזְלָגֹת, Exod.38.3.Et 27.3,וּמִזְלְגֹתָיו & tridentes eius.

זלת Vnde זוּלַת, Præter. 2.Reg.24.14, זוּלַת דַּלַּת præter paupertatem populi terræ. Et cum additione י, Deute.1.34,זוּלָתִי כָּלֵב præter Caléb. Interdum tamen י eſt ſignũ pronominis primæ perſonæ.Hoſ.13.4,& Deú זוּלָתִי præter me nõ ſcies.1. Semu.21.9,זוּלָתָהּ præter illú.

זמם Cogitare.Thre.2.17,Fecit Domin' אֲשֶׁר זָמָם quod cogitauit.Zecha.8.14,כַּאֲשֶׁר זָמַמְתִּי queadmodum cogitaui.Irm.4.27,locut' ſum,זַמֹּתִי(&)cogitaui. Prou. 31.16,זָמְמָה שָׂדֶה cogitauit(nempe emere)agrũ:& accepit illum.ſub.data pecunia. Nomẽ,זָמָם,Cogitatio. Pſal. 140.9,זְמָמוֹ cogitationem eius. Alia forma.Prouerb. 24.9, זִמַּת אִוֶּלֶת חַטָּאת cogitatio ſtultitiæ(.i. ſtulta: vel, ſtultæ, nẽpe mulieris)peccatũ: & abominatio homini illuſor.Interpretatio hui' loci eſt hæc,iuxta R.D.in li. ra.Omnis qui cogitat verba ſtultitiæ(.i.ſtulta)adducet ſe ad peccatũ.Et cogitãs verba illuſoris,qui nõ eſt ſtultus,ſed deludit,& deridet alios,cuiúſque occupationes malæ ſunt: is inquá qui eius cogitat verba, & ſectatur eũ,adducet ſe ad abominationẽ hominũ: quia abominabuntur eũ homines. Ieche.16.42,Et non feciſti אֶת־הַזִּמָּה cogitationem ſuper omnibus abominationibus tuis.i.non expendiſti, nec cogitaſti quid feceris ſuper omnibus abominationibus tuis,&c. Plurale,זִמּוֹת.Iiób 17.11,זִמֹּתַי נִתְּקוּ cogitationes meæ euulſæ ſunt. זִמָּה ſignificat etiam Fœdum,turpe,abominationẽ,opus malum. Alii reducunt ad primam ſignificantiam,dicẽtes nó modo boná,verumetiã malá ſignificare cogitãtio-

nẽ.interpretandũ est autẽ pro ratione loci. & sic מ præ posito,מְזִמָּה. Leui.19.29,Et impleatur terra זִמָּה abominatione. Et 20.14, זִמָּה הִוא abominatio est. Alia forma,מְזִמָּה. Psa.21.12,Cogitauerũt מְזִמָּה cogitationẽ. Irm. 11.15, מֶה לִידִידִי בְּבֵיתִי עֲשׂוֹתָהּ הַמְזִמָּתָה הָרַבִּים Quid dilecto meo in domo mea, cũ fecerit ipsa, abominationẽ illã (vel turpe illud) cũ multis? est cũ duplici signo fœminneo,sicut יְשׁוּעָתָה. & iũgitur cũ nomine toár הָרַבִּים,quod quia est masculeũ pluralis numeri,nõ potest referri ad הַמְזִמָּתָה abominationẽ. Sic autem exponitur hîc locus à R.D.in cómen. Dicit propheta,Quid dilecto meo in domo mea?Vocat Deum,dilectum suũ: quia ipse fuit ex amicis Dei. Dixit,Quid illi posthac in domo mea? id est in domo sanctuarii mei.q.d.vt habitet illic eius diuinitas? Sequitur,Cũ fecerit ipsa,&c.acsi dicat,Quũ fecerit congregatio Israél abominationem cum multis,idolis videlicet aut diis alienis(quẽadmodũ dixerat suprà,cap.2.28,Secundum numerum vrbium tuarum fuerunt dii tui Iehudáh) & quum reliquerit Deũ vnũ, & fecerit abominationem cum multis,& seruierit illis : quid illi dilecto meo in æde mea? Et dixit, In æde mea,sicut dixerat,Dilecto meo: quia dilectus prophetæ est Deus, & nõ dilectus eorũ. & sic,domus sanctuarii,domus prophetæ est, & non domus eorum. Tharghum refert ad populum hoc pacto,Quid populo qui fuit dilectus coram me?dereliquerunt cultum domus sanctuarii mei,fecerunt consilium ad peccatum multorũ.vel,vt peccarẽt multi. Rursum Irme.23.20, מְזִמּוֹת לִבּוֹ cogitationes cordis sui. Prouerb.12.2, וְאִישׁ מְזִמּוֹת & vir abominationum.i.abominationes faciens.

זמן Tempus constitutum & determinatũ. Ecclesi.3.1, לַכֹּל זְמָן omnibus est tempus. Plurale,זְמַנִּים,cũ da-

ghés. Ester 9.31, בִּזְמַנֵּיהֶם in tẽporibus suis. Hinc verbũ in pihél, Hezræ 10.15, Veniet ad tẽpora מְזֻמָּנִים cõstituta.

זָמַר In pihél, Psallere, canere. Psal. 9.12, זַמְּרוּ לַיהוָה, Psallite (vel cãtate) Domino. Et 108.4, וַאֲזַמֶּרְךָ & psallam tibi. Et in altera significantia in cal. Leuiti. 25.3, & sex annis תִּזְמֹר כַּרְמֶךָ putabis vineam tuã. Et in nifhál, Iesa. 5.6, לֹא יִזָּמֵר nõ putabitur. Nomen, מִזְמוֹר, Psalmus, cantus, cantio. Psal. 3.1, מִזְמוֹר לְדָוִד Psalmus (vel cãtus) Dauid. Titulus multis psalmis præpositus. Alia forma, זָמִיר, Cãtus, cantio, & Putatio siue excisio. Cãti. 2.12, עֵת הַזָּמִיר tempus cantus (vel putationis) aduenit. Iesa. 25.5, Sicut æstus in vmbra nubis, זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה fremitus (ferocia) fortiũ humiliabitur. R. Ionáh excisionẽ exponit. (hoc enim verbũ, vt dictum est, putare, & excidere significat) & יַעֲנֶה exponit יִקְרָא, id est vocabit: acsi dicat, Deus ad excisionem fortium vocabit. At R. Dauid, rectum esse dicit vt זְמִיר sit cãtus vel excisio: & יַעֲנֶה sit יַכְנִיעַ humiliabit, aut humiliare faciet: vt sit sensus, Excisio (sub. quæ veniet à Deo,) humiliabit fortes. atque ita זְמִיר nõ est in regimine. Vel, cãtus, id est oblectatio in qua oblectãtur fortes, humiliabit eos. Alia forma, זְמִירָה. Psal. 119.54, זְמִירוֹת הָיוּ לִי, cantus fuerũt mihi præcepta tua. Iiób 35.9, qui dat זְמִרוֹת cãtus in nocte. Alii, excisiones, teste R. D. Alia itẽ, זִמְרָה. Psal. 81.3, sumite זִמְרָה cãtum. Iesa. 12.2, כִּי עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ quia fortitudo mea & cãtus meus Dominus. est cum camés, & deficit י signũ pronominis primæ personæ. Ponitur enim pro וְזִמְרָתִי, & hoc ostendit ר cũ camés: quòd si esset in regimine, esset cũ pathách. י igitur præcedens in עָזִּי, manet vice duorum. Inueniuntur tamen multa cum camés, quæ sunt in regimine, teste R. Dauid in Michlól, & li.

ra. Alia significatio. Gen.43.10, Capite מִזִּמְרַת הָאָרֶץ de optimis frugibus terræ. Et accedit ad primã significãtiã: quia melior, laudabiliórque cãtus, vocatur זָמִיר, inquit R.D. Alia forma, מְזַמֶּרֶת. Irme.52.18, וְאֶת־הַמְזַמְּרוֹת & psalteria. R.quoq; Dauid instrumẽta dicit esse quibus psallebant. Alia præterea forma & significatio. Nume. 13.23, Et succiderunt inde זְמוֹרָה וְאֶשְׁכּוֹל ramum (vel palmitem) & botrum. R. Dauid exponit vitẽ, plantationem: & quòd nomen vtplurimũ dicatur de vite.

Alia significatio, Iechez.8.17, Et ecce ipsi mittũt אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם fœtorẽ ad nasum suũ. sic R. Dauid exponit, הָרֵיחַ הָרַע odorem malum. similiter & in cõment. Et Ad nasum suum, ponitur pro Ad nasum meũ: & sic erat scriptum, inquit idem R.D. sed immutatum fuit pronomen ob Dei reuerẽtiam. Et hæc dictio est vna è decẽ & octo dictionibus quæ à Scribis consulto fuerũt immutatæ. Rursũ Ieche.15.2, in priori significatione, Quid fiet de ligno vitis præ omni ligno, (& ex) הַזְּמוֹרָה palmite qui est inter ligna syluæ? Et Iesah. 17.10, וּזְמֹרַת זָר תִּזְרָעֶנּוּ & palmitem (vel plantationem, aut germen) alieni (vel extranei) seres eum. Et forma masculea: Nachum 2.3, וּזְמֹרֵיהֶם שִׁחֵתוּ & palmites (aut propagines) corruperunt. quanquam dici potest quòd sit eiusdem speciei cũ priori: & quòd in plurali, masculei est generis, sicut & plærisq; aliis vsu venit nominibus. Aliud, מַזְמֵרָה, Falx: à putando sic appellata. Iesa.18.5, Et præcîdet ramusculos בַּמַּזְמֵרוֹת falcibus. זֶמֶר, Nomẽ animalis, Capra rupicola. Deuter.14.5. Scripsit R. Ionáh Harabice appellari זוראפה.

זָנָב Cauda. Iudic.15.4, Et vertit זָנָב אֶל־זָנָב caudam ad caudam. Plurale est fœmineum. Iesah.7.4, מִשְּׁנֵי

זְנָבוֹת הָאוּדִים à duabus caudis titionũ. Ab hoc verbũ in pihél, Occidere extremos, qui ſunt cauda caſtrorũ. Ieho ſ. 10.19, Perſequamini inimicos veſtros, וְזִנַּבְתֶּם אוֹתָם & decaudabitis (pro, & decaudate) eos. i. extremos caſtrorũ occidite. Deut. 25.18, וַיְזַנֵּב בְּךָ & decaudauit in te.

זָנָה Fornicari corpore: item animo, quum quis relicto vero Deo, colit idola. Deute. 31.16, וְזָנָה אַחֲרֵי אֱלֹהֵי & fornicabitur poſt deos. Nume. 25.1, Et cœpit populus לִזְנוֹת אֶל־בְּנוֹת מוֹאָב fornicari cum filiabus Moáb. vbi אֶל ponitur vice עִם. 2. Paralip. 21.13, וַתַּזְנֶה אֶת־יְהוּדָה & fornicari feciſti Iehudáh. Hoc ſolum in cal, eſt tranſitiuum. Ieche. 16.28, וַתִּזְנִי עִמָּם, וַתִּזְנִים & fornicata es cum eis. R.D. in comment. & lib. ra. Et in hifhíl. Hoſe. 4. 18, הַזְנֵה הִזְנוּ fornicando fornicati ſunt. intranſitiuum. Tranſitiuum verò, Leuit. 19.28, לְהַזְנוֹתָהּ vt fornicari facias eam. Et in puhál. Iechez. 16.34, Et poſt te לֹא זוּנָּה non eſt fornicatũ. Tóar fœmin. זוֹנָה, Meretrix. Ieche. 16.40, Et ceſſare faciã te מִזּוֹנָה à meretrice. i. ne ſis meretrix. 1. Reg. 3.16, זֹנוֹת meretrices. Significat & cauponã, arma, vt dictũ eſt in זון. Subſtantiuũ, זְנוּת, Fornicatio. Hoſe. 4.11, זְנוּת וְיַיִן fornicatio, & vinũ, &c. Nume. 14.33, אֶת־זְנוּתֵיכֶם fornicationes veſtras. Alia forma, ת præpoſito, תַּזְנוּת. Ieche. 23.8, תַּזְנוּתֶם fornicationem ſuam. Et 35, וְאֶת־תַּזְנוּתַיִךְ & fornicationes tuas. Alia item, addito נ. Geneſ. 38.24, grauida לִזְנוּנִים fornicationibus.

זָנַח Eſt רָחַק, Elongauit, abominatus eſt. Hoſe. 8.3, זָנַח יִשְׂרָאֵל טוֹב elongauit (abominatus eſt) Iſraél bonum. Pſal. 43.2, לָמָּה זְנַחְתָּנִי vt quid elõgaſti me. aut abominatus es me. Thre. 3.16, וַתִּזְנַח מִשָּׁלוֹם נַפְשִׁי & elõgauit ſe à pace anima mea. Eſt enim actiuum intranſitiuũ.

Et in hifhil. 2. Parali. 29.19, Et omnia vaſa quæ הִזְנִיחַ

elongare fecerat(neglexerat, vel repudiauerat) rex Achaz. Iesah.19.6, וְהֶאֶזְנִיחוּ נְהָרוֹת & elongare facient flumina. In quo א redúdat: ponitur enim pro וְהִזְנִיחוּ. quæ additio literæ, frequẽs est in lingua Aramæa.i.Syriaca, siue Chaldæa, vt passim habes in Daniele.1.Paralip.28.9, יַזְנִיחֲךָ elongare faciet(vel proiiciet)te.

זנק Est דִּלֵּג, Subsiliuit, saltauit. Inuenitur semel in pi hél. Deut.33.22, vt catulus leonis יְזַנֵּק מִן־הַבָּשָׁן saltabit de Basán. Hebræorũ doctores eo frequẽter vtũtur.

זיעה Require in זוע.

זועה Commotio. ו apparẽs, est loco ה vltimæ literæ radicalis: ה verò est signum fœmineum. Radix ergo est זָעָה idem significans quod זוּע, Mouere, cómouere. Deut.28.25. Et eris לְזַעֲוָה לְכֹל מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ in commotionem per omnia regna terræ.

זעך Excîdit. Semel tãtũ legitur in nifhál. Iiób 17.1, Dies mei נִזְעָכוּ excisi sunt. Tharghũ, extincti sũt.

זעם Est מָאַס, Spernere: & זַעַף כַּעַס, Irasci, turbari. Nume. 23.7, וּמָה אֶזְעֹם לֹא זָעַם יְהוָה & cur contemnam quem non cõtempsit Dominus? Psalm.7.12, Et Deus וְאֵל זֹעֵם בְּכָל־יוֹם irascens omni die. Prou.22.14, זְעוּם יְהוָה, turbatus Domini cadet illuc. i.contra quem turbatur, & irascitur Dominus. Micháh 6.10, Et modius deficiẽs, זְעוּמָה spretus. nempe Domino, vel detestabilis. Nume. 23.6, Et veni, זָעֲמָה יִשְׂרָאֵל detestare Isráel. ו est cum chólé loco camés, vt producatur ע, inquit R.Dauid in lib. rad.& in Michlól. Et in nifhál. Proue.25.23, Et facies נִזְעָמִים iratæ. Nomen, Iesah.10.25, Et deficiet זַעַם ira.

זעף Irasci, turbari, Dolore aut macie confici. Genes. 40.6, Et ecce erant זֹעֲפִים dolore affecti. vel conturbati.

turbati. Daniél 1.10, Qui si viderit vultus vestros זֹעֲפִים מִן־הַיְלָדִים macilentiores pueris.i.puerorum vultibus. 2. Para. 26.19, וּבְזַעְפּוֹ עִם־הַכֹּהֲנִים & quum irasceretur ipsecũ sacerdotibus. Tóar. 1. Reg. 20.43, tristis וְזָעֵף & furibũdus. Substantiuũ. Micháh 7.9, זַעַף יְהוָה אֶשָּׂא iram Domini portabo Ionáh 1.14, Et stetit mare מִזַּעְפּוֹ à furore suo.i.feruore & æstu suo.

זעק Clamare, vociferari, Vocare, cõuocare, Cõgregare præconis voce. Psal. 142.6, זָעַקְתִּי אֵלֶיךָ clamaui ad te Domine. Iesa. 30.19, לְקוֹל זַעֲקֶךָ ad vocé qua clamaueris tu. est macór. Iudic. 12.2, וָאֶזְעַק אֶתְכֶם & vocaui vos. Estér 4.1, וַיִּזְעַק זְעָקָה גְדוֹלָה & clamauit clamore magno. Hose. 8.2, לִי יִזְעָקוּ Mihi (aut Ad me) clamabunt. Et in nifhál & hifhíl significat cõgregare. Iudic. 18.22, נִזְעֲקוּ congregati sunt. aut congregauerũt se. In hifhíl. 2. Sem. 20.5, Et iuit Hamasá לְהַזְעִיק אֶת־יְהוּדָה vt cõgregaret Iehudáh. Iiób 35.9, עֲשׁוּקִים יַזְעִיקוּ quibus vi bona auferũt, quos clamare faciũt. Est enim trãsitiuum. nam impii, pauperum bona rapientes, clamare faciunt eos.

Nomen, זְעָקָה, Clamor. Iesah. 15.8, Quia circundedit הַזְּעָקָה clamor terminum Moáb.

זער Paulum, paululum, Paulisper. Iesa. 28.10, זְעֵיר שָׁם זְעֵיר שָׁם paulum ibi, paulum ibi. Iiób 36.2, Expecta me זְעֵיר paululum. Alia forma, præposito מ. Iesa. 10. 24, Quia adhuc מְעַט מִזְעָר paulum, pusillum. Idem 24. 6, Et remanebit אֱנוֹשׁ מִזְעָר homo paucus. pro, & remanebunt homines pauci.

זפת Pix. Iesah. 34.9, & erit terra eius לְזֶפֶת בֹּעֵרָה in picem ardentem.

זקק Est חָתַךְ, Fundere. Iiób 28.2, Et locus auro in quo יָזֹקּוּ fundẽt. Et 36.27, יָזֹקּוּ מָטָר fundent pluuiã. In

pihél. Micháh 3.3, וְזִקַּק אֹתָם & fundet eos ſicut aurum & argẽtum. Ieſah. 25.6, feces מְזֻקָּקִים fuſæ. vel colatæ. Ab hoc poteſt deduci זִקִּים, Compedes. Pſal. 149.8, reges eorum בְּזִקִּים in cõpedibus. Iiób 36.8, Vincti בַּזִּקִּים in compedibus. Significat & ſcintillas ignis, vt habes in זִיק.

זקן Inſtar חָפֵץ, Senuit. Gene. 27.1, כִּי זָקֵן quum ſenuiſſet Iſchác. Et 24.1, Et Abrahám זָקֵן ſenex. eſt tóar. Item 18.13, Et ego זָקַנְתִּי ſenui. p cum pathách, quanquã eſt in ſoph paſſúc, præter normã: & ſic cum athnách, Gene. 27.2, זָקַנְתִּי ſenui. Et in hifhíl. Iiób 14.8, quum יַזְקִין ſenuerit in terra radix eius. Tóar, זָקֵן, Senex. Thre. 2.21, Puer וְזָקֵן & ſenex. Ioél 1.14, זְקֵנִים ſenes. Iehoſ. 9.11, זְקֵינֵינוּ ſenes noſtri. Fœmineum, Zechar. 8.4, Habitabũt זְקֵנִים וּזְקֵנוֹת ſenes & ſenes. Nomẽ, plurale dũtaxat, זְקוּנִים, Senectutes, pro ſenectus. Gene. 37.3, כִּי־בֶן־זְקֻנִים הוּא לוֹ quia filius ſenectutũ erat ei. Et 21.2, Et peperit Saráh ipſi Abrahám filiũ לִזְקֻנָיו in ſenectute ei⁹. Alia forma, זֹקֶן. Gen. 48.10, מִזֹּקֶן præ ſenectute. Alia itẽ, Gene. 24. 35, זִקְנָה, אַחֲרֵי זִקְנָתָהּ poſt ſenectutem ſuã. Aliud nomen, זָקָן, Barba, maſc. & fœm. gen. Ieſah. 15.2, כָּל־זָקָן גְּרוּעָה omnis barba raſa. Et 7.20, Et etiam אֶת־הַזָּקָן תִּסְפֶּה barbã diſperdet. vel cõſumet. aut ſecundũ R. D. in li. ra. barba cõſumetur aut deficiet. putat enim eſſe verbũ intranſitiuũ. 2. Semu. 10.5, donec יְצַמַּח זְקַנְכֶם creſcat barba veſtra.

זקף Aſpicere, videre, & Eleuare, exaltare. Pſal. 145.14, וְזוֹקֵף לְכָל־הַכְּפוּפִים & erigit (eleuat) omnes incuruatos. Et 146.8, זֹקֵף כְּפוּפִים erigit incuruatos. Alibi non inuenitur in Sacris literis. Sed Tharghum pro רָאָה vidit, aſpexit, frequenter habet זְקַף.

זרב Semel legitur in Sacris. Iiób 6.17, in tẽpore quo יְזֹרְבוּ נִצְמָתוּ eff luxerint, excidẽtur. De torrẽtibus lo

quitur. R.Dauid in lib.rad.exponit, tempore quo fuerint multiplicati, excidentur. acsi dicat, Tempore quo videris eos defluẽtes in multitudine, (.i.multum,) excidentur. R.verò Sahadiáh sic, Tẽpore quo frigescent, congelabũtur.i.tẽpore hyemis congregabũtur torrentiũ aquæ pariter currentes, & contrahẽtur, hoc est congelabũtur. R.verò Moséh filius נקטיליא exponit, acsi dicat יִצֹּרְבוּ id est calefient, quemadmodum subiunxit, In calore eius, vel dum incaluerit ipse, extinguentur, aut deficient. R. Leui hoc modo, Tempore quo cucurrerint, & defluxerint, succidentur.i.deficiẽt. Et est ex puhál perfecto, quod venit etiam cum chólem.

זרה Spargere, dispergere, vẽtilare, Circuire, circundare. Ruth 3.2, זֹרֶה אֶת־גֹּרֶן הַשְּׂעֹרִים ventilat aream hordei. Iechez. 5.2, Et tertiã partem תִּזְרֶה לָרוּחַ disperges adventũ. Et in nifhál. Ieche. 6.8, בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם quũ dispersi fueritis vos in terras. Et in pihél, זֵרָה, &c. Psal. 139.3, accubitum meũ זֵרִיתָ circũdedisti. Et 44.12, וּבַגּוֹיִם זֵרִיתָנוּ & in gentes dispersisti nos. Irme. 31.10, מְזָרֵה יִשְׂרָאֵל qui dispergit Israél, congregabit eũ. Et cum seghól, Prou. 20.26, מְזָרֶה רְשָׁעִים dispergit impios rex sapiens. Et 1.16, מְזֹרָה spargitur. debuerat daghessari, vt מְגֻלָּה, sed ר non est daghessabile. Iiób 37.9, וּמִמְּזָרִים קָרָה & à spargentibus frigus.i.à ventis aquilonaribus flantibus, & dispergentibus vapores, erit frigus. Et est instar מְגַלִּים. R. Dauid & R.Leui. Iechez. 12.14, אֱזָרֶה dispergã. א cũ chatéph seghól, & ז cũ camés, propter ר quod nõ suscipit daghés.

Et in puhál. Iesah. 30.24, אֲשֶׁר־זֹרֶה בָרַחַת וּבַמִּזְרֶה quod ventilatur pala ac ventilabro. Non daghessatur, quia ר non est daghessabile. At secũdum R.D. est tóar, quia præteritũ facit זָרָה cum camés, sicut גָּלָה: & tóar est cũ

pathách ca thán.i.seghól,ad differentiam præteriti, sicut in binián nifhál, cuius vltima dum quiescit, præteritum est cum camés,vt נִרְאָה:& tóar cum seghól, vt נִרְאֶה,& sic נִגְלָה נִגְלֶה. Futurũ, Iiób 18.14, יְזֹרֶה spargetur.

Tóar,זָרִים,Vẽtilatores,instar בָּלָה à בָּלִים. Irme.51.2,זָרִים וְזֵרוּהָ vẽtilatores,& vẽtilabunt eã.sic R.D. Alii deducũt à זוּר,& exponũt alienos. Substãtiuum.Nume.11.20, לְזָרָא in dispersionẽ.est instar בָּלָה:& א est loco ה. Et dixit in dispersionem, quẽadmodum dixerat, Donec egrediatur è naso vestro. Alia forma,מ præposito,מִזְרֶה, Vẽtilabrũ.Iesa.30.24,pala,וּבַמִּזְרֶה & vẽtilabro. Aliud, זֵר,Corona,circulus.Exo.30.4,מִתַּחַת לְזֵרוֹ subter coronã eius. Et verbũ pro circundare, vt in pihél,Psal.139.3.

זָרַח Oriri.Psal.112.4,זָרַח,Ortũ est in tenebris lumen. Vel oriri fecit. vtroq; modo exponit R. Dauid. Ecclesi.1.5,וְזָרַח הַשֶּׁמֶשׁ & orietur sol. 2.Paralip.26.19, Et lepra זָרְחָה orta est.i.apparuit: vt sol dicitur oriri quando apparet.vel dixit,orta est,quia erat clara vt sol.Iesa. 60.2,Et super te יִזְרַח יְהֹוָה orietur Dominus. Nomen, Iesa.60.3, Et reges ad splendorẽ זַרְחֵךְ ortus tui. Alia forma, מ præposito,מִזְרָח,Locus vbi oritur sol,Oriens, siue pars orientalis.Deut.4.47,trans Iardén מִזְרַח שָׁמֶשׁ ad ortum solis. 1.Paralip.7.28, וְלַמִּזְרָח & ad Orientem. Iesa.41.2,מִמִּזְרָח ab Oriente. Aliud,א præposito,אֶזְרָח, Indigena,quasi inde ortus.Est enim,inquit R.Dauid, אֶזְרָח,indigena,& antiquus in vrbe:sic appellatus quòd omnibus sit manifestus, & notus qui sit, quæque eius familia. Huic contrarium est גֵּר peregrinus.Exod.12. 19,בַּגֵּר וּבְאֶזְרַח הָאָרֶץ tã peregrini,quàm indigenæ terræ.

Arbor quoque viridis(vt laurus)hoc appellatur nomine,quòd ob eius pulchritudinẽ & virorem,sit mani

festa. Psal.37.35, כְּאֶזְרָח רַעֲנָן sicut est laurus viridis.

זרם Cum sex punctis, est שֶׁטֶף, Inundatio. Chab.3.10, זֶרֶם מַיִם inundatio aquarum. Iesah.32.2, וְסֵתֶר זָרֶם & latibulum turbinis. aut inundationis. i. & sicut latibulum à turbine, vel inundatione. Et 25.4, כְּזֶרֶם קִיר sicut turbo (aut inundatio) parietẽ. sub. ruere faciens. i. sicut aquarũ inundatio murum ruere facit. Iiób 24.8, מִזֶּרֶם הָרִים יִרְטָבוּ ab inundatione montiũ madefiét. pro madefacti sunt, nẽpe pauperes. Et scripsit Haghaón R. Sahadiáh in hac radice illud Iesa.1.7, Secundũ subuersionẽ זָרִים inũdationis. sub. pluuiæ. Est enim duplex forma, זֶרֶם & זָרִים, sicut קֶדֶם & קָדִים. vel est tóar instar שַׁכִּיר, acsi dicat, secundũ subuersionẽ pluuiæ inũdantis. Vide זור. Et forma fœminea, זִרְמָה, Inũdatio, fluxus. Ieche. 23.20, וְזִרְמַת סוּסִים זִרְמָתָם & (sub. tanquam) fluxus equorum fluxus eorum. Ab hoc verbum in cal. Psal.90.5, זְרַמְתָּם שֵׁנָה יִהְיוּ inundasti eos, (sub. vt) somnus erũt. Et in puhál. Psal.77.18, זֹרְמוּ מַיִם עָבוֹת inundauerũt aquæ nubium. Deficit hannismách: éstq; dicendum secundum normam, זֹרְמוּ מַיִם מֵי עָבוֹת inundauerũt aquæ, aquæ nubiũ. Loquitur autem de castris AEgyptiorum, quemadmodum scriptũ est Exod.14.24, Et respexit Dominus super castra AEgyptiorũ in columna ignis & nubis. R. Ionáh scripsit esse de coniugatione pohél transitiua, vt sit, Inundare fecerunt aquas nubes.

זרע Serere, seminare. Iudic.6.3, אִם־זָרַע quum seuisset Israél. Irme.31.27, וְזָרַעְתִּי אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל & serã domum Israél. Gene.47.23, וּזְרַעְתֶּם אֶת־הָאֲדָמָה & seretis terram. Prouerb.22.8, זוֹרֵעַ עַוְלָה Seminans iniquitatem. Et 11.17, וְזֹרֵעַ צְדָקָה & seminanti iustitiam. Psa.97.11, אוֹר זָרֻעַ לַצַּדִּיק lux sata est iusto. Iudic.9.45, Et diruit ciuitatem,

וַיִּזְרָעֶהָ מֶלַח & seminauit eã sale. Vel, & seminauit in ea salem. Et in nifhál. Ieche.36.10, Et colemini וְנִזְרַעְתֶּם & seminabimini. Et in puhál. Iesah.40.24, בַּל־זֹרָעוּ nõ seminabũtur. Et in hifhíl. Gene.1.11, Germinet terra germẽ, herbã מַזְרִיעַ זֶרַע seminificantẽ semen. Leui.12.2, Mulier כִּי תַזְרִיעַ quum seminificauerit, & pepererit masculum. Nomen masculeum, זֶרַע, Semen: Gen.4.26, זֶרַע אַחֵר semẽ alterum. i. filium. Significat & granum fructus quod est sicut semen, quod plantãt, & germinat arborem: vt Gen.1.12, זַרְעוֹ־בוֹ semen eius (.i. granũ) in eo. Leuit.20.3, מִזַּרְעוֹ de semine suo. Iesa.17.11, mane זַרְעֵךְ תַּפְרִיחִי semen tuum germinare (vel florere) facies. i. quod vesperi seuisti, mane producet florẽ. Alia forma, זֵרַע. Et in regimine, Nume.11.7, כִּזֶרַע־גַּד sicut semen (granũ) coriãdri. Tóar, זֵרוּעַ instar אֵמוּן. Leuit.11.38, זֶרַע זֵרוּעַ semen satú. Vel est ex daghessatis, vt לִמּוּד. Sunt tamen qui substantiuum putent esse: sed prius est rectũ, inquit R. Dauid. Et cũ chólem, זֵרֹעַ, Legumẽ. Dani. 1.12, מִן־הַזֵּרֹעִים de leguminibus. Et cum additione נ, זֵרְעֹן. Daniél 1.16, זֵרְעֹנִים legumina. Alia forma. Iesa. 19.7, מִזְרַע יְאוֹר sementis fluminis. Aliud nomen, זְרוֹעַ, Brachiũ. Exod.6.6, בִּזְרוֹעַ נְטוּיָה in brachio extẽto. Ieche. 17.8, בִּזְרֹעַ גְּדוֹלָה in brachio magno. Plurale inuenitur mascul. & fœmin. Dani.11.30, וּזְרֹעִים & brachia. Deute. 33.27, זְרֹעֹת עוֹלָם brachia seculi. Alia forma, præposito א. Irme.32.21, וּבְאֶזְרוֹעַ נְטוּיָה & in brachio extento.

זרק Spargere, aspergere. Exod. 24.6, וַחֲצִי הַדָּם זָרַק עַל־הַמִּזְבֵּחַ & dimidium sanguinis asperget super altare. Hose.7.9, Etiá canities זָרְקָה בּוֹ sparsit se in eo. est enim intrãsitiuũ. Vel, Canitiẽ sparsit in eo, nẽpe Deus. Et in puhál. Nũe.19.12, לֹא־זֹרַק עָלָיו nõ est aspersa (sub.

aqua)super cũ. Substantiuũ, præposito מ, מִזְרָק, Instrumentũ seu vas ex quo spargitur aqua, aut sanguis, vel vinum. masc. gene. Nume. 7.13, מִזְרָק אֶחָד gutturnium vnũ. Plurale tam masc. quàm fœmin. Hamós 6.6, Qui bibunt בְּמִזְרְקֵי יַיִן in phialis vinum. Hîc deest כֶּסֶף. i. argenti, hoc est, in phialis argenteis. Vel ponitur pro מִזְרָקִים. R. Dauid in lib. rad. & in Michlól. & sic 1. Reg. 6.4, Et fecit חַלֹּנֵי fenestras obliquas. & idgenus alia quæ annotata sunt libro 2. Hebraicarum institutionũ, cap. 14. 1. Reg. 7.40, וְאֶת הַמִּזְרָקוֹת & phialas.

זֶרֶת Cum sex punctis, masc. gen. Mẽsura palmi, aut dimidii cubiti. Ieche. 43.13, זֶרֶת הָאֶחָד palm' vnus.

QVADRATA NOMINA.

זַלְזַל Ramus plantationum. Iesah. 18.5, Et præcîdet הַזַּלְזַלִּים ramos.

זַלְעָפָה Cum ה signo fœmineo, est Terror, tremor, aut Arsio, cõbustio. Psal. 119.53, זַלְעָפָה אֲחָזַתְנִי, tremor tenuit me. Et 11.7, Et spiritus (vel vẽtus) זַלְעָפוֹת tremorum pars calicis eorũ. ita R. Abrahám & R. Dauid. R. verò Selomóh, combustionum. Tharghum, turbinum. Thre. 5.10, A facie זַלְעֲפוֹת רָעָב tremorum famis.

זַרְזִיף Herba excisa. Psal. 72.6, Descendet sicut pluuia super vellus, sicut stillicidia זַרְזִיף אָרֶץ (sub. super) herbã excisam terræ. Nam dictio עַל, quæ præcesserat, manet loco duarum. Vnde R. D. exponit עַל זַרְזִיף. Et quáuis in hac dictione geminetur prima litera, radix tamen & significantia est eadem. At R. Ioséph dictionem putat esse compositam ex זָר alienus, & זִיף mutuatio, à זוף quod est mutuare secundum Tharghum. Vnde dicit significare pluuiã alienam, mutuatam terræ,

non naturalem ei. Dicit etiam R. Dauid, in verbis doctorũ significare stillationem, quum dicũt זַרְזִיפָא דְמַיָּא stillationem aquarum. Et hoc placere sibi, vt sit, Sicut stillicidia stillantia super terram, siue pluuiæ stillantes super terrã, vt exponit ipse in cõment. R. Abrahám nomen dicit esse quatuor literarum, & exponit, inebriãtia, aut saturantia terram.

זַרְזִיר Bestia (inquit R.D.) cuius robur in lũbis eius est. Alii (inquit idẽ) dicunt esse canẽ venaticũ, qui lingua vulgari dicitur לברייר leporarius, sic appellatus quòd in lũbis sit tenuis, acsi lũbos haberet accinctos, à זָרַז, Accingere. nã Tharghũ Onchelos pro חֲגֹרֹת cingulos (Gen. 3.7,) habet זְרָזִין. Et pro וַיַּחְגֹּר & cinxit (Leuit. 8.7,) habet וְזָרֵז. & sic exponit R. Himmanuél in cõment. Alii (inquit rursum R.D.) dicunt esse נָמֵר pardũ, qui & tenuis & fortis est in lũbis. Alii auẽ quæ lingua vulgari dicitur אשטורניל. i. sturnus. Sed hæc expositio non quadrat, quum dicat textus Prou. 30.31, Tria sunt optimi incessus, imò quatuor optimæ ambulationis, leo, &c. זַרְזִיר lelaps, siue leporarius canis, &c. Loquitur enim de animalibus, & non de auibus. Præterea dicit, זַרְזִיר מָתְנַיִם leporarius lumbos. sub. habens succinctos. i. graciles. R. Ioséph dicit esse compositum ex זַר & זִיר.

ח



Litera est semper radicalis.

חָח Genus ornamenti, quod vulgo אספיגלא vocant. i. fibulam, vel vncinum. R. Ionáh dicit esse עֶכֶס. i. ornamẽtum varium seu squamatum, quod lingua vulgari vocant קַשְׁקְבִיל. Exod. 35.22, הֵבִיאוּ חָח attulerunt

tulerunt

tulerunt fibulam. Sic appellatur hamus quò pisces capiuntur, quòd eorum perforet maxillas. Iesah.37.29, Et ponam חַחִי hamum meum in naso tuo. Iechez.29.4, Et dabo(.i.ponã) חַחִיים hamos in maxillis tuis. Significat & catenas, siue compedes. Iechez.19.4, Et adduxerunt eum בַּחַחִים in catenis. vel compedibus. Tharghum, בְּשַׁלְשְׁלָן in catenis. Et alia forma, Iiób 40.21, וּבְחוֹחַ & hamo perforabis maxillam eius. Significat & קוֹץ Spinã, à perforando. Prouc.26.9, חוֹחַ (sicut) spina. Cant.2.2, Sicut lilium בֵּין הַחוֹחִים inter spinas. In alia significantia, 2.Paralip.33.11, Et ceperũt Menasséh בַּחֹחִים in catenis. vel compedibus. Horũ potest esse radix חוֹחַ, cum ו. in vtraque radice citantur à R. Dauid.

חָבַב Amare, diligere. Deuter.33.3, Etiam חֹבֵב עַמִּים diligit populos. Iiób 31.33, Si cælaui vt homo præuaricationem meam, לִטְמוֹן בְּחֻבִּי עֲוֹנִי vt absconderé in amore meo (vel dum amaré ego) iniquitatem meam. i. vt abscõderem iniquitatem meam dum amo illam: at illam reuelaui, ac odio habui, abominatúsque sum, & à me elongaui. R. Leui exponit, בְּסִתְרִי in abscondito meo: deducens à חָבָא aut חָבָה abscondere. Sed daghés ostendit esse à חָבַב.

חָבָא Latêre, Cælare, abscondere. In nifhál. Iudic.9.5, כִּי נֶחְבָּא quia abscondit se. 1. Semu.10.21, Ecce est נֶחְבָּא absconditus. est participium, inquit R. Dauid in Michlól. Gen.31.26, Vtquid נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ latuisti (abscondisti te) vt fugeres? Iehos.2.16, וְנַחְבֵּתֶם שָׁמָּה & latitate ibi. Latet א, & venit more desinentium in ה, inquit R. Dauid in Michlól. Potest esse & à חָבָה, qua in radice citat hũc locũ idem R. D. Irme.49.10, וְנֶחְבָּה & latitare non poterit. Est macór perfectum cum ה vice א. Nam

in nifhál macór perfectum æquatur præterito, inquit R. Dauid in Michlól; vt habes & in חָבָה. Idem in lib. rad. dicit esse præteritú, vel macór, & citat húc locum in radice חָבָה. Iehos.10.16, Inuenti sunt quinque reges נֶחְבְּאִים latitantes in spelunca. נ est cum seua, inquit R. D. in Michlól, quod tamen secúdum normá debuerat esse cú camés. similia vide in מָצָא & טָמֵא inter participia in nifhál. Et propter ח, נ est cú seghól, vel pathách, vt habent alii codices. Et macór perfectum cú ה in fine vice א, teste R. Dauid in Michlól: quanquá in lib. rad. citet hæc in radice חבה. 2. Reg. 7.12, לְהֵחָבֵה vt latitarent in agro. 2. Parali. 18.24, לְהֵחָבֵה vt latites. sunt cum ה, inquit R. Dauid in Michlól. Dani. 10.7, Et fugerunt בְּהֵחָבֵא vt latitarét. ב est loco בַּעֲבוּר, quasi dicas, propter latitare. Et in hifhíl. Iesa. 49.2, הֶחְבִּיאָנִי abscódit me. Iehos. 6.16, הֶחְבְּאַתָה אֶת־הַמַּלְאָכִים abscódit nuntios. est cú duobus signis fœmineis. Et in hithpahál. 1. Sem. 14. 11, in quibus הִתְחַבְּאוּ־שָׁם latuerát ibi. שָׁם redundat quátum ad sensum attinet. 2. Reg. 11.3, מִתְחַבֵּא abscóditus. Iiób 38.30, Sicut lapis, aquæ (nēpe congelatæ ob frigus) יִתְחַבָּאוּ abscondent se. R. Dauid in lib. rad. exponit Sicut coagulatæ aquæ ob frigus, sunt in earum superficie sicut lapis, & aquæ quæ sunt inferne non videntur.

Et in puhál. Iiób 24.5, חֻבָּאוּ absconditi sunt. Et in hofhál. Iesah. 42.22, Et in domibus carcerū הָחְבָּאוּ absconditi sunt. vel abscōdi iussi sunt. Nomen. 1. Sem. 23.23, ex omnibus הַמַּחֲבֹאִים latibulis in quibus latitat.

Alia forma. Iesa. 32.2, Et erit vir כְּמַחֲבֵא־רוּחַ sicut absconsio venti. Scribitur cum א, & legitur vt desinentia in ה, instar מַעֲשֵׂה מַחֲנֵה. Nam si esset ex desinentibus in א, esset מַחְבָּא instar מִקְרָא. quanquá propter ח, מ sit cum

ſeghól, vt מֶחֱצָה, vel cum pathách ſicut מַחְתָּה.

חָבָה Abſcōdere, latêre. Ieſa. 26.20, חֲבִי כִמְעַט־רֶגַע abſconde te paululum ad momentū. Vide חָבָא. Et rectū eſt (inquit R.D. in lib. ra.) vt חֲבִי ſit nomē inſtar שְׁבִי, quia nō eſt mētio fœminæ in verſu, ſed dicit, Vade עַמִּי populus mi, &c. Et ita ſcripſit R. Iehudáh grāmaticus. At R. Abrahám prius dicit eſſe rectum, quia עַם in lingua Hebræa inuenitur maſculeum & fœmineum.

Nomen. Chab. 3.4, Et ibi חֶבְיוֹן עֻזֹּה abſcōſio fortitudinis eius. Aliud, מַחֲבַת, Craticula, inſtrumētum non profundū, inquit R. Dauid: vnde quod in illo coquebatur, quòd profundum non eſſet, admodum torrebatur, & ignis ei dominabatur. At מַרְחֶשֶׁת ſartago, ſiue frixorium, erat profundum. Leui. 2.5, Et ſi oblatio fuerit עַל־הַמַּחֲבַת ſuper craticulam. 1. Paralip. 9.31, Super opus הַחֲבִתִּים craticularum. Poteſt etiam dici, ת in מַחֲבַת eſſe radicale, vt eius plurale oſtendit.

חָבַט Excutere. Iudi. 6.12, & Ghidhón filius eius חֹבֵט חִטִּים excutiebat tritica. Deuter. 24.19, Quum תַחְבֹּט זֵיתְךָ excuſſeris oliuas tuas. Et in nifhál. Ieſa. 28.27, virga יֵחָבֶט קֶצַח excutietur nigella.

חָבַל Pignerare, ſiue dare pignori: aut Pignerari, ſiue pignori accipere, aut capere pignus. Corrūpere, diſſipare, Gubernare nauem. Ieche. 18.16, חֲבֹל לֹא חָבָל pignus nō pigneratus eſt. ſiue, nō accepit pignori. Nechem. 1.7, חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ corruptione corrupti ſumus. vel corrupimus: nempe opera noſtra. Exod. 22.27, אִם־חָבֹל תַּחְבֹּל שַׂלְמַת רֵעֶךָ ſi pignori accipiendo pigneratus fueris veſtem amici tui. i. ſocii tui, hoc eſt alterius. ח eſt cum ſeuá tantum, & ב cum daghés. Deuter. 24.6, Quia נֶפֶשׁ הוּא חֹבֵל animam ipſe pignerat. ſiue pignori dat. i. vitā.

Ionáh 1.5, Et accessit ad eum רַב הַחֹבֵל magister qui gubernabat nauem. est participiũ vice tóar. vnde R.D in lib. rad. dicit fuisse maiorẽ qui erat in naui, qui cõstitutus erat super חֲבָלֵי. i. funes nauis, vt suo eam duceret iudicio. Zecha. 11.7, Et alterã vocaui חֹבְלִים corrũpentes. vel dissipãtes. id est, ait R. Dauid, Alterã appellauit iucunditatem: & illa est sacerdos. alterã autem nominauit Corrumpentes: & ipsa est rex qui est caput congregationis. Vel, corrũpentes, quia corruperant vias suas, & opera. Iechez. 27.8, Ipsi חֹבְלָיִךְ gubernatores tui. Iiób 34.30, Peperci, לֹא אֶחְבֹּל non corrũpam. vel perdam, aut destruam. Deuter. 24.6, לֹא־יַחֲבֹל רֵחַיִם, non accipies in pignus molas. ח cũ chatéph pathách, & ב cum raphe. Et 24.17, וְלֹא תַחְבֹּל & nõ capies in pignus. ח cũ seuá tãtum, & ב cum daghés, inquit R.D. in lib. rad. Iiób 24.3, יַחְבְּלוּ שׁוֹר אַלְמָנָה pignerabuntur (siue pignore accipient) bouẽ viduæ. i. accipiẽt pignus viduæ propter illud quod eis debet. Et hoc est prohibitũ propter egestatẽ viduæ, Et non accipies (inquit Deut. 24.17) pignori vestẽ viduæ. Vel dicit eos accepisse eius bouẽ pignori, acsi illis quidpiam deberet, cum reuera nil eis deberet: iuxta illud quod scribitur Iiób 22.6, Quia תַחְבֹּל accepisti pignus à fratre tuo gratis. Et 24.9, Et super pauperem יַחְבֹּלוּ pignus accipiẽt. acsi dicat, (inquit R.D. in li. ra.) Mutuabunt ipsi pecunias super pignus eorum propter spẽ, vt rapiant pauperem. i. pauperis bona, & augeant creditũ suum rapina sua. Et in nifhál. Proue. 13.12, Qui con temnit aliquid, יֵחָבֶל לוֹ corrumpetur propter ipsum. nẽpe contemptũ. vel corruptio erit ei, aut perditio. R. Ionáh exponit, pignerabitur, aut mutuabitur ei accepto pignore: aut pigneratio erit ei, vt videlicet sui con

temptus det pœnas. Et in pihél. Eccleſi.5.5, וְחִבֵּל אֶת־מַעֲשֵׂה יָדֶיךָ & corrūpet (deſtruet) opus manuū tuarum. Canti.8.5,Ibi חִבְּלַתְךָ אִמֶּךָ שָׁמָּה חִבְּלָה יְלָדַתְךָ peperit te mater tua:ibi peperit(ſub.te,quæ)genuit te.Et fit verbum à חֶבֶל,Dolor,quòd in partu,maximus ſit dolor.Ieſa.13. 5,לְחַבֵּל כָּל־הָאָרֶץ vt perdat omnē terrā. Pſal.7.15,יְחַבֶּל־אָוֶן pariet(aut parturiet)iniquitatem. Et in puhal.Ieſah. 10.27, וְחֻבַּל עֹל מִפְּנֵי־שָׁמֶן & corrumpetur(vaſtabitur) iugum à facie olei. vel propter oleum. i.Sancherib à facie Chizchiiáh qui erat vnctus oleo. Nomen,חֲבֹל,Pignus.Iechez.18.12. Alia forma,חֶבֶל inſtar אֶרֶץ. Et cū pronomine,Prouerb.20.16,חַבְלֵהוּ pignus illius. Idē habes 27.13. Et cum ה ſigno fœmineo, חֲבֹלָה. & cū pronomine, Ieche.18.7,חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב pignus ſuū debitori reſtituerit. Aliud,חֶבֶל,Corruptio.Micháh 2.10,תְּחַבֵּל וְחֶבֶל נִמְרָץ corrūpet,(ſub.eā)& corruptiōe(aut vaſtatione)forti. Et cū quinq; pūctis,חֵבֶל,Dolor.Ieſah.66.7. Irm.13.21,חֲבָלִים dolores.Et in regimine,& cū pronomine,ח cū ſeghól,Pſal.18.5,חֶבְלֵי־מָוֶת dolores mortis. Et cū ſex pūctis,חֶבֶל,Funis,Laqueus itē quo capiūtur aues vel alia animátia:ita appellatus,quòd è funibus fiat.Et hæreditas hoc appellatur nomine , quòd fune ſoleat per ſortē diuidi. Iehoſ.2.15, Et deſcēdere fecit eos בַּחֶבֶל per funem. Regio etiā & prouincia,Cœtus,congregatio,caterua,ſocietas.Hamós 7.17,Et terra tua בַּחֶבֶל תְּחֻלָּק fune diuidetur. Iiób 18.11,Abſcōdit' eſt in terra חַבְלוֹ laqueus ei'.1.Sem.10.5,Occurres חֶבֶל נְבִאִים cuneo(cœtui) prophetarum. Micháh 2.5,Nō erit tibi מַשְׁלִיךְ חֶבֶל proiiciens hæreditatem per ſortem. vel, proiiciēs funē in ſortē. Sephan. 2.5, Væ inhabitantibus חֶבֶל הַיָּם regionē maris.i.maritimā.Pſal.105.11,חֶבֶל נַחֲלַתְכֶם portionē (re-

gionem)hæreditatis veſtræ. Iehoſ.17.14,וְחֶבֶל אֶחָד hære ditaté(aut portionem)vná.1.Reg.20.32,וַחֲבָלִים & funes in capite noſtro.Iehoſ.17.5,Et ceciderút חַבְלֵי־מְנַשֶּׁה hæreditates(portiones,ſortes) Menaſſéh decem. ח cũ pathách:& ſic Ieſa.5.18,בְּחַבְלֵי הַשָּׁוְא funibus vanitatis.Prouer.5.22,וּבְחַבְלֵי חַטָּאתוֹ & funibus peccati ſui tenebitur.

Hinc etiá fit חִבֵּל. Proue.23.34,Et eris ſicut dormiens in corde(.i.in medio)maris,& ſicut dormiés בְּרֹאשׁ חִבֵּל in vertice mali nauis. Et appellatur ſic, quòd in malo nauis ligẽtur funes ipſius nauis,vt dicunt nõnulli,teſte R.Dauid.At R.Sahadiáh exponit,in vertice הַסְּפִינָה nauis,hoc eſt mali nauis exiſtentis in vertice nauis.vt eñim ventus percutit, mouétque malum nauis, ſic ebrius corpore ſuo mouetur . Vel eſt funis : aut nauarchus,ſiue nauclerus , qui vocatur hoc nomine , quia dormit in medio funiũ:nã opus eſt vt & oculos,& cor apponat ſuper eos,vt ſciat quando opus ſit velum erigere aut deponere propter ventũ. R.Himmanuél exponit , in vertice mali nauis , vt melius mare aſpicere queat. Alii(inquit)exponũt,in vertice anchoræ,ſic videlicet appellatæ,quòd grandi,craſſóque fune in mare proiiciatur ad ſiſtẽdum nauem. R.Ionáh quidpiá eſſe putat è funibus cõfectum natans in maris ſuperficie, quando nauem bituminant(.i. claudunt rimas nauis ſtuppa, & bitumine) & ex quo locus bituminandus agnoſcitur, vbi qui dormit, in magno eſt diſcrimine.

Hinc & תַּחְבּוּלָה, Cõſilium, & cogitatio quam homo vertit in corde ſuo. Prou.1.5,Et intelligés תַּחְבֻּלוֹת יִקְנֶה conſilia(aut cogitationes)poſſidebit.

חָבַק Complecti,ſiue amplecti. Ecclesi. 4.5, Stultus חֹבֵק אֶת־יָדָיו complicat manus ſuas.2.Reg.4.16,

אַתְּ חֹבֶקֶת בֵּן tu amplexaris(pro amplexaberis)filium.

Et in pihél. Thren.4.5, חִבְּקוּ אַשְׁפַּתּוֹת amplexati ſunt ſtercora. Geneſ. 48.10, וַיְחַבֵּק לָהֶם & amplexatus eſt eos.

Nomen. Prou.6.10, מְעַט חִבֻּק יָדַיִם puſillus complexus manuum,&c. Eadem leguntur & 24.33.

חָבַר Coniungere,ſociare ſe,cóuenire, Accumulare, Hærere, Incantare. Gen.14.3, Omnes ii חָבְרוּ cõuenerũt(ſociauerũt ſe)in valle,&c. Pſal. 58.6, חֹבֵר חֲבָרִים incantantis incantationes. Exod.26.3, Quinq; cortinæ erunt חֹבְרֹת hærentes. Et in pihél. Exod. 36.10, וְחָמֵשׁ יְרִיעֹת חִבַּר & quinque cortinas coniunxit. 2. Paralip. 20. 36, וַיְחַבְּרֵהוּ עִמּוֹ & iunxit ſeſe cum eo. Et in puhál. Pſal. 122.3, Sicut ciuitas שֶׁחֻבְּרָה לָּהּ יַחְדָּו quæ coniuncta eſt ſibi pariter. Et 94.20, הַיְחָבְרְךָ num coniũgetur tecum ſoliũ peruerſitatum? Eſt enim ex hoc binián, inquit R. Dauid, rametſi ſit ſine daghés leniendi gratia, & eſt ſicut הַיְחֻבַּר עִמְּךָ. Sic exponitur & illud Pſalm. 5.4, לֹא יְגֻרְךָ רָע, pro לֹא יָגוּר עִמְּךָ non habitabit tecũ malus. Et in hifhíl, Iiób 16.4, אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם בְּמִלִּים accumularem(cõgregarem)ſuper vos ſermones. Et in hithpahál. 2. Para. 20.37, כְּהִתְחַבֶּרְךָ עִם־אֲחַזְיָהוּ pro eo quòd iunxiſti te cum Achaziáhu. Et 35, אֶתְחַבַּר iũxit ſe,&c. pro, הִתְחַבֵּר. eſt enim א loco ה, teſte R. Dauid in lib.rad.& Michlól. Tóar, חָבֵר, Particeps,ſocius. Pſa. 119.63, חָבֵר אָנִי particeps ſum, &c. Eccleſi. 4.10, Vnus eriget חֲבֵרוֹ ſocium ſuum. Iudic. 20.11, Sicut vir vnus חֲבֵרִים participes. vel ſocii.i.cõiuncti. Ieſa. 1.23, וְחַבְרֵי & ſocii furum. Et fœmineũ, חֲבֶרֶת, inſtar גְּבֶרֶת. Et cum pronomine, Malachi 2.14, Et ipſa חֲבֶרְתְּךָ ſocia tua. Tóar alterius formæ. Iiób 40.25, Nũ cœnabunt(comedent)ſuper eum חַבָּרִים ſocii? R. Dauid in lib.ra. filii ſocietatis. R. Leui, ſocii.i.mercatores qui

pariter ſociantúr. Tharghũ, facient ſuper eum ſapientes conuiuiũ. Sunt & qui incantatores exponũt, vt R. Abra. Alii ſic explicant, Nũ fodient (aut foueas faciẽt) ſuper eũ incantatores, vt videlicet è mari ſuis eũ incantationibus educant? Subſtantiuũ, חֶבֶר, cũ ſex pũctis, Cõiunctio, ſocietas, cœtus, cõgregatio, Incãtatio. Hoſ. 6.10, חֶבֶר כֹּהֲנִים Societas (aut cœtus) ſacerdotum. R. Dauid in lib. rad. exponit קִבּוּץ id eſt congregatio. Proue. 21.9, וּבֵית חָבֶר & domo ſocietatis. vel incãtationis, ſecundum R. Dauid in lib. rad. R. Himmanuél bifariã exponit, Et domo ſocietatis. i. magna & lata, in qua & alii poſſint manere. Vel, domo incantationis. i. in qua fiũt incantationes & diuinationes. Ieſah. 47.9, & 12, בַּחֲבָרַיִךְ in incãtationibus tuis. Alia forma, præpoſito מ. Exo. 26.4, בַּמַּחְבֶּרֶת הַשֵּׁנִית in cõiunctione ſecunda. Alia forma, מְחַבֶּרֶת, verbale ex pihél. 1. Paral. 22.3, וְלַמְחַבְּרוֹת & ad iuncturas præparauit Dauid. R. Ionáh locũ dicit fuiſſe vbi congregabantur ad opus Domini. R. Dauid, quidpiam ex operibus domus Domini arbitratur fuiſſe: Idcirco dicit clauos fuiſſe neceſſarios ad מחברות. i. ad iuncturas, quemadmodum fit in parietibus domorum in quibus ponuntur ligna pendentia ſub iuncturis tabularum ob decorem, ne diuiſio quæ eſt inter tabulam & tabulam, conſpiciatur. & ſic dixit poſtea, Et ad contignandum domos. Verbale ex hithpahál. Dani. 11.24, וּמִן־הִתְחַבְּרוּת אֵלָיו & à cõiunctionibus ad eum, faciet dolum. i. poſt coniunctiones, & amicitias cum eo initas.

Alia forma, חַבּוּרָה, Liuor: ſic appellatus quòd in eo ſanguis aggregatur, aut coniungitur. Ieſah. 1.6, Vulnus וְחַבּוּרָה & liuor. Et ſine daghés, Ieſah. 53.5, וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא־לָנוּ & liuore eius ſanati ſumus. vel ſanitas fuit nobis.

Et

Et geminatis secunda & tertia radicalibus, חֲבַרְבּוּרָה, Macula:sic appellata, quòd liuori sit similis. Irme. 13. 23, Nũ vertet AEthiops pellem suã, & pardus חֲבַרְבֻּרֹתָיו maculas suas?

חָבַשׁ Ligare, alligare:& Dominari, quòd qui dominatur, suis liget præceptis, legibúsque trãsgressores:& Sternere iumenta, quòd dum sternuntur, cingulis alligentur. Exod. 29.9, וְחָבַשְׁתָּ לָהֶם מִגְבָּעֹת & alligabis eis mitras. Iechez. 34.4, Et confractã לֹא חֲבַשְׁתֶּם non alligastis. Iesah. 3.7, Non ero חֹבֵשׁ alligans. i. alligator, aut chirurgus. Vel, non ero dominans. i. non dominabor. Vnde Tharghum habet, Non sum dignus vt sim caput. aut princeps. & R. Dauid in cõment. & lib. rad. exponit מֹשֵׁל. i. dominans. Iudic. 19.10, Et cũ eo par asinorum חֲבוּשִׁים stratorũ. 2. Semu. 19.24, אֶחְבְּשָׁה־לִּי הַחֲמוֹר sternam mihi asinum. Iiób 34.16, Num etiam odio habẽs iudicium, יַחֲבוֹשׁ dominabitur? R. Dauid & R. Leui. Et 5.17, Quia ipse dolere faciet, וְיֶחְבָּשׁ & alligabit. Et in pihél. Psa. 147.3, וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם & alligat dolores eorũ Et in puhál. Iesa. 1.6, וְלֹא חֻבָּשׁוּ & non fuerũt alligati.

חֲבִת Vide חָבָה. חַג Require in חָגַג.

חָגַג Subsilire, saltare, tripudiare, cum tripudio ire, diem festum agere. A quo & חַג dicitur Solennitas, festus dies: quòd in illo, lætitiæ gratia saltarent. Agnus quoque vel pecus, siue oblatio, eodem appellatur nomine, quòd cum lætitia, & tripudio offerebatur. Exod. 12.13, וְחַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג לַיהוָה & celebrabitis illum, festũ Domino. Psal. 42.5, In voce exultationis & confessionis הָמוֹן חוֹגֵג multitudo diem festum agens. vel saltãs, aut tripudians. Nachum 1.15, חָגִּי יְהוּדָה חַגַּיִךְ celebra Ie-

hudáh celebritates tuas. vel ſolennitates. Pſal.107.27, יָחֹגּוּ וְיָנוּעוּ ſaltabunt,& mouebunt ſe ſicut ebrius. Nomen,חַג,vt ſuprà Exod.12.13, & Nachum 1.14. Pſal.118. 27, אִסְרוּ־חַג בַּעֲבֹתִים ligate agnũ (vel pecus,aut oblationem)funibus. Deut.16.14, Et lætaberis בְּחַגֶּךָ in ſolennitate tua.Iechez.46.11,וּבַחַגִּים & in ſolennitatibus.Ieſa.19.17,Et erit terra Iehudáh AEgypto לְחָגָּא in pauoré. vel cómotioné.Tharghũ,לִדְחָלָא,i.in pauoré. R.Dauid in comment. in commotionem pauoris ac tremoris.

חָגָב Locuſta,aut locuſtæ ſpecies.2.Paralip.7.13,Ecce præcipiam עַל־חָגָב locuſtæ,vt comedat terram. Nume.13.33,Et eramus in oculis noſtris כַּחֲגָבִים ſicut locuſtæ. Eccleſ.12.5,וְיִסְתַּבֵּל הֶחָגָב & onerabitur dorſũ.vel locuſta.Sunt nonnulli,teſte R.Abrahám in commét. & R.Dauid in lib.rad. qui dicunt ח eſſe loco ע, acſi dicat עֹגֵב ab עָגַב Adamare,inſanire amore.Et indicat(inquit R.Dauid)membrum virile.Sed hoc improbat R. Abrahám: quia non permutantur niſi literæ אֶהֱוִי quæ interdum apparent, interdum quieſcũt,ſiue abſorbentur.exponítque קַרְסוֹל talus,aut crus. R.Dauid rectum eſſe dicit vt exponatur locuſta:acſi dicat, Etiam locuſta (quæ eſt animal paruũ) erit oneri ei, ſi requieuerit ſuper eum,quia non poterit ferre illam.

חָגָה Inde חֲגוּוָה,Fiſſura. Cant.2.13, Colũba mea בְּחַגְוֵי הַסֶּלַע in fiſſuris petræ.Irme.49.16,habitás בְּחַגְוֵי in fiſſuris petræ.ſic Hobadiáh 3. In quibus omnibus,vt inquit R.Dauid, ה verſum eſt in ו apparés: & ſic à שָׁלָה fit שָׁלֵו,& שְׁלָוִי vt habes in radice שָׁלָה.vel eſt à חוג.

חָגַר Cinxit,accinxit.Exo.29.8,וְחָגַרְתָּ אֹתָם אַבְנֵט & cinges eos baltheo.Proue.31.17,חָגְרָה בְעוֹז מָתְנֶיהָ accinxit fortitudine lumbos ſuos.1.Reg.20.11, Ne iactet

ſe חֹגֵר כִּמְפַתֵּחַ accinctus vt ſolutus. quod eſt vt חָגוּר quo ad ſignificantiam. R.D. in Michlól. Iudic. 18.17, חֲגוּר accinctus inſtrumentis bellicis. 2.Semu. 21.16, Et ipſe חָגוּר חֲדָשָׁה accinctus nouo. ſub. enſe. R.D. in Michlól. Ieſah. 32. 11, וַחֲגוֹרָה עַל־חֲלָצָיִם & accingere ſuper lumbos. pro accingite vos. & eſt proprie Macór, inquit R. Dauid in Michlól, quia eſt longum: quanquam nonnulli putarint eſſe tóar. Poteſt eſſe & imperatiuum, vt idem ait in Michlól, & R. Abrahám, & Hãnaghid. & deficit נ, pro חֲגוֹרְנָה. R. Moſéh ſacerdos dicit eſſe macór. Pſal. 76.10, שְׁאֵרִית חֵמֹת תַּחְגֹּר reſiduum irarum (vel reſiduo irarũ) accinges te. Acſi dicat, Cinges, & ligabis eos, ne ſecundum iram ſuã faciant, quam habẽt aduerſus Ieruſaláim. Quippe cingere, eſt ligare, & prohibere. Pſalmus dictus eſt prophetice de caſtris Aſſúr, qui caſtrametatus eſt aduerſus Ieruſaláim: & hoc eſt quod dixit in principio Pſalmi, Notus in Iehudáh Deus, &c. Et fuit in Salém, id eſt Ieruſaláim habitaculum eius. Nã vſque ad Ieruſaláim non fuerat notus Deus in bellis. omnem enim terram Iſraél ſubegerat. Verum quum venit aduerſus Ieruſaláim, & in Deum ſuperba locutus eſt, tum notus fuit Deus, & fuit magnũ nomen eius, quemadmodũ dixit, Et percuſſit in caſtris Aſſúr. Et dixit, Quum in caſtris Aſſúr feceris vltionẽ, tum ira hominis confitebitur tibi, id eſt quiſquis iratus fuerit in te, cogetur cõfiteri tibi, téque laudare, & eius ira vertetur in confeſſionẽ, atque laudem tui, & tũc reſiduum irarum cinges. acſi dicat, Reliquos è regibus gentiũ mundi, qui irati erant aduerſum Ieruſaláim, cinges, & eorum ligabis iram, ac prohibebis, vt te timeãt quum audierint quæ feceris in caſtris Aſſúr. & hoc eſt quod

dixit in fine Psalmi, Succîdet spiritũ ducum,terribilis erit regibus terræ.id est quum succiderit spiritum ducum,quẽadmodum dixit,Omnem potentem viribus, & ducẽ,ac principẽ in castris Assúr,&c. tunc erit terribilis regibus terræ. Vel loquitur de AEgyptiis, & AEthiopibus qui erant in castris Assúr,Ira hominis confitebitur tibi:quum viderint plagam magnam, ad Iehudæorum conuertentur legem.Nam de ipsis dictum est Iesah.45.14,Labor AEgypti,& negotiatio AEthiopiæ,& Sebaim viri mensuræ magnæ,ad te transibunt, & tui erũt,&c. Et 19.19, In die illa erit altare Domino in medio terræ AEgypti,&c.2.Semu.22.43,וְיַחְגְּרוּ & accingent se de clausuris suis.vel,mouebunt se à clausuris suis. aut pauebunt, per metathesim literarum, pro וְיַחְרְגוּ.R.Dauid in lib.ra. Tóar,חָגוֹר.Et plurale in regimine, Ieche.23.15,חֲגוֹרֵי אֵזוֹר accincti cingulo in lumbis suis. Substãtiuum. 1.Semu.18.4,וְעַד־חֲגֹרוֹ & vsque ad cingulum suũ. Iesah.22.12,וְלַחֲגֹר שָׂק & ad cingulum sacci.vel,& ad accingẽdum se sacco. Et cũ ה fœmineo, 2.Semu.18.11,וַחֲגֹרָה אֶחָת & cingulum vnum. Gene.3.7, Et fecerunt sibi חֲגֹרֹת cingulos. Alia forma. Iesah. 3. 24,מַחֲגֹרֶת שָׂק cingulum sacci.

חָדַד Acuit.Chabac.1.8,וְחַדּוּ מִזְּאֵבֵי עֶרֶב & acutiores erunt lupis vespertinis. Et in hofhál. Iechez. 21.10,gladius הוּחַדָּה acutus est. Tóar.Iesa.49.2,posuit os meũ כְּחֶרֶב חַדָּה sicut gladium acutũ. Substátiuum. Iiób 41.20,תַּחְתָּיו חַדּוּדֵי חָרֶשׂ sub eo sũt petræ acutæ testaceæ. Vel,sub eo sunt acumina testæ.i.testacea. R.Leui priore modo exponit, Sub eo erunt petræ acutæ similes testis acutis, id est aridis,aut siccis, super quas dormit,nec illi nocent.R.Dauid in lib.rad.in radice חָרֶשׂ,

Sub eo erũt margaritæ vt ſol ſplendẽtes. R.Abrahám, teſtæ acutæ. חֶרֶשׂ & teſtam & ſolem ſignificat.

חָדָה Lætari,& Acuere. Exod.18.9, וַיִּחַדְּ & lætatus eſt. Eſt inſtar וַיִּחַן à חָנָה. & ד eſt cum daghés ad dirigendam eius pronuntiationem, quia eſt dictio longa, inquit R.D. in lib.rad.& in Michlól. Iiób 3.5, אַל־יִחַדְּ ne lætetur. ſic R.D. in lib.rad.& R. Abrahám. in cõment. exod. 18. Vel,& ne ſit vna, ſecundũ eundem,& R.Leui: & ſic radix eſt אָחַד. ſed priorẽ magis probat expoſitionem. Prou.27.17, בַּרְזֶל בְּבַרְזֶל יָחַד וְאִישׁ יַחַד פְּנֵי־רֵעֵהוּ ferrum ferro acuetur,(vel acuet ſe,) & vir acuet faciẽ (vel irã) amici ſui. Vtroque modo ab Hebræis exponitur:& non poteſt hoc futurũ eſſe à חָדַד, quia eſſet cum chólẽ יָחֹד, inſtar יָסֹב à סָבַב: ſed eſt à חָדָה vt dictũ eſt. Et in pihél. Pſal.21.7, תְּחַדֵּהוּ lætificabis eum. Nomen. 1. Paralip. 16.27, fortitudo וְחֶדְוָה & lætitia.

חָדַל Deſinere, ceſſare. Gene.41.49, עַד כִּי־חָדַל לִסְפֹּר adeò vt ceſſauerit numerare. Iudi. 5.6, חָדְלוּ פְרָזוֹן בְּיִשְׂרָאֵל חָדֵלּוּ ceſſauerunt villæ in Iſraél, ceſſauerunt. Daghés eſt euphoniæ gratia, ait R.D. in Mich.& eſt à חָדֵל, ſicut חָפֵץ. Iiób 10.20, וַחֲדָל וְשִׁית & ceſſa,& abſiſte. ita legitur, ſed ſcribitur יֶחְדָּל ceſſabit: prior tamẽ lectio eſt melior, propter ſequẽs ĩperatiuũ וְשִׁית. licet codices quidã habeãt יָשִׁית. Et 14.6, וְיֶחְדָּל & ceſſabit(vel, perficiet) tẽpus ſuũ: vt exponũt nonnulli, inquit R.D.& ſic R.Leui,& R.Mithridat'. Et in hifhíl, vel hofhál. Iud.9.9, הֶחֳדַלְתִּי אֶת־דִּשְׁנִי Num ceſſare faciam pinguedinẽ meã? Quod ſecũdum multos grammaticos ponitur pro הֶחֱדַלְתִּי, & euphoniæ gratia mutatum eſt chathéph ſeghól in camés chathéph, inquit R.D. Sed vt idem ait in Michlól, rectum eſt vt ſit ex binián hofhál: quod niſi eſſet

ח,dicēdum erat הֶחֱדַלְתִּי ,inſtar הֶשְׁבַּרְתִּי, Irme.8.21. Verũ propter literam ח, tranſiuit camés chathéph ab ה in ח, & ה eſt cũ ſeghól,vt dilatetur pronuntiatio ח. & ſic אֶת ponitur vice מִן,acſi dicat,Nũ derelinquar à pinguedine mea? At in cóment.dicit eſſe ex.binián hifhíl, vel hofhål,& vtroque modo exponit.Tharghum, הַאֶשְׁבּוֹק num derelinquam pinguedinem meã? Prior ergo expoſitio magis placet.Iiób 16.6,וְאֶחְדְּלָה & ſi deſiero,(ceſſauero,)quid à me abibit? Tóar, Ieſah.53.3,deſpectus וַחֲדַל & abiectus inter viros.aut virorũ. eſt enim in regimine. Ab hoc חֶדֶל,quod eſt זְמָן,Tempus,inquit R. Dauid,per metatheſim literarũ à חֶלֶד. Ieſa.38.11, Cum habitatoribus חֶדֶל temporis. Hinc fit tóar.Pſal.39.5, ſciam מֶה־חָדֵל אָנִי quòd temporalis ſum . Alii dicũt חֶלֶד ſignificare mundum,vt ſit ſenſus,Sciam quòd mũdanus ſum,vel quo in mũdo ero. Et verbum,quod ſuprà citauimus ex Iiób 14.6.

חדק Cũ ſex punctis:aut cũ quinque,חֵדֶק,Genus ſpinæ. Prouer.15.19,כִּמְשֻׂכַת חָדֶק veluti ſepes ſpinæ. i.ſpinoſa. Micháh 7.4,Bonus eorum כְּחֵדֶק ſicut ſpina.

חדר Cum ſex punctis,Cubiculũ,adytũ,locus ſecretior, penetrale,Interiora, Meridies. 1.Reg.20. 30,חֶדֶר בְּחֶדֶר(de)cubiculo in cubiculũ. Alia forma,חֶדֶר, quod mutatur in regimine, vt Exo.8.3,וּבַחֲדַר מִשְׁכָּבְךָ & in cubiculũ lecti tui.Prior autẽ ſpecies nõ mutatur,ſicut nec אֶרֶץ,aut אֶבֶן, vt Cãt.3.4,וְאֶל־חֶדֶר הוֹרָתִי & in cubiculũ genitricis meæ. Iiób 37.9,מִן־הַחֶדֶר à Meridie veniet turbo. R.Abra.dicit eſſe ſtellã quæ eſt in angulo (aut tractu)meridiano ſphæræ maioris.& quia habitantes in plaga Aquilonari nõ vident illã, appellatur חֶדֶר, acſi eſſet in loco occulto. Plurale eſt cómune vtrique

ſpeciei.nam אֶבֶן facit אֲבָנִים, & דָּבָר דְּבָרִים. Prouer.24.4, Et ſcientia,חֲדָרִים penetralia(interiora)replebuntur.Et 18.8,Et ipſa deſcēderunt(pro deſcendunt)חַדְרֵי בָטֶן(ad) interiora ventris. vbi deficit אֶל ad. Iiób 9.9,Qui facit Arcturum, Oriona, וְחַדְרֵי תֵימָן & interiora Auſtri.aut, plagas Auſtrales,ſecundum R.Dauid.vel ſecundū R. Abrahám,ſtellas quæ ſūt in plaga Auſtrali ſphæræ ma ioris:ita nominatas,quód ſint occultæ,vt dictū eſt.ſūt enim circa polum Antarcticum.Alii dicunt eſſe ſigna & imagines in prædicto polo,vt R.Leui.1.Parali.28.11, וַחֲדָרָיו & cubicula eius. Ex hoc fit verbū in cal. Ieche. 21.14,Hic eſt gladius חֲלַל הַגָּדוֹל הַחֹדֶרֶת לָהֶם occiſi magni (pro occiſorū magnorum) qui percutit eos in penetra libus. R. Dauid in lib.rad.exponit,הָאוֹרֶבֶת בְּחֶדֶר.i. qui inſidiatur in cubili.Et in cōment.exponit,Qui percutit eos in penetralibus domorum ipſorum:vel,qui latuerat in cubiculis.Tharghum,דִּמְזִיעָא qui commouet (aut terret,vel obſtupefacit)eos.

חדש Siue חִדֵּשׁ in pihél,Renouare,Innouare,Inſtaurare.Ieſa.61.4,וְחִדְּשׁוּ עָרֵי חֹרֶב & innouabunt ciuitates ſolitudinis. aut deſolationis, id eſt deſolatas & deſtructas.2.Paralip.24.4,לְחַדֵּשׁ אֶת־בֵּית יְהוָה vt innouaret(inſtauraret)domū Domini. Pſal.104.30, וּתְחַדֵּשׁ פְּנֵי אֲדָמָה & renouabis faciem terræ. 1.Sem.11.14, וּנְחַדֵּשׁ שָׁם הַמְּלוּכָה & innouemus ibi regnum. Et in hithpahál. Pſa.103.5,תִּתְחַדֵּשׁ renouabitur,ſicut aquilæ,iuuētus tua.

Tóar.Exo.1.7,rex חָדָשׁ nouus.Iudi.15.12,duobus funibus חֲדָשִׁים nouis.Et fœmineū,Ieſa.65.17,Et terra חֲדָשָׁה noua. Deut.24.5, Quū acceperit vir אִשָּׁה חֲדָשָׁה mulierē(aut vxorē)nouam.i.quæ eſt illi noua.Ieſa.48.6,audire faciā te חֲדָשׁוֹת noua. Hinc & חֹדֶשׁ,Mēſis:ſic appel

latus, quòd in eo innouetur luna. Et non modo mensis, id est triginta dies, cõmuniter & vniuersaliter: verumetiam & dies duntaxat primus, hoc nomine vocatur. Gene.29.14, Et mãsit cum eo חֹדֶשׁ יָמִים mẽsem dierum.i.triginta diebus. 1.Semu.20.5, Ecce חֹדֶשׁ מָחָר calendæ cras.i.primus dies mensis qui illis erat celebris. Iesah.66.23, Et erit מִדֵּי־חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ de calendis in calendas eius, & de sabbato in sabbatũ eius. ita R.Dauid in lib.rad. Irme.2.24, בְּחָדְשָׁהּ יִמְצָאוּנְהָ in mense illius inuenient eam.i.in menstruo quod singulo mense euenit. vel vt exponit R.Dauid, In mense eius, id est qui decisus & determinatus est ei, vt non possit euadere è manu quærentium eam. & sic Hoseah 5.7, Nunc comedet eos חֹדֶשׁ mensis. qui scilicet decisus est eis: & est mẽsis אָב. At R.Ioséph בְּחָדְשָׁהּ putauit esse macór: acsi dicat, Non laborabunt omnes qui quærunt eam: quia omni tempore inueniẽt eam in sua innouatione, acsi modo inciperet currere ante eos. Iechez.45.17, וּבֶחֳדָשִׁים & in calendis. Et 47.12, לָחֳדָשָׁיו per menses suos.

חוב Debitor. Iechez.18.7, Pignus suum חוֹב יָשִׁיב debitori reddiderit. R.Dauid exponit הַמַּלְוֶה mutuum accipienti. qua dictione frequenter vtuntur Hebræi. Hinc verbum in pihél, חִיֵּב, Debitorem efficere, aut reddere, tam substantiæ, quàm corporis. Dani.1.10, וְחִיַּבְתֶּם אֶת־רֹאשִׁי לַמֶּלֶךְ & debitorem reddetis caput meum regi.

חוג Est סָבַב, Circuiuit, circundedit. Iiób 26.9, חֹק חָג עַל־פְּנֵי־מָיִם terminũ statutum (præceptum) circũdedit super faciem (vel superficiei) aquarũ. Nomen, חוּג, Circulus, aut sphæra quæ circuit terrã. Iiób 22.14, וְחוּג שָׁמַיִם circulũ cæli perãbulat. Iesa.40.22, Qui sedet

על

עַל־חוּג הָאָרֶץ super circulū terræ. Et nomē instrumenti quo fit circulus, id est circinus. lingua vulgari קונפש. Iesah. 44.13, וּבַמְּחוּגָה יְתָאֳרֵהוּ & circino formauit illud.

חוד AEnigmatice loqui, seu ænigma, aut problema proponere, & obscure loqui. Iudicum 14.13, חוּדָה חִידָתְךָ AEnigmatice loquere ænigma tuū. Et 16, הַחִידָה חַדְתָּה ænigma ænigmatice locutus es, &c. Nomen, חִידָה. Iudic. 14.18, non inuenissetis חִידָתִי ænigma meū. Plurale, Psal. 78.2, loquar חִידוֹת ænigmata.

חוה Indicauit, annuntiauit. In pihél, Iiób 32.7, Et timui מֵחַוֹּת דֵּעִי אֶתְכֶם indicare opinionem meam vobis. Et 15.17, אֲחַוְּךָ indicabo tibi. est sine daghés præter normā. Nomē, præposito א, אַחְוָה. Iiób 13.17, וְאַחְוָתִי & indicationem (aut annuntiationem) meam.

חוֹת Villæ, Quære in חַיָּה in fine.

חוז Vnde præposito מ, מָחוֹז, quod est מְדִינָה, Prouincia: vel פֶּלֶךְ, Regio: vel גְּבוּל, Termin'. Et in regimine, מְחוֹז. Psa. 107.30, Et deduxit eos אֶל־מְחוֹז חֶפְצָם ad terminū voluntatis eorū. R. Ioseph deducit ab hoc illud Iiób 24.1, Et sciētes eū לֹא־חָזוּ יָמָיו nó terminauerūt dies eius. Alii verò, viderūt, ab חָזָה, vt Tharghum & R. Moséh.

חוח 1. Semu. 13.6, Et absconderūt se populus in speluncis וּבַחֲוָחִים & munitionibus. R. Dauid. Tharghú, וּבִמְצַדָתָא & in munitionib'. Reliqua quære in חַח.

חוט Filū. Cāt. 4.3, כְּחוּט הַשָּׁנִי sicut filū coccineū. Iudic. 16.14, rupit eos à brachiis suis כְּחוּט sicut filum.

חול Prophanum. Require in חָלַל.

חול Dolere, dolore afficere, Formidare, Parturire, Cadere, Manere, Expectare, vel sperare, Castrame-

tari, Creare, siue formare. Iesah. 23.4, לֹא־חַלְתִּי non dolui (vel, parturiui) & non peperi. Thren. 4.6, וְלֹא־חָלוּ בָהּ יָדַיִם & non castrametata sunt aduersus eam castra. vel exercitus: quia repente subuersa est, inquit R.D. aut, nõ manserunt in ea, loca. aut manus. Non potest deduci à חָלַל quod est incipere: quia vt ait R. Abrahám dixisset הֵחֵלּוּ, & non חָלוּ, quod manifeste est à חול. Irme. 5.3, Percussisti eos, וְלֹא־חָלוּ & non doluerunt. Micháh 1.11, כִּי־חָלָה לְטוֹב quia parturiuit (vel doluit) propter bonum. nempe quod antea sibi fuerat. R. Dauid in comment. & in lib. rad. Vel secundum R. Ionáh, expectauit propter bonum. vel expectauit bonum. Hose. 11.6, וְחָלָה חֶרֶב & manebit gladius in vrbibus eius. R.D. cadet, castrametabitur, manebit. Sic secundũ R. Ionáh illud Eccle. 5.12, Est malũ חוֹלָה cadés. nẽpe super filios hominũ. Et pulchra est expositio, inquit R.D. & est nomẽ tóar, instar טוֹבָה. Psal. 114.7, A facie Domini חוּלִי אֶרֶץ dole (vel contremisce) terra. Imperatiuũ vice futuri, acsi responderet cantor interroganti, & diceret, Quòd תָּחוּלִי cõtremiscas corã Domino, est quia ipse est omnium dominus: iustũ est autẽ vt creaturæ illũ paueãt. Et terra, cõprehẽdit mare, Iardén, colles, ac mõtes. Vel est macór, & י est signũ pronominis primæ personæ, quod iuxta normã debuerat esse breue: sed quia sequitur dictio lõga (.i. habens accentum in prima, idcirco est longum. acsi terra responderet interrogãti, ac diceret, Cõtremiscere meũ, fugere meũ, & saltare meũ, est à facie Domini, cui est facultas siccãdi mare: quẽadmodum contrà, est ei facultas vertẽdi petram aridam in stagnũ aquarum, quum sit vniuersorũ dominus, & quod vult, efficere valeat. R. Abrahám dicit י redũdare, & esse macór

hominis cogitabit viam suã. acsi dicat, Veniẽt ei, succedéntq; ad eius voluntatẽ, siue ad eius votũ, quæ sunt necessaria: & tunc erunt viæ Dei: vnde æquũ erit vt illum timeat. At R. Abrahám, Rectum est (inquit) in oculis meis vt יְחִילוּ sit verbũ trãsitiuum, quãquam desit persona patiens, sicut & Exod. 10.23, Non occides. sub. quempiam. Vnde dicit, dolore afficient, aut timere facient viæ eius (nempe impii) intelligentem. quum enim viæ impiorum prosperantur, timent sapiẽtes, &c. R. Dauid in lib. rad. dolere facient viæ eius (nẽpe impii) pauperes, &c. R. Ionah, sperabũt, aut expectabunt. Irm. 5.22, Num à facie mea תָחִילוּ formidabitis? aut dolebitis. Hose. 8.10, וַיָּחֵלּוּ מְּעָט & dolebũt paululum propter onus regis. Daghés est loco י, pro יָחִילוּ. Vel est à חָלַל incipere: vt sit, incipient conqueri, & murmurare paululũ propter onus regis, & principũ: & amplius murmurabũt, quum fuerint in captiuitate. Et in pohél, חוֹלֵל, &c. sicut כּוֹנֵן. Iesah. 53.5, Et ipse מְחוֹלָל מִפְּשָׁעֵינוּ dolẽs propter præuaricationes nostras. Vel, dolore afficitur, inquit R.D. in cõment. est enim passiuũ participiũ. At in lib. rad. Et ipse vulneratur, &c. à חָלַל. Prouerb. 26. 10, רַב מְחוֹלֵל־כֹּל magnus (vel dominus) creat omnia. i. Dominus qui est super omnia, creat & format omnia, id est vniuersum mundum. idcirco alit eos vniuersos pariter. Et hoc est quod sequitur, Et mercedẽ dat stulto, & mercedẽ dat transgressoribus. acsi dicat, Stultos, transgressoréssque pascit, quemadmodũ sapiẽtes ac iustos. Et dixit, Mercedem dat: quia ipse alit eos, acsi deberet eis escam, quẽadmodum quispiã mercedẽ tenetur dare mercenario. Require in שָׂכָר. Hæc R.D. in lib. rad. R. Himmanuél, Magnus (aut Dominus) superat,

vincítq; & humiliat omnia, vel omnes. Alii exponũt, Dominus creat omnia, & alit, diſponítque omnia, & ſtultos & ſapientes. Et dat mercedem ſtultis ac trãſgreſſoribus ſecũdum legẽ ſuam, vt par eſt: vt eſt in altero cóment. Hebraico. Iiób 26.12, חֹולְלָה יָדוֹ creauit manus eius. Et 39.4, חֹלֵל אַיָּלוֹת תִּשְׁמֹור párere facientem ceruas (vel potius, eũ qui párere fecit ceruas) obſeruabis? pro obſeruaſti. R. tamen Dauid in lib. ra. dicit eſſe ma cór, & ſic vertendum, Num noſti tẽpus pariendi ibices petræ? párere (aut parturire) faciendi ceruas obſeruaſti? i. quo pariunt ibices petræ (hoc eſt incolentes petras) tẽpus quo parturire facit ceruas obſeruaſti? Vel intranſitiue, quo pariunt ceruæ, &c. & hic ſenſus eſt planior. Ieſah. 51.9, Nónne, &c. מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין dolore afficis (pro af feciſti) draconem? i. Parhonem, qui erat veluti draco. Proue. 25.23, Ventus aquilonaris תְּחוֹלֵל גָּשֶׁם fugabit (pro fugat) pluuiã. R. Himmanuél exponit, תַּבְרִיחַ fugabit: acſi dicat, ceſſare faciet, & prohibebit. R. Ioſéph, prohibebit, à חָלַל. Eſt enim ventus ille frigidus, ac ſiccus, & idcirco prohibet pluuias. R. Dauid deducit à חול, & exponit, formabit. i. generabit pluuiam. Quod R. Himmanuél reprobat prædicta ratione. Pſa. 90.2, וַתְּחוֹלֵל אֶרֶץ & formaretur terra. Iiób 35.14, ותְחוֹלֵל לוֹ & ſperabis in eo. Aut fide ei, vel expecta eum. & eſt futurum pro imperatiuo. Ieſah. 51.2. Et ad Saráh (ſub. אֲשֶׁר quæ) תְּחוֹלֶלְכֶם pariet (aut parturiet) vos. pro peperit, aut parturiuit. Eſt enim futurum vice præteriti, inquit R. Dauid: acſi diceret, שֶׁחוֹלְלָה אֶתְכֶם quæ parturiuit vos. Et in puhál. Iiób 15.7, Et ante colles חוֹלָלְתָּ formatus es. Et 26.5, Mortua (ſub. ſemina) יְחוֹלָלוּ מִתַּחַת מַיִם formabũtur ſubter aquas. i. ſub terra vbi eſt aqua. R. Leui. & ita R. Dauid di

630

cit nõnullos exponere. Ipſe verò exponit, mortui formabũtur. Et in hofhál. Ieſa. 66.8, הֲיוּחַל אֶרֶץ nũ parietur (ſiue parta eſt) terra die vna? Et in hithpahál. Pſal. 37.7, Tace Domino, וְהִתְחוֹלֵל לוֹ & ſpera in eo. vel fide ei. Aut expecta eũ: vel, & dole ei. vtroq; modo exponit R. D. in lib. rad. Siue, fer dolorem propter eum, vt exponit in cóment. Iiób 15.20, Cum diebus impii, ipſe (ſub. impius) מִתְחוֹלֵל dolet. inſtar ſcilicet parturiẽtis. Irme. 23.19, Et turbo מִתְחוֹלֵל incidẽs, (ſiue cadens, aut manẽs, veniẽs) ſuper caput impiorum cadet. Poteſt etiam exponi (inquit R. Dauid) dolorem inferẽs. Et geminatum. Eſtér 4.4, וַתִּתְחַלְחַל & dolore affecta eſt. Nomẽ, חִיל, Dolor. Exo. 15.14, חִיל אָחַז יֹשְׁבֵי פְּלָשֶׁת dolor apprehẽdit habitatores Peléſeth. Et geminatũ, Nachũ 2.10, וְחַלְחָלָה & dolor. Aliud, Irm. 33.22, חוֹל הַיָּם arena maris. Iiób 29. 18, וְכַחוֹל & ſicut arenam multiplicabo dies. R. D. dicit ſe inueniſſe hoc cũ ſúrec in libro correcto Hieroſolymitano. Antiqui Hebræi, & R. Selomóh exponũt, Et ſicut phœnix. auis nẽpe quæ vſq; ad annos quingentos longæua ætate procedit. R. Dauid, & R. Leui, ſicut arena.

Ab hoc fit & מְחוֹלָה, Chorus. Quære in חָלַל, quòd ſit eius radix, vt ait R. Dauid. Et in eadem radice require חול, ſiue חוֹל, quod ſignificat prophanum.

חום Secũdum R. Dauid eſt שָׁחוֹר, Nigrum: cuius radicem idem putat eſſe חָמַם, ibi require.

חוס Cũ ס, eſt חָמַל, Pepercit. Ionáh 4.10, אַתָּה חַסְתָּ עַל־הַקִּיקָיוֹן tu pepercisti cucurbitæ. 1. Semuél 24.10, וַתָּחָס עָלֶיךָ & pepercit tibi. ſubauditur עֵינִי oculus meus, vel נַפְשִׁי anima mea. R. Dauid in lib. rad. Iechez. 20.17, וַתָּחָס עֵינִי עֲלֵיהֶם & pepercit oculus meus eis.

חוף Vide חָפַף.

חוץ Extra, foris, siue foras, Præter, Platea. Deuter. 23. 12, Et egredieris illuc חוּץ foras. Et 13, quum sederis חוּץ foris. Iiób 18.16, עַל־פְּנֵי־חוּץ ante plateam. Ecclesi. 2.24, חוּץ מִמֶּנִּי præter me. i. plusquam ego. Gene. 9.22. Et nũtiauit duobus fratribus בַּחוּץ foris. vel in platea. Leuit. 4.12, Et educet, &c. אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה extra castra. Gen. 6.14, Et bituminauit eã מִבַּיִת וּמִחוּץ intrinsec' & extrinsecus. Iesa. 51.20, In capite כָּל־חוּצוֹת omnium platearũ.

Tóar. 1. Reg. 6.28, Et cælaturis florum מִלִּפְנִים וְלַחִיצוֹן intrinsecus, & exteriori. sub. templo. & nõ, extrinsecus. est enim tóar הַהֵיכָל templi, quod erat extra oraculum, siue adytum: quanquam מִלִּפְנִים non sit tóar. R. Dauid in lib. rad. & in comment. Fœmineũ tóar. 2. Reg. 16. 17, Et introitũ regis הַחִיצוֹנָה exteriorẽ. Et est sicut הַחִיצוֹן inquit R. D. in lib. ra. quia est longũ propter zachéph, & ה redundat. Ieche. 40.16, in atrium הַחִיצוֹנָה exterius.

חק Aut **חוק** Require in חָקַק.

חור Est לָבָן, Album, candidum. Estér 8.15, cum veste regni (.i. regia) purpuræ (siue purpurea) וְחוּר & cãdoris. i. cãdida. Tharghũ pro לָבָן, Exo. 16.31: habet חִוָּר.

Hinc verbũ חָוַר, Erubescere: quòd homo erubescens fiat facie albus, aut pallidus. Iesa. 29.22, facies eius יֶחֱוָרוּ pudore suffundentur. aut erubescẽt. חור etiam est Foramen, cauerna, latibulum. Iesah. 11.8, עַל־חֻר פָּתֶן super cauernã aspidis. Et cum chólem, 2. Reg. 12.9, perforauit חֹר בְּדַלְתּוֹ foramẽ in ostio eius. Quo nomine appellatur secũdum R. D. canistrũ & rete, & vestis quæ multa habẽt foramina. Gen. 40.16, סַלֵּי חוֹרִי canistra (pro חוֹרִים) foraminũ. i. perforata, aut habentia multa foramina. Sed R. Ionáh deducit à חור Album, vt sit, canistra alba.

Vel ſecundũ R.Dauid, caniſtra facta ē virgis decorticatis, quæ poſt earũ decorticationẽ ſunt albæ. Sed priorem expoſitionem probat. Et in Talmúd Ieruſalmí(.i. Hieroſolymitano,)teſte R.Dauid in lib.rad.in radice חָרַר, exponitur, caniſtra tortarũ ſub prunis decoctarũ, quæ dicũtur עֻגוֹת, acſi dicat, caniſtra plena חֲרָרוֹת.i.tortis. Ieſah.19.9, Et texentes חוֹרָי(pro חוֹרִים)alba, ſecundũ R.Ionáh.i.pãnos albos. R.Dauid exponit, pannos perforatos tẽpore quo texuntur: vel(quod magis probat) retia quæ ſunt plena foraminibus. Et hoc quadrat ſenſui prophetæ qui prius dixerat, Et expandentes rete ſuper faciẽ aquarũ infirmati ſunt,&c. Paulo póſt, texẽtes חוֹרָי. Mox, Et erunt retia eius fracta. Iiób 30.6, vt habitarent חֹרֵי עָפָר in foraminibus(.i.cauernis)terræ. Ieſa. 42.22, Et ipſe populus prædam paſſus, & direptus הָפֵחַ בַּחוּרִים capere facere(pro, quos capere faciebant hoſtes eorũ)in cauernis omnes ipſos,&c. fuerunt in prædam, &c. הָפֵחַ eſt macór, vel imperatiuum cõiugationis hifhíl. Vide פּוּחַ. Ieſah.36.12, Vt comedant אֶת־חֲרָאֵיהֶם ſtercora ſua. à foraminibus vnde exeunt ſic appellata. Ita ſcribitur intrĩſecus, ſed in margine, honeſtiori vocabulo ſcriptũ eſt מוֹצָאוֹתָם egeſta(ſiue ſtercora)ſua. Et 2. Re. 10.26, Et diruerũt domũ Bahál, & poſuerũt eã לְמַחֲרָאוֹת in latrinas. aut pro latrinis. In margine eſt לְמוֹצָאוֹת pro excrementis.i.loco excrementorũ, ſiue ſtercorũ. Priori igitur modo ſcribitur, ſed poſteriori legitur, inquit R.Dauid in cõment. & vtrunq; idem ſignificat: ſed lectio, eſt mundior ſcriptura. חוֹרִים etiã ſunt principes, & magnates, inquit R.Ionáh, qui & in lingua Iſmahelitica vocantur לוֹבָן, tanquã diceres candidati, aut candidi. Eccleſi.10.17, Beata tu terra, quũ rex tuus בֶּן־חוֹרִים filius

filius principũ est. Et nõ est nomen substãtiuũ, vt quidam scripserunt, vt sit, filius nobilitatis, aut libertatis: sed nomen tóar. Illud auté Ieche.24.11, וְחָרָה נְחֻשְׁתָּהּ, & Iesah.24.6, חָרוּ יֹשְׁבֵי אֶרֶץ, & Iiób 30.30, וְעַצְמִי חָרָה, quæ R. Iehudáh & R. Ionáh posuerunt in hac radice, vide in חָרַר. sunt enim ex verbis geminatis, inquit R. Dauid.

חוש Accelerare, festinare, Sentire, aut sensibus oblectari, vt dicũt nónulli. Deut.32.34, וְחָשׁ עֲתִדֹת לָמוֹ & festinabit (pro festinabunt, vel festinant) quæ futura (aut parata) sunt eis. Psa.22.20, Ad auxiliũ meũ חוּשָׁה festina. Et in hifhil, הֵחִישׁ, &c. Iudi.20.37, Et insidiæ הֵחִישׁוּ festinauerũt. Iesah.60.22, Ego Dominus, in tẽpore suo אֲחִישֶׁנָּה festinare faciã illud. Tóar. Nume.32.17, חֻשִׁים festinantes. Substantiuum, חִישׁ, Festinatio, Cito, festinãter. Psal.90.10, recessit חִישׁ cito. Illud autẽ Ecclesi.2.25, & quis יָחוּשׁ חוּץ מִמֶּנִּי festinabit præter me? (sic R. Dauid) sunt qui exponunt (teste eodem in lib. rad.) מִי יִהְיֶה חוֹשֵׁשׁ quis erit curans (.i. quis curabit) לְהִתְעַנֵּג deliciis affluere, & comedere, & lætari plusquam ego fecerim? חוֹשֵׁשׁ etiã significat sentire. acsi dicat, Quis sensibus oblectabitur plusquam ego fecerim? Vnde & חוּשׁ, vocatur Sensus. R. Abrahám in cómen. exponit, Quis festinabit? nẽpe vt assequatur quod cupit. Est ergo sensus, Et quis festinabit, id est poterit cõmodius festinare vt sua expleat desideria, quàm ego qui tantam habeo auri & argenti copiam? &c.

חזז Vnde חֲזִיז, Fulgur, coruscatio præcedens tonitrua. Et secundum Talmudistas, est vnũ è quinque nominibus nubis, quæ sunt אֵיד עָב עָנָן נָשִׂיא חֲזִיז. R. tamen Dauid in lib. ra. ait dici à חָזָה, Videre, sicut הֲנִיגִי ab הָגָה. Iiób 28.26, וְדֶרֶךְ לַחֲזִיז & viam fulguri (aut coruscationi)

tonitruorum. vel,& tonitruis. Deficit enim ו copulatiua,vt communiter dicũt expositores Hebræi. Zecha. 10.1, Dominus עֹשֶׂה חֲזִיזִים faciens fulgura.aut coruscationes,vel nubes.

חָזָה In cal,Vidit. Psal.63.3,חֲזִיתִיךָ vidi te.Thren.2.14, Prophetæ tui חָזוּ לָךְ שָׁוְא viderũt tibi mendaciũ. 2.Paralip.33.20,Scripta sunt in verbis חוֹזָי videntium.i. vatum.ponitur pro חוֹזִים, inquit R.Dauid in lib.ra.sicut & חוֹרָי pro חוֹרִים,vt est in חור.Psa.27.5,לַחֲזוֹת בְּנֹעַם־יְהוָה, vt videam iucunditatem(siue delectationem,aut pulchritudinẽ) Domini. Et 17.15, אֶחֱזֶה פָנֶיךָ videbo faciem tuam.Iiob 23.9,וְלֹא־אָחַז & non videbo. Et in altera significatione, Iiob 8.16,בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה(iuxta)domũ lapidum(.i.lapideam)complicabitur. aut potius,complicabit se.Vnde R.Dauid in lib.rad.exponit יִסְתַּבֵּךְ,id est intricabit se.Et iuxta hanc significantiam R. Iehudáh exponit illud Iesa.28.15, Et cum sepulchro עָשִׂינוּ חֹזֶה fecimus complicationem. Quid autẽ is velit dicere, R. Dauid fatetur se ignorare.ipse vero exponit acsi dicat, מַחֲזֶה.i.visionem,hoc sensu,Et cum sepulchro fecimus visionem,& pactum pepigimus cum eo vt non capiat nos. Psa.11.7,יָשָׁר יֶחֱזוּ פָנֵימוֹ rectũ videbũt facies eius.plurale,quia nomen Hebræum פָּנִים,non habet singulare. Vel, Rectus(.i.quilibet rectorum) videbũt facies eius. pro faciem eius. & sic פָּנֵימוֹ ponitur pro פָּנָיו vt dixit R. Mosćh sacerdos. Et sic Iiob 22.2, proderit עָלֵימוֹ ei. Sed hoc non probat R.Abrahám, quia facies nõ videt, sed oculus:vnde dicit referẽdum ad palpebras,quas suprà memorauerat,quæ videbunt rectum: nempe iudiciũ. Vel,videbunt, subaudi videntes. R.verò Dauid sic explicat,Rectum(sub.virũ)videbũt facies eius. i.videbit

facies eius: iuxta illud Leuit.26.9, Et respiciam ad vos. Vel, Rectus(.i.quilibet rectorũ)videbũt faciem eius:vt Psal.17.15, Ego in iustitia videbo faciem tuam. Vel, Rectum(sub. Deum)videbũt facies eorum. hoc est iustorum.& ita exponitur in Derás. Hucusque R.D.in cõment. Nomen, חָזוֹן, Visio. Iechez.7.26, Et quærét חָזוֹן מִנָּבִיא visionem à propheta. Alia forma, חִזָּיוֹן, Iesa.22.1, Prophetia גֵּיא חִזָּיוֹן vallis visionis. 2.Semu.7.17, הַחִזָּיוֹן הַזֶּה visionem hanc. Alia itẽ, חָזוּת, Iesah.21.2, חָזוּת קָשָׁה הֻגַּד־לִי visio dura nũtiata est mihi. Et in altera significantia, secundũ R.Dauid in lib.rad. Dani.8.5, Et hirco erat קֶרֶן חָזוּת cornu perplexitatis.i.perplexum, cõplicatũ. vel visionis, hoc est visibile & magnum. 2.Paral.9.29, וּבַחֲזוֹת & in visionibus.idem est, alia tamẽ forma, à חָזָה. Rursum alia, præposito מ. Num.24.4, אֲשֶׁר מַחֲזֵה qui visionẽ omnipotentis videt. Et genere fœmineo. 1.Reg.7.5, מֶחֱזָה אֶל־מֶחֱזָה fenestra cõtra fenestrã. quasi esset visio cõtra visionem. Et appellatur sic fenestra, quòd per illam videamus. R.Dauid in cõmen. exponit, Visio contra visionem: acsi dicat, quòd fenestræ erant in tribus parietibus. Et hoc est quod proxime dixit שָׁלֹשׁ פְּעָמִים. Quod autẽ dixit מֶחֱזָה אֶל־מֶחֱזָה, Tharghũ vertit וְזוִי לָקֳבֵיל זוִי & angulus contra angulum, vt exponit R.D.in commen. Alia postremo forma, 2.Reg. 17.13, כָּל־חֹזֶה omnem visionem. Aliud nomen, חָזֶה, Pectus. Exod.29.27, Et sanctificabis אֵת חֲזֵה הַתְּנוּפָה pectus eleuationis. Plurale, Leuit.9.20, הֶחָזוֹת pectora.

חזק Roborare, corroborare, Indurare, Apprehẽdere, tenere, retinere, Inualescere. Genes.41.57, כִּי־חָזַק הָרָעָב quia inualuerat fames. 2.Reg. 3.26, Et vidit rex Moab כִּי־חָזַק מִמֶּנּוּ הַמִּלְחָמָה quòd robustius esset se bellũ.

aut quod præualeret sibi bellum. 1.Reg.2.2, וְחָזַקְתָּ & ro
borabis te.pro,& esto robustus, aut fortis. Ireme.20.7,
חֲזַקְתַּנִי inualuisti mihi. fortior me fuisti . est sicut חָזַקְתָּ
מִמֶּנִּי. R.D.in lib.ra.& in Michlól.1.Reg.20.23, עַל־כֵּן חָזְקוּ
מִמֶּנּוּ idcirco præualuerũt ei.Malach.3.13, חָזְקוּ עָלַי præua
luerũt aduersum me.vel super me.i.mihi. Iehos.23.6,
וַחֲזַקְתֶּם מְאֹד & roborate vos valde. futurũ pro imperati-
uo aut precatiuo. Ieche.30.21, לְחָזְקָהּ ad roborãdũ illud.
Vel, vt roboretur in illo, secundum R.Dauid in lib.ra.
Iesah.35.4, חִזְקוּ אַל־תִּירָאוּ estote fortes, ne timeatis. 1.Pa-
ralip.28.7, אִם־יֶחֱזַק si fuerit fortis ad faciendum præce-
pta mea. Exod.7.13, וַיֶּחֱזַק לֵב & induratum est (indura-
uit se)cor Parhóh.2.Sem.18.9, וַיֶּחֱזַק רֹאשׁוֹ בָאֵלָה & appre-
hendit caput eius quercum. vel,& tenuit se caput eius
in quercu. Et 10.11, Et si filii Hammón יֶחֶזְקוּ מִמְּךָ præua
luerint tibi.ח cum seghól. Iesah.28.22, פֶּן־יֶחֶזְקוּ ne forte
roborẽtur.ח cum seuá. In hoc binián, inquit R.Dauid,
cõmuniter sunt intransitiua, nonnulla transitiua. In-
transitiuũ est illud 2.Paral.28.20, Et obsedit eũ, וְלֹא־חֲזָקוֹ
& non roborauit eũ. quod potest exponi (vt ait idem)
וְלֹא חָזַק מִמֶּנּוּ & nõ præualuit ei. Vel, לֹא חָזַק לְפָנָיו nõ præ-
ualuit(nẽpe Achaz)corã eo. Nam si esset transitiuum,
esset sensus, Deum non roborauisse ipsum Achaz co-
ram illo. Vel exponendũ esset,& non roborauit eũ rex
Assúr. Nã Acház miserat ad regẽ Assúr, vt sibi esset au-
xilio. Sed illi non sat fuit nõ roborasse eum, sed etiam
venit aduersus eum,& obsedit. Et hæc expositio est re-
cta. Et in pihél, Psal.147.13, כִּי־חִזַּק בְּרִיחֵי quoniam ro-
borauit seras. 2.Reg.12.6, לֹא־חִזְּקוּ non roborauerũt(aut
restaurauerũt)sacerdotes rimam templi. Irme.5.3, חִזְּקוּ
פְנֵיהֶם indurauerunt facies suas præ petra. Et 23.14, וְחִזְּקוּ

יְדֵי מְרֵעִים & roborauerũt manus malignantiũ. Ieche. 34. 15, וְאֶת־הַחוֹלָה אֲחַזֵּק & infirmam cõſolidabo. Ieſah. 41. 7, וַיְחַזְּקֵהוּ בְמַסְמְרִים & roborauit eũ clauis. Et in hifhı́l. Iudic. 7. 8, וּבִשְׁלֹשׁ־מֵאוֹת הָאִישׁ הֶחֱזִיק & trecentos viros retinuit. Micháh 7. 17, לֹא־הֶחֱזִיק לָעַד אַפּוֹ nõ tenuit in ſeculũ furorẽ ſuũ. 2. Parali. 26. 8, כִּי הֶחֱזִיק עַד־לְמָעְלָה quia roborauit (ſub. regnũ ſuũ, R. D.) vſque ad ſuper. vel excelſa. 2. Semu. 15. 5, וְהֶחֱזִיק לוֹ & tenuit eũ. Deut. 22. 25, וְהֶחֱזִיק־בָּהּ & tenuerit (vel apprehẽderit) eá vir. vel quiſpiá. Mich. 4. 9, הֶחֱזִיקֵךְ חִיל apprehẽdit te dolor. Ieſa. 41. 9, Qui הֶחֱזַקְתִּיךָ apprehendi te. quod eſt ſicut הֶחֱזַקְתִּי בָךְ, & ſic alia huiuſmodi, ait R. D. in lib. rad. Aut dicendum, inquit, quòd interdum conſtruatur ſine ב, quum ſignificat teneo. Exod. 9. 2, adhuc tu מַחֲזִיק בָּם retines eos. 2. Paralip. 4. 5, מַחֲזִיק בַּתִּים continens batos. Neche. 4. 21, מַחֲזִיקִים בָּרְמָחִים tenebant lanceas. Ieſa. 56. 4, וּמַחֲזִיקִים בִּבְרִיתִי & tenentes pactũ meũ. Irme. 31. 32, in die (qua) הֶחֱזִיקִי בְיָדָם apprehẽdi (vel tenui) manũ eorũ. Nachũ 3. 13, הַחֲזִיקִי מַלְבֵּן tene fornacẽ. i. opus fornacis. R. D. in lib. rad. Gen. 21. 17, וְהַחֲזִיקִי אֶת־יָדֵךְ בּוֹ & tene manu tua eum. Vel, tene teipſam cum eo, vt ſcilicet robores eum fortiter. R. D. in lib. ra. Iiób 18. 9, יַחֲזֵק עָלָיו צַמִּים roborabit contra eum ſitientem. id eſt roborabit Deus contra eum ſitientem rapere. i. latronem. Vel, roborabit aduerſus eum fortẽ, aut latronem. Et in hithpahál, 2. Paralip. 13. 7, וְלֹא־הִתְחַזַּק לִפְנֵיהֶם & non roborauit ſe ante eos. vel, non valuit, aut inualuit. Dani. 10. 19, & quum locutus fuiſſet mecũ, הִתְחַזָּקְתִּי confortatus ſum. vires accepi. 1. Paral. 11. 10, & iſti principes fortium qui erant Dauidi, הַמִּתְחַזְּקִים עִמּוֹ qui ſe tenebãt cum eo. Tóar vice participii, inquit R. Dauid. Exod. 19. 19, voce buccinæ eunte, וְחָזֵק & ſe roborante. i.

crescente. Alia forma, חֲזַק. Irme.31.11, & redemit eũ è manu חָזָק מִמֶּנּוּ fortioris illo. Iesah.40.10, ecce Dominus Deus בְּחָזָק יָבוֹא in forti veniet. vel, cum forti (nimirum exercitu, aut brachio suo) veniet. & hoc est quod mox dicit, Et brachium suũ dominabitur sibi. Nume. 13.19, הֶחָזָק הוּא הֲרָפֶה vtrum fortis, an debilis. Fœmineũ, Exo.13.9, בְּיָד חֲזָקָה in manu forti. Nomen, חֵזֶק, aut חֹזֶק, Fortitudo. instar סֵתֶר, quod cum pronomine facit סִתְרִי, & sic חִזְקִי. Psal.18.2, חִזְקִי fortitudo mea. Alia forma, חֹזֶק. Exod.13.14, בְּחֹזֶק יָד in fortitudine manus. Et cum ה fœmineo, Iudi.8.1, & litigarunt cum eo בְּחָזְקָה fortiter. 1. Semu.2.16, accipiam בְחָזְקָה vi. Iechez.34.4, וּבְחָזְקָה & dure dominati estis eis. 2. Reg.12.12, לְחָזְקָה ad instaurationem. aut, ad instaurãdum. potest enim esse macór. R. Dauid in lib. ra. dicit esse nomen. Alia item, חֶזְקָה, instar חֶלְקָה. 2. Parali.26.16, וּבְחֶזְקָתוֹ & in fortitudine sua eleuatum est cor eius. Potest esse & macór, inquit R. Dauid in lib. rad. vt sit, Et quum roboratus fuisset, &c.

חזר Inde חֲזִיר, Sus, porcus. Iesah.66.3, דַּם־חֲזִיר sanguinem suis. Psal.80.14, Consumpsit eam חֲזִיר מִיַּעַר porcus de sylua. i. aper syluestris.

חָטָא Peccare. Exod.32.32, מִי אֲשֶׁר חָטָא־לִי quisquis peccauerit mihi. Iiób 24.19, (Sicut) æstus, etiã calor, rapiũt aquas niuis, (sic) שְׁאוֹל חָטָאוּ sepulchrum eos qui peccauerũt: vt exponit R. Leui. At R. Dauid in lib. rad. sic, עַד־שְׁאוֹל vsque ad sepulchrũ: acsi dicat, עַד שֶׁיָּמוּתוּ donec moriantur. Thren.1.8, חֵטְא חָטְאָה peccatum peccauit. Exod.5.15, Et ecce serui tui cæduntur (percutiuntur,) וְחָטָאת עַמֶּךָ & peccabit populus tuus. i. peccati reus iudicabitur, pro iudicatur. quod est sicut וְחָטְאָה. Et ת ponitur vice ה, & א quiescit. R. Dauid in Michlól, & in li.

rad.Prouer.8.36,וְחֹטְאִי חֹמֵס נַפְשׁוֹ & peccãs in me, iniquã facit(aut expoliat)animam suam.est acsi dicat חוֹטֶה־לִי, R.Dauid in lib.rad.1.Semu.14.33,חֹטְאִים peccãt Domino.hîc א quiescit.Gene.20.6,Et prohibui etiã ego tibi מֵחֲטוֹ־לִי à peccando mihi.vel,ne peccares mihi. in quo ו est loco א radicalis literæ.R.Dauid in Michlól,& lib. rad.Iesah.64.5, Ecce tu iratus es,וַנֶּחֱטָא & peccauimus. vel,quanquam peccauimus. Et in pihél, cõmuniter significat Expiare,mundare,purgare: & est vtplurimũ cum seri,חִטֵּא,Leuit.14.52. Exo.29.35,וְחִטֵּאתָ עַל־הַמִּזְבֵּחַ & expiabis(mundabis) altare. Genes.31.38, Rapinã(.i.raptum)non afferebã tibi,ego אֲחַטֶּנָּה pœnas luebam pro illa. R.Dauid exponit acsi dicat,Et erat peccatum super me,& reddebã tibi simile.deficit autẽ א. Et in hiphíl.1.Reg.14.16,אֲשֶׁר חָטָא וַאֲשֶׁר הֶחֱטִיא אֶת־יִשְׂרָאֵל qui peccauit,& qui peccare fecit Israél.Iudic.20.16,וְלֹא יַחֲטִא & non peccabit.pro peccabat.deficit י cõiugationis. Et in hithpahál.Iiób 41.17,Et à cõtritionibus יִתְחַטָּאוּ purgabũt se. Tóar,חַטָּא,Peccator.1.Reg.1.21, Et ero ego & filius meus Selomóh חַטָּאִים peccatores.i.videbimur esse peccatores coram te, quum non fuerit quicquam nobis de regno.R.Dauid. Fœmineum,Hamós 9.8,oculi Domini בַּמַּמְלָכָה הַחַטָּאָה in regnum peccãs. Substantiuum,חֵטְא,Peccatum.Psal.51.7,וּבְחֵטְא & in peccato calefecit se de me(.i.grauida effecta est de me) mater mea. Leui.20.20,חֶטְאָם יִשָּׂאוּ peccatũ suũ portabũt.i. pœnã peccati sui sustinebũt. vel,dabũt(siue luent)pœnas peccati sui.Eccl.10.4,lenitas quiescere faciet חֲטָאִים גְּדוֹלִים peccata magna. Alia forma cũ ה fœmineo.Psa. 109.7,לַחֲטָאָה ad peccatũ. Et cum daghés, teste R.D. in lib.rad. Iesah.5.18,Et veluti funibus plaustri חַטָּאָה pec-

125

catum.ſub.trahunt. Et mutato ה in ת,חַטָּאת,Geneſ. 4.7.Oblatio etiã quæ fiebat pro peccato,vocatur חַטָּאת. Leuit.4.8, Et omnem adipem iuuéci הַחַטָּאת peccati.i. oblationis pro peccato.Zecha.14.19,Hoc erit חַטַּאת pec catum AEgypti.i.pœna & punitio peccati. Plurale,2. Reg.15.9,מֵחַטֹּאות à peccatis.Et 24.3,בְּחַטֹּאת propter pec cata. Ieſah.44.22,חַטֹּאתֶיךָ peccata tua. Pſal.25.17,חַטֹּאתָי peccatis meis.1.Reg.14.21,בְּחַטֹּאתָם propter peccata ſua.

חָטַב Cædere,ſuccidere,excidere. Deuter.29.11,מֵחֹטֵב עֵצֶיךָ à cædente ligna tua. Ieche.39.10,וְלֹא יַחְטְבוּ & non cædent è ſyluis.Proue.7.16, Ornamentis ornaui lectũ meũ, חֲטֻבוֹת אֵטוּן מִצְרָיִם eleuata (ſunt) fune AEgyptio,vt exponit R.Ionáh. Vnde Onchelos in Tharghum pro הֶאֱמִירְךָ exaltauit te(Deut.26.18)habet חַטְבָךְ. At R.Dauid in lib.rad. exponendum cenſet ſecũdum priorem ſignificantiã,ſic, Ornamentis ornaui lectum meũ,cuius vectes ſunt חֲטֻבוֹת.i.exciſi. aut inciſi,& diſpoſiti ſerra, atque circino.R. Himmanuél ſequitur R. Ionáh. Et participium paſſiuũ ex pihél. Pſal.144.12, Filiæ noſtræ ſicut anguli מְחֻטָּבוֹת תַּבְנִית הֵיכָל inciſi inſtar palatii.AEdificãtur enim anguli palatii lapidibus inciſis & dolatis,interdum & totũ palatiũ: plærunque etiã eſt depictum acſi lapidibus quadratis eſſet extructum.

חָטָה Quære in חָנַט.

חָטַם Prolongare iram, à חֹטֶם, Naſus, ſiue furor, & ira : ſic appellata , quòd in naſo conſpiciatur, ſicut dictũ eſt de אַף. Ieſa.48.9,& propter laudem meã אֶחֱטָם לָךְ prolongabo iram tibi vt non ſuccidam te.

חָטַף Rapere, vi aliquid tollere, & feſtinanter. Pſal. 10. 9, לַחְטוֹף עָנִי יַחְטֹף עָנִי vt rapiat pauperem , rapiet

Et deficiente י,Gen.42.15,חֵי per vitam Parhóh. Et 47.28,anni חַיָּיו vitæ eius. Pſalm.104.33,בְּחַיָּי in vita mea. Et 103.4,חַיָּיְכִי vitam tuã.eſt ſicut חַיָּיךְ. Alia forma,2.Semuél 20.3,In viduitate חַיּוּת vitæ.cuius perfectũ eſt חַיְּיוּת inſtar מַלְכוּת,inquit R.Dauid in Michlól,& in lib.rad.

חיה Viuere.Deuter.30.17,וְחָיִיתָ & viues.Zechar.10.9,וְחָיוּ אֶת־בְּנֵיהֶם & viuẽt cum filiis ſuis. אֶת ponitur vice עִם cum.Prouerb.4.4,Cuſtodi præcepta mea,וֶחְיֵה & viue.pro viues. Iechez.16.5,בְּדָמַיִךְ חֲיִי in ſanguinibus tuis viue. Pſal.118.17,Non moriar,כִּי־אֶחְיֶה ſed viuam.

Futurũ defectiuum.1.Semu.10.23,יְחִי הַמֶּלֶךְ viuat rex.

Et in pihél,Pſal.30.4,חִיִּתַנִי viuificaſti me. Iudi.21.14, Et dederunt eis mulieres אֲשֶׁר חִיּוּ quas viuificauerãt. i. viuas reſeruauerant. 1.Semu.2.6, Dominus interimit וּמְחַיֶּה & viuificat.Chaba.3.2.In medio annorũ חַיֵּיהוּ viuifica illud. eſt perfectum cũ duplici י præter morem, ait R.Dauid in lib.ra.i.Iſraél,qui eſt opus tuũ, viuifica in medio annorũ afflictionum. Poteſt eſſe(inquit) & nomẽ, acſi dicat,חַיָּיו.i.vitæ illius: ſicut Nachum 2.3, Scutum גִּבֹּרֵהוּ(pro גִּבֹּרָיו) fortium eius.Hoſe.6.3,יְחַיֵּנוּ viuificabit nos. Dicitur hoc verbum & de reparatione ædificiorũ , quòd murus dirutus ſit veluti mortuus:inſtauratus autẽ & reædificatus,tãquã viuificatus.1.Para.11.8, Et Ioáb יְחַיֶּה אֶת־שְׁאָר הָעִיר viuificabit (pro viuificauit:i.reſtaurauit,& extruxit)reſiduũ ciuitatis. Neche.4.2,הַיְחַיּוּ num viuificabũt lapides ex aceruis pulueris?

Et in hifhíl. Iehoſ.14.10, הֶחְיָה יְהוָה אוֹתִי viuificare(.i. viuũ reſeruare)fecit Dominus me. Nume.22.33, וְאוֹתָהּ הֶחֱיֵיתִי & illam viuere feciſſem. Geneſ.47.24,הֶחֱיִתָנוּ viuere feciſti nos. defectiuũ,id eſt cum vnico י. Et 6.20, Ingredientur ad te לְהַחֲיוֹת ad viuificandum. eſt cum ו.

טֹטֶף Frõtale, vt lamina, quod ligabát in frõte: quod numero multitudinis doctores Hebræorũ vocant תְּפִילִין. Exod. 13. 16, Et erit in signum in manu tua, וּלְטוֹטָפֹת & frõtalia inter oculos tuos. sic Deut. 6. 8. Dixit autẽ inter oculos, &c. inquit R. D. id est in eminẽtia capitis, in loco in quo cerebrum lactẽtis est impressum, qui est locatus è regione oculorum. & sic exponitur illud Deuter. 14. 1, Et non ponetis caluitium inter oculos vestros.

טִיט Cœnum, lutum, limus. Iesah. 41. 25, Et sicut figulus יִרְמָס־טִיט calcabit lutum. Et 57. 20, רֶפֶשׁ וָטִיט cœno & luto. Psal. 18. 42, כְּטִיט חוּצוֹת sicut lutum platearum. Et nomen cõpositum, Chab. 2. 6, Et aggrauans super se עַבְטִיט densum lutũ. i. multũ lutum. Vide עָבָה.

טִיל Proiicere, eiicere, Proficisci, Mouere, Migrare. In hifhíl, Ionáh 1. 4, Et Dominus הֵטִיל רוּחַ־גְּדוֹלָה proiecit (proficisci fecit. i. immisit) ventum magnum in mare. Irme. 16. 13, וְהֵטַלְתִּי & proficisci (vel eiicere faciam) vos è terra hac. 1. Semu. 18. 11, וַיָּטֶל שָׁאוּל אֶת־הַחֲנִית & iecit Saúl lanceam. Et in hophál, Prouerb. 16. 33, In sinum יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל proiicietur sors. Et futurũ in nifhál, ait R. Ionáh, Iesah. 40. 15, Ecce insulæ vt puluis tenuis יִטּוֹל proiicietur. pro proiicientur. At rectũ est, inquit R. D. in lib. rad. vt sit ex radice נָטַל. Hinc est & verbum & nomen geminatum ex pihél, Iesah. 22. 17, Ecce Dominus מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר migrare (aut proficisci) facit te migratione viri. R. Ioséph scripsit גֶּבֶר esse nomẽ tóar, acsi dicat גָּדוֹל magna: & ה in טַלְטֵלָה non esse signũ fœmineum, sed noséphetth, id est additum aĩ redundans.

R.verò D.in lib.rad.& in comment. vocādi casus esse arbitratur, vt sit, ô vir. Vocauit autē virū, eo quòd eleuabatur, & se roborabat, vtpote qui excidebat in excelso sepulchrum suum. Et secundum primā interpretationem, טַלְטֵלָה est in regimine: sicut & illud Psal.45.5, וַעֲנָוָה־צֶדֶק, pro וְעַנְוַת. & Micháh 1.10, עֶרְיָה־בֹשֶׁת, & idgenus plæraq;, annotata libro 2.Hebra.instit.cap.14. Et secūdum doctores Hebræos, dixit migratione viri, & non mulieris, eo quòd mulier magis inuenit misericordiam quàm vir, ob illius fragilitatem. 580

טיר Vnde טִירָה, AEdes, palatium: sic appellatū, quòd sit ædificatū lapidibus læuigatis & æqualiter ordinatis, à טִירָה quod significat ordinē, sicut & טוּר. הַטּוּר autē in verbis doctorū Hebræorū vocatur נִדְבָּךְ. Psa.69.26, תְּהִי־טִירָתָם נְשַׁמָּה sit palatium eorū desolatū. Nume.31.10, Et כָּל־טִירֹתָם omnia palatia eorum combusserunt igni. Tharghum, & omnem בֵּית סִגְדַּתְהוֹן domum orationis eorum. Significat etiā, inquit R.D. כּוֹתֶל, Parietem. Cant.8.9, Si murus est, ædificemus super eā טִירַת כָּסֶף parietem argenti. R.verò Ionáh exponit, palatium argenteum, secundum priorem significātiam, ponens discrimen inter טוּר & טִיר tam in significātia, quàm in radice. at contra R.D. eiusdem putat esse & significationis & radicis vtrunque.

טלל Tegere, operire, obūbrare. In pihél, Nechem.3.15, Ipse ædificabit eā, וִיטַלְלֶנּוּ tegétque eā. acsi dicat, Ponet super eā contignationē. Et Syriace, Dani.4.9, Subter se תַּטְלֵל obūbrabat bestias agri. Et 1.Reg.6.9, pro וַיִּסְפֹּן & texit eā: Tharghum habet וְטַלֵּל. Et Psal.5.12, pro וְתָסֵךְ & teges: Tharghum habet וְתַטֵּל. Et Gen.19.8, pro בְּצֵל in vmbra: Tharghum habet בִּטְלָל. Hinc etiā

fit טַל, Ros. Genes. 27. 39, וּמִטַּל הַשָּׁמַיִם, & de rore cæli. cum daghés ob defectũ alterius ל. Plurale (quanquã non inueniatur in Scriptura) est טַלִּים, vel טְלָלִים, instar צְלָלִים. R. Dauid in lib. rad.

טלא Vnde טָלוּא, Pũctatum, aut respersum maculis grãdioribus, latioribúsq;: sicut נָקֹד, Respersum maculis minoribus, inquit R. D. in lib. rad. Gen. 30. 31, Remoue inde omne pecus, &c. וְטָלוּא & respersũ maculis maioribus. Et 34, וְהַטְּלֻאִים & (hœdos) maculis latis respersos, &c. וְהַטְּלֻאֹת & maculis latis respersas (capras.) Iechez. 16. 15, Et fecisti tibi excelsa טְלֻאוֹת maculis latis respersa. i. è pannis colorum multorũ, hoc est multicoloria. sunt participia passiua ex cal: vel sunt toarím. Et in pihél, Iehos. 9. 5, Et calceaméta vetera, וּמְטֻלָּאוֹת & resarcita, quæ videlicet erant è corio nouo, veteriq; consuta. Et rectum est vt sint ex hac radice, illud 1. Sem. 7. 9, Et tulit Semuél טְלֵה חָלָב אֶחָד agnũ lactis vnũ. quod est in regimine. Et absolutũ, Iesah. 65. 25, Lupus, וְטָלֶה & agnus. quanquã sint scripta cum ה. Nã in plurali sunt cum א, Iesah. 40. 11, congregabit טְלָאִים agnos. licet secundum normá desinétium in א, ל debuerit esse cum serí, טְלָאִים, sicut טָמֵא טְמֵאִים & צָמֵא צְמֵאִים. Sed venit cum camés, sicut נָכֵה נְכָאִים, vt in radice נכה. Et si dixeris radicem esse טָלֶה cum ה, & in טְלָאִים poni א vice ה, sicut א in תְּלוּאִים, Hose. 11. 7: hoc est absurdũ, tum quia radix ista cum א inuenitur in dictionibus multis, quod non vsu venit cum ה: tum quia טְלָאִים non est plurale secũdum normã desinentiũ in ה, quia debuisset scribi טְלִים, sicut קָנֶה קָנִים. Est & nomen loci. 1. Semu. 15. 4, Et recensuit eos בַּטְּלָאִים in Thelaím. vel in agnis: quia videlicet dum recenserentur, afferebant vnusquisque agnũ. Et hoc di

cit esse rectum R.Dauid in lib.rad.quia erat pésach.i. pascha. Vnde & Ionathán in Tharghum habet, בְּאִימְּרֵי פִסְחַיָּא in agnis pischa.i.paschæ.

טָמֵא Immundum esse, & pollutū.in cal טָמֵא instar יָרֵא.Nume.6.12, כִּי טָמֵא נִזְרוֹ quia pollutus est nazareatus eius.Leuit.15.5, וְטָמֵא & immūdus erit.Iechez.23.17, וַתִּטְמָא־בָם & polluit se cum eis. Et in pihél,Gen.34.4, טִמֵּא אֶת־דִּינָה polluit Dinam. Et in nifhál,Hose.5.3, נִטְמָא contaminatus est (aut cōtaminauit se) Israél. Ex hac radice(vt dicūt nonnulli)est illud Leuit.11.42, וְנִטְמֵתֶם & contaminabimini. tametsi careat א. Sed secundum R.Dauid,radix est טָמָה. Et in hithpahál,Iechez.14.11, וְלֹא־יִטַּמְּאוּ עוֹד & non polluātur (aut polluāt se) vltrà in omnibus,&c. Leuit.21.1, לֹא־יִטַּמָּא nō polluet se.secundum normā debuerat esse יִתְטַמָּא,vt ait R.Dauid in Michlól, & in lib.rad. Et verbū compositum ex puhál & hithpahál, Deuter.24.4,Postquam הֻטַּמָּאָה polluta fuerit.pro,הִתְטַמְּאָה,cum ת coniugationis hithpahál. & est prioris significationis.Quū enim fuerit eius vxor alteri maritata,quanquā repulsa,immūda erit apud eū.R.Ioséph exponit,prohibita fuerit ei,ne possit illā accipere,vxorē alterius existentē.Et hæc est doctorum Hebræorum expositio,qui à maioribus receperunt,quòd desponsata alteri,quāuis non sit ei copulata, prohibita est viro priori: quia scriptū est, Et fuerit viro alteri,quū fuerit in illa generatio. Et si fornicata fuerat, licitum erat vt ad priorē rediret, quū non erat in illa generatio.Et ita exponitur,Postquā fuit prohibita.Require in טֻמְאָה. Tóar,טָמֵא,Pollutus,contaminatus,immūdus. Leuit.5.2,Qui tetigerit omnem דָּבָר טָמֵא rem immundā.Iesah.6.5, טְמֵא־שְׂפָתַיִם immūdus la-

biis. Leuit. 11.35, וּטְמֵאִים יִהְיוּ לָכֶם & immũda erunt vobis. Fœmineũ, Leuit. 11.6, טְמֵאָה immunda eſt vobis. Ieche. 22.5, טְמֵאַת הַשֵּׁם immũda nomine. Subſtantiuũ, טֻמְאָה, Immunditia, Nume. 5.19. Iudicũ 13.7, Et ne comedas כָּל־טֻמְאָה omnẽ immunditiá. quod R. Ioſéph exponit, prohibitionẽ. i. rem prohibitá Nazaræo. Et ſic dixerũt magiſtri Hebræorum, præcipue R. Iſchác, & R. Immí, Quid eſt, Et ne comedas immunditiã? Id eſt prohibita Nazaræo. Et quia immũdum, eſt prohibitum, dixit de re prohibita, omnẽ immunditiã. Leuit. 5.3, Quum teti gerit בְּטֻמְאַת אָדָם immunditiã hominis. Et 16.16, מִטֻּמְאֹת ab immunditiis filiorum Iſraél.

טָמָה Obthurare, & claudere cor ne intelligat. Leui. 11.42, Et ne polluatis vos in eis, וְנִטְמֵתֶם בָּם nec obthuretis cor in illis. vel propter illa. Comeſtio enim reptiliũ claudit cor, & intelligẽtiam illi prohibet, inquit R. D. Sunt tamen nõnulli qui verbũ deducunt à טָמָא prædicto, & ſic deficit א radicalis litera. acſi dicat, neque polluatis vos in illis. Prius probat R. D. in lib. rad. Tharghum, Neque polluatis vos in illis. Iiób 18.3, Cur, &c. נִטְמִינוּ בְּעֵינֵיכֶם clauſi ſumus corde (.i. obtuſi) in oculis veſtris? R. Leui in cóment. fuimus immũdi. R. Moſéh, clauſi ſumus. i. cur reputamur in oculis veſtris, acſi cor noſtrũ clauſum eſſet terra, ne intelligat? R. Abrahám iunior, Sumus vt immundi in oculis veſtris. vel clauſi ſumus. i. clauſa ſunt argumẽta noſtra, & abſcondita ſunt in oculis veſtris, pro, in oculis tuis. vel, in oculis veſtris, ô audientes. Tharghum, טְמַעֲנָא obthurati (clauſi) ſumus in conſpectu veſtro. Doctores Hebræorum geminant verbũ, טִמְטֵם, Clauſit, obthurauit. vnde eſt illud apud eos, מְטַמְטֵם אֶת־הַלֵּב obthurans cor.

Illud etiã Iesah.6.5,Quia vir טְמֵא־שְׂפָתַיִם immundus labiis sum: exponunt nónulli(inquit R.Dauid) clausus labiis sum,vt loqui nequeam.

טָמַן Abscondere,occultare. Irme.43.9,וּטְמַנְתָּם & abscondes eos. Et 10,Quos טָמַנְתִּי abscondi. Psal.9.16,טָמָנוּ absconderunt.מ est cum camés,propter accentum reuiáh, qui coniunctus est fini versus, teste R.D. in Michlól. Et in hifhil, 2.Reg.7.8,וַיַּטְמִנוּ & absconderunt. Et in nifhál, Iesah.2.10,וְהִטָּמֵן & absconde te in puluere. Tóar, Locus in quo quispiam se abscondit. Iiób 40.8, facies eorum alliga בַּטָּמוּן in occulto.

Nomen,מַטְמוֹן,Thesaurus. Genes.43.22, dedit vobis מַטְמוֹן thesaurum.sic videlicet appellatũ,quòd abscondatur.Irme.41.8,Sunt nobis מַטְמֹנִים thesauri.Iesah.45.3,וּמַטְמֻנֵי & thesauros absconsionum. i.absconditos. est cum súrec,siue Kibbús sephatháim.

טֶנֶא Cum sex punctis,Canistrũ. Deut.26.4,Et accipiet sacerdos הַטֶּנֶא מִיָּדֶךָ canistrũ de manu tua.

טִנֵּף Fœdare,inquinare.In pihél.Cant.5.4,Laui pedes meos,quomodo אֲטַנְּפֵם inquinabo illos? Alibi in Sacris literis non inuenitur : sed eius vsus frequens est apud Hebræorum magistros.

טָעָה Cum ט,est idem quod תָּעָה cum ת. ט enim & ת sunt eiusdẽ exitus,inquit R.D. Sed hoc nõ inuenitur in cal in Arcanis literis: sed in Misnáh, & aliis Hebræorum libris. Semel dũtaxat inuenitur in hifhil, Ieche. 13.10,Pro eo quòd הִטְעוּ אֶת־עַמִּי errare fecerunt populum meum.Tharghum plærũque vtitur hoc verbo.

טָעַם Gustare. In cal,1.Semuél 14.29,טָעַמְתִּי מְעַט דְּבַשׁ gustaui paululum mellis. Prouerb.31.18, טָעֲמָה gustauit quòd bona est negotiatio eius. Iiób 12.11, Et

palato cibus יִטְעַם־לוֹ gustabit(aut sapiet)ei. Nomen, טַעַם, Sapor, Gustus. Nume.11.8, Et erat טַעְמוֹ כְּטַעַם לְשַׁד הַשָּׁמֶן sapor eius sicut sapor recentis olei. Significat & consilium,& ostensionē,aut probationē ad oculū cordis, Et dispositionē rei,rationem,argumētum,Edictū, decretum,Et in grāmatica,accentum. Iiob 12.20,וְטַעַם זְקֵנִים & consiliū senum accipiet.R.Moséh,Et probationem(ostēsionem)senum tollet.sub.ab eis.Psal.119.66, Bonitatē טַעַם וָדַעַת sermonis,& scientiā doce.Vel,bonū sermonē,&c.Aut,bonitatē,cōsiliū,pro,& consiliū.Vel, bonitatē,demōstrationē. aut rationē.R.Himmanuél, Bonitatē, consiliū,&c.Proue.11.22,deficiēs טַעַם cōsilio. Et 26.16,respondentibus טַעַם cōsilium.Ionáh 3.7,מִטַּעַם הַמֶּלֶךְ ex edicto(aut decreto)regis.1.Sem.21.13,Et mutauit ipse אֶת־טַעְמוֹ sermonē suū.vel, cōsiliū suū.aut dispositionem suā.Alii,rationē suam. Aliud,מַטְעָם,Cibus, Gene.27.4,Et fac mihi מַטְעַמִּים cibos. Plurale forma fœminea,Prouerb.23.3,Ne concupiscas לְמַטְעַמּוֹתָיו de cibis illius. Est autē notandum secūdum R.D.in lib. rad.quòd טַעַם est gustare ore vel lingua,non comedere,& traiicere in guttur nisi paululum. R.verò Ionáh dicit hoc verbū significare interdum gustare,nonnunquam edere. Sed non est opus hac distinctione,inquit R.Dauid. Vnde & מַטְעַמִּים significat cibos palato sapidos,delectabilésque.

טען Est עָמַס,Onerauit:& דָּקַר,Trāsfixit,pupugit. Genes.45.17, טַעֲנוּ אֶת־בְּעִירְכֶם onerate iumētum vestrum.Et in hac significatione & Tharghū,& magistri Hebræorū vtuntur frequēter hoc verbo. Potest etiam exponi,Pūgite iumēta vestra,nempe stimulo,vt velocius eatis.idem significat apud Harābas: & hoc modo exponit R.Iosēph. Iesah.14.19,Vt vestimentum occi-

ſorum מְטֻעֲנֵי חֶרֶב qui confoſſi ſunt(aut tráſfixi,ſiue qui confodiuntur)gladio.

טָפַף Vnde טַף quod eſt קָטָן,Paruus,paruulus. Ieche. 9.6, וְטַף & paruulus (pro paruuli) & mulieres. Iehoſ.1.14,טַפְּכֶם paruulus veſter. Ab hoc verbum in cal.Ieſah.3.16,וְטָפוֹף & plaudendo.more ſcilicet paruulorum plaudendo, ſaltandóq; ibant feſtinãter per vias ac plateas,nullum habentes pudoré. Vel טָפוֹף ponitur vice תָּפוֹף cum ת,quod eſt eiuſdẽ exitus,id eſt tympanizando. Significat etiam apud Hebræorum magiſtros Paſſibus æqualibus incedere:acſi dicat,ſuperbe incedẽdo,paſſibus æqualibus,quum tripudiant.

טָפַח Mẽſura quatuor digitorũ inter ſeſe iunctorũ. Exod.25.24, Et facies ei clauſurã טֹפַח quatuor digitorum. Alia forma cum ſeghól, 1.Reg.7.26, Et craſſitudo eius טֶפַח quatuor digitorũ . Plurale in Scriptura,forma fœminea,Pſalm.39.6,Ecce טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמַי paruos(breuéſque vt mẽſura quatuor digitorũ,quæ eſt minima)dediſti dies meos.acſi dicat,viuat homo quátouis tẽpore,dies eius breues ſunt corã te. Nam mille anni in oculis tuis ſunt vt dies heſterna quæ præteriit. R.Dauid,breues vt menſura quatuor digitorũ.1.Reg. 7.9,Et à fundamẽto עַד־הַטְּפָחוֹת vſque ad menſurã quatuor digitorũ.i. à fundamento vſque ad parietẽ ſuperiorem,qui erat ædificatus ſecũdum menſurã quatuor digitorum. Ab hoc verbũ in pihél,Ieſa.48.13,Et dextera mea טִפְּחָה שָׁמָיִם mẽſa eſt cælos. Dicit tamen R.D. in lib.rad.in aliquibus libris correctis eſſe cum camés chathéph.Et in cõment.exponit,mẽſa eſt palmo ſuo, vel quatuor digitis ſuis,iuxta illud Ieſah.40.12,Et cælos palmo mẽnſus eſt.Tharghum,Et fortitudine mea appendi

appẽdi(aut suspẽdi)cælos. Significat etiã Magnificare, aut Educare, & nutrire. Thren.2.22, אֲשֶׁר־טִפַּחְתִּי וְרִבִּיתִי quos educaui, & multiplicaui, inimicus meus cõsumpsit. Et dixit טִפַּחְתִּי, eo quod infantẽ, dũ educatur, metiũtur, dirigúntq; illius mẽbra, dum fasciis illũ inuoluunt. Nomen, טִפֻּחַ, Educatio. Thre.2.20, Num comedent, &c. paruulos טִפֻּחִים educationũ, i. quos educant, metiunturq; modo prædicto. acsi dicat, qui educãtur.

Aliud, מִטְפַּחַת, quod est צָעִיף, Linteũ, velum, quo mulieres faciẽ operiunt. Ruth 3.15, Affer הַמִּטְפַּחַת אֲשֶׁר־עָלַיִךְ linteum quod est super te. Iesa.3.22, וְהַמִּטְפָּחוֹת & linteamina. Sunt tamen (inquit R.D.) qui exponunt, chirothecas: & sic deducitur à prima significatione.

טָפַל Cõiungere, adhærere. Psal.119.69, טָפְלוּ עָלַי שֶׁקֶר זֵדִים coniunxerunt (aut cõposuerunt) super me superbi mẽdaciũ. i. illud quod non feci. Sic R.D. & R. Abrahã. At R. Himmanuél exponit acsi dicat, Locuti sunt aduersum me mẽdacium superbi. Tharghũ, חַבָּרוּ coniunxerunt, aut composuerunt, &c. Iiób 14.17, וַתִּטְפֹּל עַל־עֲוֹנִי & cõiunxisti super iniquitatẽ meam. i. adiunxisti super paruã iniquitatem meã iniquitates alias: aut iniquitates quas feci dum non erat fas vt retribueres, vt dixit cap.13.26, Et depauperabis me propter iniquitates pueritiæ meæ. sic exponit R.D. in lib. rad. At R. Leui hoc pacto, Et adiunxisti. i. addidisti iniquitatẽ super iniquitate. i. pœnam super pœnã, aut punitionẽ super punitionẽ. Tharghum, תְּחַבֵּר, coniunges. R. Abrahám iunior, addes, vt R. Leui. Et 13.4, Vos estis טֹפְלֵי־שֶׁקֶר compositores mendacii. Vel, addentes mendacium.

טָפַשׁ Semel duntaxat inuenitur in Sacris literis, idque in cal. Psal.119.70, טָפַשׁ כַּחֵלֶב לִבָּם incrassa-

ce.i.

tum est velut adeps cor eorũ. Et sic Tharghũ, Iesah.6.10, pro הַשְׁמֵן impingua, habet טְפִישׁ. Is etiã qui est absque scientia, hoc est insipiens, vocatur טַפָּשׁ, aut טְפִישׁ.

טָרַד Continuare, perseuerare. Prouerb.19.13, Et (tanquam) stillatio טֹרֵד continuãs, (perseuerãs,) cõtentiones mulieris. est defectiuũ. i. sine ו: sed cap.27.15, est cum ו, Stillatio טוֹרֵד perseuerans. Magistri quoque Hebræorũ, eum qui se iugiter occupat in aliquo opere, vocãt טָרִיד. Vnde dicunt, Herus, dominus domus טָרִיד occupatus in operibus suis est.

טָרָה Virescere, Recẽtem esse. Iudi.15.14, Et inuenit maxillã asini טְרִיָּה recentem. aut viridẽ, quæ videlicet putrescere incipiebat. Iesah. 1.6, Et plaga טְרִיָּה recẽs. vel viridis. Aut, virulenta, siue humida, quod est signum plagæ insanabilis. Et ita exponunt R. Abrahám, & R. Dauid in comment.

טָרַח Aggrauare, fatigare. Semel duntaxat in Sacris literis legitur, ídque in hifhíl. Iiób 37.11, Etiã propter irrigationem (sub. terræ) יַטְרִיחַ עָב fatigabit (aggrauabit, nempe Deus) nubem. acsi dicat, Vt irriget Deus mundũ, fatigabit, aggrauabítque nubẽ multitudine pluuiæ. R. Moséh, In serenitate fatigabit Deus nubes. Nomen, Iesah.1.14, Fuerunt mihi לָטֹרַח ad fatigationem. aut laborem. Deute.1.12, Quomodo feram solus ego טָרְחֲכֶם laborem vestrum?

טֶרֶם Cum sex pũctis, Antequã, priusquã. 1.Sem. 3.3, Et lucerna Dei טֶרֶם יִכְבֶּה antequã extingueretur &c. וַיִּקְרָא vocauit &c. i. antequã lucerna Dei, quæ erat accẽsa in tẽplo Domini, esset extincta, & quũ adhuc Semuél dormiret in sanctuario, vocauit eum Deus. ו enim in וַיִּקְרָא redũdat, ait R.D. sicut & Gene.22.4, Dic

tertia וַיִּשָּׂא leuauit.& sic 1.Sem.3.7, וְטֶרֶם & antequã reue laretur sibi verbum Domini, וַיֹּסֶף addidit,&c. Exod.9. 30, Et tu,& serui tui noui quòd טֶרֶם antequã timeretis à facie Domini Dei. pro,noui quòd tu & serui tui antequã orarẽ pro vobis, timebatis à facie Domini Dei. at vt oraui,cessarúntq; tonitrua,ac pluuia,denuo peccastis. R.D.in lib.rad. Et 10.7,הֲטֶרֶם nónne antequam scires,periit AEgyptus? i.antequam dimitteres eos,vo luisti scire quòd periit AEgyptus?R.D.in lib.rad.Vel, Num adhuc ignoras quòd periit AEgyptus?

טָרַף Rapere.Hose.6.2,Quia ipse טָרָף rapuit,& curabit nos.ר est cũ camés,ait R.D.in li.ra.Gen.37. 33,טָרֹף טֹרַף rapiẽdo raptus est. Et in nifhal,Irme.5.6, Qui egressus fuerit ex eis,יִטָּרֵף rapietur. Et in puhál, טֹרַף,raptus est,vt suprà Gene.37.33. Et in hifhíl.Prou. 30.8,הַטְרִיפֵנִי לֶחֶם חֻקִּי ale me cibo congruẽtiæ meæ.i.qui conuenit mihi. Tóar cũ duplici camés,טָרָף, Raptus. Gene.8.10,עֲלֵה־זַיִת טָרָף foliũ oleæ raptũ in ore eius. Est tóar,siue adiectiuũ folii,inquit R.D.in lib.rad.acsi dicat,folium oleæ erat טָרוּף raptũ in ore colũbæ.Vnde & Onchelos in Tharghum habet תְּבִיר fractum . Fœmineum, Exod.22.12,הַטְּרֵפָה raptum. Nomen,טֶרֶף, Rapina,præda,Cibus. Psal.111.5,טֶרֶף נָתַן escá dedit timentibus ipsum. Et 104.21,Catuli leonum rugientes לַטָּרֶף ad rapinã.aut prædam. Significat & frõdem,siue folium.Iechez.17.9,כָּל־טַרְפֵּי omnes frõdes(aut folia)germinis eius siccabit. Tharghum pro עָלֶה folium,habet טְרַף: vt Genes.3.7,Et suerunt עֲלֵה folium(pro folia) ficus. Tharghum,טַרְפֵּי folia. Et 8.10, Et ecce עֲלֵה־זַיִת folium oleæ.Tharghum,טְרַף זֵיתָא.

טאטא Si radix sit טוא, geminatur prima & vltima. Sin verò א vltimum, fit loco ה vltimæ radicalis literæ טָאָה, tunc geminatur prima tantum radicalis. Poteſt tamen dici verbũ eſſe quadratũ, & ſignificare Verrere, mundare, ſcopare. Ieſah.14.23, וְטֵאטֵאתִיהָ בְּמַטְאֲטֵא & ſcopabo eam ſcopa, &c.

טִפְסָר Dux, princeps. Irme.51.26, Præficite ei טִפְסָר principẽ. aut ducem. Tharghũ, cultores belli. i. bellatores. Et ט cũ pathách, Nachum 3.16, וְטַפְסְרַיִךְ principes tui ſicut locuſta locuſtarum.

י



In verbis eſt ſignum tertiæ perſonæ futuri maſculeæ vtriuſque numeri: & interdum nominis conſtitutiuum.

יאב Eſt תָּאַב, Cõcupiuit, deſiderauit. Inuenitur ſemel duntaxat. Pſal. 119.131, Quia לְמִצְוֹתֶיךָ יָאָבְתִּי præcepta tua deſideraui.

יאל In hifhil, Velle, acquieſcere, Incipere, Iurare, Adiurare. Deuter.1.5, הוֹאִיל voluit Moſéh exponere legem hác. R. Selomóh, הִתְחִיל cœpit. & ſic Tharghum, שָׁרִי. 1. Semu.12.22, כִּי הוֹאִיל quia voluit (vel cœpit) Dominus facere, &c. Tharghum, רַעֲוָא placuit corã Domino, &c. Hoſe.5.11, כִּי הוֹאִיל quia cœpit ire poſt præceptũ. ſub. Iarobhám. Vel, quia voluit ire, &c. vt vult R.D. in cõment. Gen.18.27, Ecce quæſo הוֹאַלְתִּי לְדַבֵּר cœpi loqui. Tharghum, Ecce nunc אַסְגֵּיתִי multiplicaui loqui. R. Selomóh, רָצִיתִי volui. Iehoſ.7.7, Et vtinam הוֹאַלְנוּ voluiſſemus, & manſiſſemus, &c. Tharghũ, דִּשְׁרֵינָא vt cœpimus mãſiſſemus. 2. Reg.5.23, הוֹאֵל ac[quie]ſce, cape duo talenta. Exod.2.21, וַיּוֹאֶל & voluit Moſéh habitare cum

viro. sic Tharghum, וּצְבִי, & R. Selomóh. Sed in Midrás exponitur, & iurauit. 1. Sem. 17. 38, וַיֹּאֶל לָלֶכֶת & cœpit ire. Vel secundũ R. Dauid, voluit ire: nẽpe vt periculũ faceret, eo quòd in diebus suis cũ illis ire non tentauerat. & videns sibi fore oneri, à se remouit illa. Et Iiób 6. 9, וְיֹאֵל & incipiat (vel velit) Deus, & conterat me. Tharghum, וִישָׁרֵי & incipiat. R. Abrahám iunior, Et velit. Et in alia significatione, 1. Semu. 14. 24, וַיֹּאֶל שָׁאוּל אֶת־הָעָם & adiurauit Saúl populum. Et in nif hál, est Stultũ fieri, aut esse, siue insanire. Iesah. 19. 13, נוֹאֲלוּ stulti facti sunt principes Sóhan.

יאר Vnde יְאוֹר, Amnis, fluuius, riuus. Iesa. 19. 7, iuxta יְאוֹר riuũ. vel flumẽ. Et præposito ה notificatiuo, י est sine daghés. Gen. 41. 1, עַל־הַיְאוֹר iuxta flumẽ. aut riuũ. Et sic חִדֶּקֶל Gen. 2. 14, tertius paradisi fluuius, id est Tigris, vocatur hoc nomine. Dan. 12. 5, Ad ripã הַיְאֹר fluminis. Exo. 8. 1, Super flumina. עַל־הַיְאֹרִים super riuos.

יאש Desperare. Eccles. 2. 20, Et verti me לְיַאֵשׁ אֶת־לִבִּי vt desperare facerẽ cor meum super omnẽ laborem. est ex pihél: & nisi א esset gutturale, daghessaretur, inquit R. Abrahám in cõment. R. Dauid in lib. rad. exponit, Et verti me ad increpandum illud, & vt transferrẽ ab iis rebus, ne recordaretur illarum. Et in nif hál, Irme. 2. 25, נוֹאָשׁ desperatum est. acsi dicat, inquit R. Dauid in cõmen. desperatũ est cor meũ vt eat post Dominũ, Non ibo post illum. Et 18. 12, Dicéntq;, נוֹאָשׁ desperatũ est. sub. cor nostrũ, &c. vt paulo suprà. Iesah. 57. 10, Non dixisti, נוֹאָשׁ desperatum est. acsi dicat, Non dixisti, Desperatum est cor meũ, vt non eat post deos alienos: sed cõfortata es in eis, & illorum recordata es. Iiób 6. 26, Et in vẽtũ verba (mei) נוֹאָשׁ desperati. Omnia

prædicta sunt ex nifhál numeri singularis, masculea, & subaudiendum est לֵב cor.quanquam dici possit,inquit R.Dauid,esse nomina,pro desperatio.

יאת Est רָצָה, Placere,cóplacere.Irme.10.7,Quia tibi יָאָתָה cóplacuit.scilicet regnum.vel tibi conuenit,& non alteri. Gene.34.15,In hoc נֵאוֹת לָכֶם cóplacebimus vobis.Tharghú,נִתְפַּס acquiescemus(aut consentiemus)vobis. 2.Reg.12.8, וַיֵּאֹתוּ & complacuerunt(aut consenserunt)sacerdotes.

יבב Semel tátum legitur in Sacris, ídq; in pihél,pro Clamare,vociferari,iubilare. Iudic.5.28, וַתְּיַבֵּב & clamauit.aut iubilauit.Tharghum pro תְּרוּעָה vociferatio,iubilus,taratantarizatio(Irme.20.16,)habet יַבָּבָא.

יבל In hifhíl,est Ducere,deducere, Afferre,adducere. Psal.60.10,Quis יוֹבִילֵנִי deducet me in ciuitatem,&c. Et 68.29, Tibi יוֹבִילוּ afferent(adducent) reges munera.Iesah.23.7,יֹבִלוּהָ afferent eam. Et in hophál, Iiób 10.19,ad sepulchrú אוּבָל ducar. אוּבָל,nomen loci,aut fluminis,require in אָבַל. Iesa.18.7,יוּבַל־שַׁי afferetur munus Domino. יוּבַל,Riuus,require in אָבַל. Nomé, Iudic.6.4,Et perdiderunt אֶת־יְבוּל הָאָרֶץ fructú terræ. Leuit.26.4,dabitq; terra יְבוּלָהּ fructú suum.Dicunt tamen Hebræi esse defectiuú.i.sine ו,vt Psal.67.7,Terra dedit יְבוּלָהּ fructú suú. Aliud,יָבָל,Riuus.Iesa.44.4, עַל־יִבְלֵי־מָיִם iuxta riuos aquarú.Et י prima litera deficiéte,בוּל, vt in radice בוּל. Hinc est & יוֹבֵל,Aries,Buccina item é cornu arietino, & Annus quinquagesimus, sic dictus,quód in illo clágerét buccina arietina. Pro hac dictione Tharghú plærúque habet דִּיכְרָא quod significat arieté: vt Iehos.6.4, Quú protraxerit בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל cú cornu arietis.i.buccina arietina. Et 3,Capiét septé buc

cinas הַיּוֹבְלִים arietũ. i.arietinas. Hebræis eſt fœmineũ, Leuit.25.13, Anno הַיּוֹבֵל הַזֹּאת iobél huius. i.anni quinquageſimi.Et 31,וּבַיֹּבֵל & in iobél egredietur. Hinc etiam eſt יַבֶּלֶת, Verruca,caruncula eminens in corpore ſine pruritu,quæ vulgo dicitur porrus.ita R.Dauid in lib.rad.Leuit.22.22,אוֹ־יַבֶּלֶת vel verrucam. Tharghum, יַבְּלָן.R.Selomóh,verrucam.

יָבַם Accipere cognatam ſuã, id eſt vxorẽ fratris ſui, viro eius defuncto, ad ſuſcitandum eius ſemen, vt lex præcipiebat. In pihél, Geneſ.38.8, Ingredere ad vxorẽ fratris tui, וְיַבֵּם אֹתָהּ & accipe illam in vxorẽ,&c.

Hinc יָבָם, Cognatus, qui vxorẽ fratris debet accipere. Deuter.25.5, יְבָמָהּ cognatus eius ingredietur ad eã, & accipiet eã ſibi in vxorẽ, וְיִבְּמָהּ & cognatã illam efficiet.i.capiet eã in vxorem tanquã cognatam ſuam.Et fœmineum,יְבָמָה, Cognata. i.vxor fratris defuncti. Et יְבֶמֶת,& cum pronomine,Deuter.25.9,Et accedet יְבִמְתּוֹ cognata eius. Et 7,Et ſi noluerit vir accipere יְבִמְתּוֹ cognatã ſuam.Hæc nõ veniunt à יְבָמָה,quia cum pronominibus,ת eſſet raphatũ:quũ autẽ habeant daghés,oportet ea eſſe à יְבֶמֶת inſtar בְּחֶמֶת,teſte R.D.in Mich.

יָבַשׁ Siue יָבֵשׁ inſtar חָפֵץ, Aruit, ſiccauit ſe, Erubuit, pudore ſuffuſus eſt. Thre.4.8,יָבֵשׁ הָיָה כָעֵץ aruit, fuit veluti lignum. Vel melius,nomen tóar, pro, aridum fuit veluti lignũ.Pſal.102.12,ſicut herba אִיבָשׁ areſcã. Hoſe.13.15,וְיֵבוֹשׁ מְקוֹרוֹ & areſcet vena eius.eſt inſtar יֵאוֹת à יָאֵת,éſtq; futurum à יָבֵשׁ,inſtar פָּעוֹל,aut יְכֹל, licet י futuri ſignũ ſit cũ ſeri, inquit R. Dauid in Michlól. Pſal.25.20,אַל־אֵבוֹשׁ ne confundar.Ieſa.1.29,כִּי יֵבֹשׁוּ quia pudore ſuffundentur(erubeſcẽt,pro erubeſcetis)ab arboribus quas concupiuiſtis. Iiób 12.15,Ecce prohibebit

aquas, וְיָבֵשׁוּ & areſcent. At R.Ionáh legit וְיִבְשׁוּ, ו cum chiríc, & י quieſcente. Sed priori modo ſcribitur in libris emendatioribus, inquit R.D. in Michlól, & in lib. rad. Et in pihél. Nachú 1.4, Increpans mare, וַיַּבְּשֵׁהוּ & ſiccauit illud. Secundum normã debuerat eſſe וַיְיַבְּשֵׁהוּ, י enim ſcriptũ, eſt י futuri ſignũ: deficit verò י radicale: idcirco remãſit pũctatura י radicalis, id eſt pathách in י futuri, inquit R.D. Oppoſitum ſcripſit R.Iehudáh. Et ſunt qui dicunt eſſe ex hifhíl, vt R.Ioſeph, & nonnulli alii. Et in hifhíl, Iehoſ.2.9, הוֹבִישׁ יְהֹוָה אֶת־מֵי יַם־סוּף ſiccare fecit Dominus aquas maris Súph. Et intrãſitiuum, Ioél 1.10, הוֹבִישׁ תִּירוֹשׁ confuſum eſt vinum nouum. Et 12, ſine ו, הֹבִישׁ שָׂשׂוֹן cõfuſum eſt gaudiũ. Vnum ſcribitur cum א & י quieſcentibus, Ieſah. 30.5, Omnis הִבְאִישׁ cõfuſus eſt. Zechar.10.11, וְהֹבִישׁוּ & areſcẽt omnia profunda fluminis. eſt intranſitiuum, ſecũdum R.Ionáh. At R.Dauid trãſitiuum arbitratur. dixerat enim, Et tranſibit in mare anguſtia, & percutiet in mari fluctus, & areſcere faciẽt (ſub. venti) omnia profunda fluminis. Tóar, Iechez.17.24, Et germinare faciã עֵץ יָבֵשׁ lignum aridum. Nume.6.3, Et vuas recẽtes, וִיבֵשִׁים ſiccáſque non comedet. Fœmineum, Nume.11.6, Anima noſtra יְבֵשָׁה arida. Ieche.37.4, הָעֲצָמוֹת הַיְבֵשׁוֹת oſſa arida audite. Alia forma, Gen.1.10, Et vocauit Deus לַיַּבָּשָׁה אֶרֶץ aridam, terrã. Et cum ת loco ה, ſecundum R.Dauid, Exod.4.9, בַּיַּבֶּשֶׁת in arida.

יָגַב Vnde יֹגֵב, Agricola. 2.Reg.25.12, Vinitorib', וּלְיֹגְבִים atque agros colentibus. Nomen, Irme.39.10, Deditque eis vineas, וִיגֵבִים & agros. cuius ſingulare eſt יָגֵב. Tharghum etiam habet חַקְלִין agros. Ab hoc potes formare totũ verbum, ex quo habes participium quod præceſſit,

præcessit, יְגֵבִים.

יָגָה Dolore affici, affligi. Et in hifhíl, Dolore afficere, affligere. Thren.1.5, הוֹגָהּ dolore affecit eam. Illud 2.Semu.20.13, הֹגָה remotus fuit, Vide in הָגָה. Iiób 19.2, Vsquequo תּוֹגְיוּן נַפְשִׁי affligetis (dolore afficietis) animã meã? Et in nifhál, secundũ R. Abrahám, & R. D. Sepha.3.17, נוּגֵי dolore affectos propter tẽpus, cõgregaui. R.D. in comment. exponit, filios tuos ô Siion & Ierusaláim, qui fuerunt נוּגִים dolore affecti à tẽpore redemptionis, congregaui ad te, quia ex te fuerunt, & egressi sunt in captiuitatem: sed nunc congregaui eos ad te. Tharghũ, דִּי הֲווֹ מְעַכְּבִין qui fuerunt retardati. aut impediti. Et in pihél, Thren.3.32, וַיַּגֶּה בְּנֵי־אִישׁ & dolore affecit (afflixit) filios viri. secũdum normã debuerat esse וַיְיַגֶּה, inquit R.D. in lib. rad. quanquã R. Ioséph scripserit esse ex hifhíl, & secũdum normã debuisse scribi וַיּוֹגֶה. Nomẽ, יָגוֹן, Dolor. Iesa.35.10, fugiéntq; יָגוֹן וַאֲנָחָה dolor ac gemitus. Irme.31.13, Et lætificabo eos מִיגוֹנָם à dolore eorum. Alia forma, תּוּגָה. Prou.14.13, Et nouissimum lætitiæ תּוּגָה dolor. Thren.3.62, מְגִנַּת־לֵב dolorem cordis. require in גָּנַן, de cuius est radice, secũdum R.D. quanquam sint qui deducant à יָגָה, sed prius est rectũ.

יָגַע Laborare, & etiã fatigari, & lassari. Ieho.24.13, terrã in qua לֹא־יָגַעְתָּ nõ laborasti. Psal.69.4, יָגַעְתִּי laboraui dum clamarẽ. Iesah.47.12, in quibus יָגַעַתְּ laborasti. vel insudasti. Et 15, יָגַעַתְּ laborasti. siue defatigata es. ע cum pathách, inquit R.D. in Michlól, propter gutturalem extremã. Prou.23.4, אַל־תִּיגַע ne labores vt diteris. Et in pihél, Ieho.7.3, אַל־תְּיַגַּע שָׁמָּה אֶת־כָּל־הָעָם ne laborare facias (vel fatiges, sub. mittẽdo) illu[illegible] omnẽ populũ. Et in hifhíl, Iesah.43.25, הוֹגַעְתַּנִי laborare fecisti

ff.i.

me propter iniquitates tuas. Tóar, 2.Sem.17.2, Et ipſe יָגֵעַ laborans. vel fatigatus, & laſſus. Subſtantiuũ, יְגִיעַ, Labor. Geneſ.31. 41, וְאֶת־יְגִיעַ כַּפַּי & laborẽ manuum mearũ vidit Deus. Alia forma, cũ duobus cameſſim Iiób 20. 18, reddens יָגָע laborem. Fœmineum, יְגִיעָה. Eccleſiaſt.12.12, יְגִעַת בָּשָׂר labor (ſiue afflictio) carnis.

יגר Siue יָגֹר, Timuit. Deute.9.19, יָגֹרְתִּי מִפְּנֵי הָאַף timui à facie furoris.

יד Manus, Poteſtas, facultas, Cõſilium, Medium, Vis, vires, robur, potẽtia, Locus, Terminus, Cardines oſtii, Pars, Plaga & percuſſio, Prophetia, Iuſſum, Præceptum. Et eius radix proprie eſt יָדָה, vt ait R. Dauid, & cómuniter eſt fœminei generis. Thren.5.4, AEgypto dedimus יָד manum. acſi dicat, porreximus, extẽdimúſque manũ noſtrã ad AEgyptũ, vt apprehẽderet manũ noſtrã, nóſque iuuaret. 2.Sem.14.19, הֲיַד nũquid manus (.i. conſilium) Ióab eſt tecum? hoc eſt num poſuit manum ſuam, conſiliúmque ſuum in hoc vt præciperet tibi? Irme.41.9, quos percuſſit בְּיַד in cõſilio Ghedaliáhu .i. virorũ qui fuerunt iuxta manũ eius, & in conſilio eius in terra. Et doctores Hebræorum exponunt, acſi manu eius atque conſilio forent perẽpti, quia noluit acquieſcere cóſilio Iochanán filii Caréach, vt occideretur Iſmaél, &c. vt habes ibidẽ cap.40.13. Et quia manus parata eſt homini pro illius neceſſitatibus, locus paratus appellatur יָד. Deute.23.12, וְיָד תִּהְיֶה לְךָ & locus erit tibi extra caſtra. Ieſa.56.5, Et dabo eis in domo mea, &c. יָד locum. Nume. 11.23, הֲיַד nunquid manus Domini (.i. potẽtia) abbreuiata eſt? Eſtér 1.7, כְּיַד ſecundũ potẽtia[m] regis. Sic prophetia quæ venit cũ fortitudine, atq; potẽtia, vocatur יָד. Ieche.1.3, וַתְּהִי עָלָיו שָׁם יַד־

יְהֹוָה & fuit ſuper eũ ibi manus Domini.i.prophetia. 1.
Para.29.24,dederunt יָד manũ ſub Selomóh.i.vt eſſent
in poteſtate Selomóh. 1.Semu.12.15,Et erit יַד־יְהֹוָה בָּכֶם
manus Domini in vobis.i.plaga.Et cõmuniter quãdo
poſt יַד ſequitur ב deſeruiẽs,ſignificat plagã,ſiue percuſ
ſionem. Nume.13.30, iuxta יַד ripá(vel terminũ) Iar-
dén. vel iuxta locum. 1.Sem.19.3,Et ſtabo לְיַד־אָבִי ad
manũ(vel iuxta locũ,aut latus)patris mei. Nume.33.
1,בְּיַד־מֹשֶׁה per manũ Moſéh, & Aharón. i.iuſſu ac præ-
cepto. Prouer.11.20,יָד לְיָד manus ad manum(.i.mox
mox)non erit innocẽs(vel impunitus)malus.R.Him-
manuél in cõment.exponit,in propinquo: acſi dicat,
non tardabit illius punitio.Alii Hebræorum doctores
exponunt,pater cum filio.acſi dicat, nunquã impium
& malum videbis impunitũ: ipſe & eius ſemen pœnas
ſuæ luent impietatis.At iuſtorum ſemen euadet,quia
nec ipſi,nec ſemini eius eueniet quicquã mali.Alii ve
rò exponũt,תֵּכֶף repente,ſtatim vt impius egerit malũ,
מִיָּד id eſt ſtatim punitur:ſed filio(ſi fuerit iuſtus)diffe-
retur punitio,& non erit ſtatim.Tharghũ,Qui exten-
dit manum contra ſociũ ſuum(.i.proximũ ſuum)non
erit mũdus à malo. Zechar.4.12, quæ ſunt בְּיַד שְׁנֵי in
medio duarum,&c.ſic R.Dauid in commen.exponit,
בְּתוֹךְ. Cũ pronomine,Leuit.25.35,Si attenuatus fuerit
frater tuus,& declinauerit יָדוֹ manus eius tecũ.vt ſcili
cet eius apprehendas manũ,opémq; feras illi. 2.Reg.
10.15,da אֶת־יָדְךָ וַיִּתֵּן יָדוֹ manum tuã. & dedit manũ ſuã,
ad firmãdum ſcilicet pàctum,aut fœdus.Mos enim e-
rat,vt quum vellét aliquid firmare,vnus poneret ma-
num ſuper manũ alterius, iuxta illud Prouerb.6.1,Fi-
li mi,ſi ſpopóderis pro amico tuo,fixiſti pro alieno ma

num tuã.Quanquã exponi poteſt & hoc pacto,Da ma
num tuã.vt ſcilicet aſcẽdere faceret eũ in currũ. Dixe-
rat enim illi,Num eſt cor tuũ rectũ,&c. Da mihi ma-
num tuã,&c.& aſcẽdere fecit eum in currum.Irme.6.
3,Pauerunt vnuſquiſque אֶת־יָדוֹ id eſt(vt ait R.D.in cõ-
ment.)אֶת־מְקוֹמוֹ locum ſuum.Tharghum,Et iuuerunt
vnuſquiſque ſociũ ſuum. Geneſ.24.10, omne bonum
domini ſui בְּיָדוֹ in manu eius. i.in facultate, aut pote-
ſtate eius. R.Dauid in lib.rad. Iehoſ.6.2,Dedi בְּיָדְךָ in
manu tua. Iudic.8.6,בְּיָדֶךָ in manu tua. 1.Reg.14.3, Et
capies בְּיָדְךָ in manu tua decem panes. Acſi dicat,Et ca
pies tecum,& in facultate tua.Iudi.7.2,יָדִי manus mea.
Geneſ.19.9,Miſerũt viri אֶת־יָדָם manum ſuã. 1.Reg.10.
29,בְּיָדָם facultate(poteſtate,authoritate)eorum educe-
bant.Quiſquis enim volebat educere equos ex AEgy-
pto,per mercatores regis Selomóh educebat,& illis da
bat pretium exitus,ſiue eductionis,quod Parhóh dede
rat regi Selomóh.Exod.32.30,Implete יֶדְכֶם manum ve
ſtram hodie Domino.i.impleſtis manum veſtrã obla
tionibus:hoc eſt,reputatur vobis occiſio illorum, acſi
obtuliſſetis oblationẽ Domino. Deuter.32.27,יָדֵנוּ רָמָה
manus noſtra excelſa.Gene.39.12,בְּיָדָהּ in manu illius.
Et 16.6,בְּיָדֵךְ in manu tua. Iechez.13.21,מִיֶּדְכֶן de manu
veſtra. Plurale duale, Ieſa.13.7,כָּל־יָדַיִם omnes manus
debiles erunt.Iehoſ.8.20,Et non fuerunt in eis יָדַיִם vi-
res ad fugiendum.R.D.in lib.rad.Vel,conſilia aut lo-
ca.Tharghũ,& non erit in eis חֵילָא robur.2.Reg.11.16,
Et poſuerũt ei יָדַיִם loca.Tharghum,אַתְרָא locum. Iiób
5.19.Et in bello,מִידֵי חֶרֶב è manibus gladii.Tharghum,
ab occiſione gladii.Ieſah.25.11,Et expandet יָדָיו manus
ſuas,&c. cum cubitis יָדָיו manuũ eius. vel locorũ eius.

R.D.in lib.rad.Leuit.15.10,וְיָדָיו & manus suas non lauit,&c.Vel,& corpus suũ,secundum R.D.in lib.ra. Et sine י, Psal.145.15,Aperis אֶת־יָדֶךָ manus tuas. Cant.5.5, וְיָדַי & manus meæ. Psal.134.2,יְדֵיכֶם manus vestras.Exo. 35.25,בְּיָדֶיהָ in manibus eius. Iechez. 16.10, עַל־יָדַיִךְ super manus tuas.Genes.5.29,יָדֵינוּ manuum nostrarum. Ieche.23.42,אֶל־יְדֵיהֶן super manus earũ. Et forma fœminea,significat Cardines ostiorũ,Partes,Manus,siue loca vbi cóiunctiones sunt brachiorũ hincinde in solio regũ. Exo.26.16,שְׁתֵּי יָדוֹת duo cardines pro tabula vna: vt exponit R.D.in li.ra.sic dicti,quòd essent loca mãsionis ostii.Alii exponunt,incastraturas.Genes.47.24, Et quatuor הַיָּדֹת partes erũt vobis. est defectiuũ. i.sine ו.1.Reg.10.19, וְיָדֹת & manus hinc & inde. i.loca instar manuũ, vel in quibus coniungebãtur brachia sedentis in solio . Et 7.32, וִידוֹת הָאוֹפַנִּים & cardines rotarum. Frequentius יָד est fœminei generis, interdũ tamẽ masculeũ inuenitur, etiã in eodem versu: vt Ieche.2.9,Et ecce יָד שְׁלוּחָה אֵלָי וְהִנֵּה־בוֹ, &c.manus missa est ad me, & ecce in ea volumen libri.verbũ est fœmin.& בוֹ mascul. Iesa. 44.5, וְזֶה יִכְתֹּב יָדוֹ לַיהוָֹה & huius scribet manus eius, Domino.redũdat ei᾽.Sũt qui dicũt(ait R.D.)in יָדוֹ deficere ב deseruiẽs,vt sit,& iste scribet manu sua,Domino.

ידד Proiicere,Amare,diligere.Ioél 3.3,יַדּוּ גוֹרָל proiecerunt sortẽ.& est instar רַבּוּ à רָבַב,testibus R.Iehudáh & R.Ionáh:sed R.Ioséph scripsit radicẽ esse יָרָה, & esse ex hif híl:& sic Thre.3.53,וַיַּדּוּ־אֶבֶן בִּי & proiecerũt lapidẽ in me. Hinc est & יָדִיד,Dilectus.quod non variatur in regimine,sicut nec נָבִיר. Deuter.33.12,יְדִיד יְהוָֹה dilectus Domini.Iesah.5.1,לִידִידִי dilecto meo.Psal.60. 7,vt liberentur יְדִידֶיךָ dilecti tui.Et 45.1,in titulo,Can

ticum יְרִידֹת dilectarum. Et 84.2, מַה־יְּדִידוֹת quàm dilecta tabernacula tua. Substantiuum, Irme.12.7, Dedi אֶת־יְדִדוּת dilectionem animæ meæ.

ידה Proiicere, Confiteri, gratias agere, laudare. Vide יָרַד .vide item in הָרָה locum Irme.50.14, & Iesa. 11.8. Thren.3.53, וַיַּדּוּ־אֶבֶן & proiecerunt lapidẽ. ponitur pro וַיִּדּוּ.& quia caret prima radicali, remãsit eius punctatura in י signo futuri:& secundum opinionẽ R.Ioseph est ex hifhíl. Zechar.1.21, לְיַדּוֹת אֶת־קַרְנוֹת vt proiiciant (aut deiiciãt) cornua gentiũ. Et in hifhíl, Psal. 75.2, הוֹדִינוּ לְךָ אֱלֹהִים הוֹדִינוּ confessi sumus tibi Deus, con fessi sumus. aut laudauimus, gratias egimus. Nomẽ vel macór, secundum R.Dauid in lib.rad. Nechem.12. 8, עַל־הֻיְּדוֹת super cõfessionibus (aut laudibus, siue hymnis: vel confiteri, aut laudare,) ipse, ac fratres eius. י est cum daghés loco hannách, quanquam scribatur י sicut 1. Paralip.20.8, נוּלְּדוּ, cuius ל daghessatur ob defectum י, cuius tamen vicem gerit ו, & Genes.40.20, הֻלֶּדֶת. vbi etiam daghés est loco hánách. Vel dic, & melius, quòd י daghessatur ob decorem pronuntiationis. Nec est simile נוּלְּדוּ, in quo quanuis sit scriptũ ו, non tamen legi tur, & est acsi nõ esset: & ל daghessatur ob defectũ י. At י in prædicta dictione, legitur, & eius lectio aut pronũtiatio non agnosceretur, nisi daghessaretur. Psal.28.7, Et cantico meo אֲהוֹדֶנּוּ confitebor ei. est cum ה cõiugationis hifhíl, quo cómuniter caret in futuro talis con iugatio, sed in verbis incipiẽtibus à י, pauca inueniuntur in futuro cũ ה, inquit R.D. in Michlól. Gen.49.8, Iehudáh tu, יוֹדוּךָ cõfitebuntur tibi fratres tui. i.cõfitebuntur quòd tu es dignus vt regnes super eos. R.D.in lib.rad. Et in hithpahál, Nume.5.7, וְהִתְוַדּוּ אֶת־חַטָּאתָם

& cõfitebuntur peccatũ ſuum. Significat etiã Iehudaizare, ſiue ritum ſeruare Iehudæorum. Eſtér 8.16, Et multi è populis terræ מִתְיַהֲדִים Iehudaizabât. aut efficiebantur Iehudæi. Hinc etiam fit תּוֹדָה, Confeſſio, vel Sacrificium in quo confitebantur ſuas iniquitates, vt inquit R. Dauid: quod ab interpretibus cómuniter vertitur Confeſſio, aut gratiarú actio. Leuit. 22.28, Et quũ ſacrificaueritis זֶבַח־תּוֹדָה ſacrificiũ confeſſionis. Ieſa. 51. 3, תּוֹדָה וְקוֹל זִמְרָה confeſſio, & vox cãtus. Pſal. 26.7, vt audire faciã בְּקוֹל תּוֹדָה vocẽ cófeſſionis. aut gratiarũ actionis. Nechem. 12.36, וְהַתּוֹדָה הַשֵּׁנִית & confeſſio ſecunda ibat. i. & chorus ſecundus, vel & cœtus ſecundus, ſecundum R. Ionáh. Et 30, Et aſcendere feci principes Iehudáh ſuper murum, & ſtatui duas תּוֹדֹת גְּדוֹלֹת confeſſiones magnas. i. choros magnos confitentium. Vel, duo ſacrificia magna confeſſionis. R. Dauid in lib. rad. exponit, duos panes confeſſionis, qui erant infermentati: quemadmodũ ſcriptum eſt Leuit. 7.13, Super placentas panẽ infermẽtatum offeret, oblationem ſuã ſuper ſacrificiũ confeſſionis pacificorũ ſuorum. Et dixit magna, ſiue magnos, quia in fermentato tres erãt ſpecies, placentæ, lagana, & fricta ſiue toſta: at in infermentato ſpecies vna tantũ erat. Idcirco propter illas tres ſpecies, de fermentato dixit magnos, reſpectu infermentati vnã duntaxat habentis ſpeciem. Sed R. Iehudáh, & R. Ionáh expoſuerũt duos cœtus magnos, aut duas magnas congregationes. Talmudiſtæ exponũt eo modo quo ſcripſit R. D. Vnde dicũt in Miſnáh cap. 2, de hebdomadibus, & In duobus תּוֹדוֹת, & Cãtico, Et domus iudicii ambulabat, & duo תּוֹדוֹת poſt eã. Interius edebatur, & exterius cõburebatur, &c. Notãdum eſt autẽ (ſe-

cundum R.D.in lib.rad.)ſacrificium ſuper quo fiebat confeſſio iniquitatũ,vocatum fuiſſe תּוֹדָה, vt dictũ eſt: Sed non fiebat ſecundum ritum, ac legem ſacrificiorum pro peccato & delicto: ſed ſecundum legẽ pacificorum quã habes cap.7 Leuitici. Et quãuis הַתּוֹדָה eſſet pro iniquitatibus,nõ tamẽ legẽ ſequebatur ſacrificiorũ pro peccato & delicto, quæ erãt pro ſingulari peccato,aut iniquitate:quia הַתּוֹדָה erat pro vniuerſis iniquitatibus,quũ volebat homo confiteri,& ad bonã viã redire. Sunt qui dicũt hoc ſacrificiũ offerri ſolitũ quãdo fiebat homini ſignũ aliquod,& propterea vocari תּוֹדָה, quòd cõfiteretur Deo ſuper ſignũ ſibi factum. Hinc eſt יְהוּדָה. Vnde Geneſ. 29.34, Vice hac אוֹדֶה confitebor Domino.vel laudo Dominũ.Idcirco vocauit nomẽ eius יְהוּדָה Iehudáh.Et quia origo regni Iſraél,& cornu illius forte,eſt Iehudáh,vocãtur Iſraelitæ יְהוּדִים Iehudæi. Zecha.8.23,יְהוּדִי Iehudæus.2.Re.18.26,יְהוּדִית Iehudaice.

ידע Scire,cognoſcere,Cõterere,Cogitare,Coire,Sentire.Geneſ.4.1,Et homo יָדַע אֶת־חַוָּה אִשְׁתּוֹ cognouit Chauuáh vxorẽ ſuam.i.rem cũ illa habuit.Exod.1.7,אֲשֶׁר לֹא־יָדַע אֶת־יוֹסֵף qui nõ cognouit Ioſéph. Irme.15.14,in terra quam לֹא יָדַעְתָּ non noſti. Deute.31.21,יָדַעְתִּי אֶת־יִצְרוֹ noui imaginationẽ eius.Ieſah.48.7,Ecce יְדַעְתִּין noui illa.ן eſt vice ם. Gen.19.8,filiæ quæ לֹא־יָדְעוּ אִישׁ nõ cognouerũt virũ. Iiób 9.5, וְלֹא יָדָעוּ & non cognouerũt. vel ſenſerunt,ſecundum R.D.in lib.ra. ſcilicet donec trãſtulit mõtes. Participiũ paſſiuũ,Ieſa.53.3,וִידוּעַ חֹלִי & cõtrit' infirmitate. vel,& notus(cognitus)infirmitate, quia videlicet notus erat omnib' quòd eſſet infirmus. Deut.1.13,וִידֻעִים & peritos in tribubus veſtris. Macór, Gen.15.13,יָדֹעַ תֵּדַע ſciẽdo ſcias quòd peregrinum,&c. Et alia

malia forma, Irme.9.6, Renuerũt דַּעַת־אוֹתִי ſcire me. Micháh 6.5, לְמַעַן דַּעַת vt ſciant. Exod.31.13, לָדַעַת vt ſciatis. Prouer.4.1, Et attendite לָדַעַת בִּינָה vt ſciatis intelligentiam. Sunt qui ל ſcribendum putent hoc loco cũ ſeuá, quibus non aſſentior. Alia item forma, דֵּעָה. Exod.2.3, לְדֵעָה vt ſciret quid fieret ei. Ieſa.11.9, Quia repleta eſt הָאָרֶץ דֵּעָה אֶת־יְהֹוָה terra ſcire Dominũ, &c. eſt macór, ſecundum R.D. in lib.rad. quod oſtendit articulus accuſandi caſus אֶת. Eſt etiam accentus diuiſiuus in dictione הָאָרֶץ. Tharghum quoque habet, לְמִידַע ſcire, aut ad ſciendum timorẽ Domini. Prouer.24.14, כֵּן דְּעֶה חָכְמָה ſic ſcire ſapientiã animam tuã ſi inuenerit, erit finis. eſt macór, & ſeghól eſt loco camés, ad differentiã imperatiui verborũ in ה, inquit R.D. in Michlól. Imperatiuũ, Gene.20.7, דַּע ſcito. Pſal.100.3, דְּעוּ ſcitote. Futurũ, אֵדַע, Sciá, Gen.15.8. Pſal.39.5, אֵדְעָה ſciã (pro ſcio) quòd tẽporalis ſum. Et 35.8, Veniet ei deſolatio לֹא יֵדָע quã non cognoſcet. Vel, ſentiet, ſecundum R.D. in lib.rad. Ieche. 19.7, וַיֵּדַע אַלְמְנוֹתָיו & cõtriuit ædes eius. aut palatia eius. Idem Tharghũ. At R. Ioſéph exponit, Et cognouit viduas eius. id eſt occîdit viros, & rem habuit cũ viduis. & hoc eſt quod ſtatim ſequitur, Et deſolauit, &c. non enim deſolauit vrbes ſuas manibus, ſed abominationibus ſuis. Pſal.144.3, Domine quid eſt homo, וַתֵּדָעֵהוּ & cognouiſti eũ? acſi dicat, quòd reſpicias ſuper illum, illiúſque curã habeas, atque aſpicias eius iniquitatẽ, inquit R. Dauid in li.ra. Et in nifhál præterita omnia, נוֹדַע, &c. ſunt cum ו. 1.Semu.22.6, Et audiuit Saúl כִּי נוֹדַע quòd cognitus eſſet (ſciretur) Dauid, & viri qui erãt cum eo. acſi dicat, quòd cognitum eſſet, & inuulgatum quo in loco eſſent Dauid, ac viri eius. Exod.6.

3, וּשְׁמִי יְהֹוָה לֹא נוֹדַעְתִּי & nomine meo Iehoua non fui co gnitus illis. Vbi aduertendum est, quòd וּשְׁמִי ponitur pro וּבִשְׁמִי & nomine meo, teste R.D. in lib. ra. Psal. 77. 20, Et vestigia tua לֹא נֹדָעוּ non sunt cognita. participiũ est cum camés. Psal. 76. 2, נוֹדָע בִּיהוּדָה notus (cognitus) in Iehudáh Deus. 1. Semu. 6. 3, וְנוֹדַע & cognoscitur. Vel cognoscetur, si legatur cum pathách, quod est rectius.

Macór, Irm. 31. 19, Et postquã הִוָּדְעִי ostẽsum est mihi, percussi femur. acsi dicat, Postquã agnoui in meipso, agnoui inquã opera mala quæ feci, cõsolatus sum me, vnde percussi femur. Alii, postquã cõtritus fui. Psa. 74. 5, יִוָּדַע notus erit sicut adducẽs superne in perplexitatẽ ligni secures. (ita R.D. in li. ra.) acsi dicat, Tunc ædificium domus tuæ quæ ædificata est ad decorẽ & gloriã, notũ erit, &c. Quisquis enim inferebat securim in perplexitatẽ lignorũ vel arborũ in arboribus Lebanón ad incidẽdum cedros, & afferebat illa ad ædificiũ domus, notus erat, acsi attulisset illa superne ante solium gloriæ. Alii exponũt cõteretur. Prou. 10. 9, Et peruertẽs vias suas יִוָּדֵעַ cognoscetur. cognitus erit, scilicet filiis hominum, & nõ poterit se abscõdere ab eis in operibus suis malis, nec esse tutus, aít R.D. Alii verò, eodem teste, exponunt, conteretur: & hi sunt R. Iehudáh, R. Ionáh, & R. Himmanuél in cõment. Tharghú, cognoscetur. In cõment. nuper impressis exponitur, cõteretur: quia nocebunt illi alii, eúmque cõterent. Et 14. 33, In corde intelligentis requiescet sapientia: & in medio stultorũ תִּוָּדֵעַ cognoscetur. Sapientia enim requiescit in corde hominis intelligentis, & non ostendet seipsum sapientem, neque loquetur de illa, aut proferet illã in omni loco, sed opportuno tẽpore. At cõtrà, stulti verbum sa-

pientiæ omnibus oſtendunt. Et in pihél, Iiób 38.12, יִדַּעְתָּה שַׁחַר מְקֹמוֹ ſcire feciſti aurorã locum ſuũ. Pſal.88. 9, Elõgare feciſti מְיֻדָּעַי notos meos à me. Et in hifhíl, Pſal.98.2, הוֹדִיעַ יְהוָה יְשׁוּעָתוֹ cognoſcere fecit (notã fecit) Dominus ſalutem ſuam. 2. Paralip.23.13, וּמוֹדִיעִים לְהַלֵּל & ſcientes laudare. id eſt qui nouerãt bene canere & laudare: ſimulq; docere reliquos fratres ſuos Leuitas laudare, ait R.D. in li.ra. Gen.41.39, Poſtquã הוֹדִיעַ ſcire fecit De' te. Eſt macór, vel præteritũ. Prou.9.9, הוֹדַע לְצַדִּיק ſcire fac iuſtũ. vel notũ fac iuſto. Alia forma, Exo.33.13, הוֹדִעֵנִי ſcire fac me. Pſa.103.7, יוֹדִיעַ דְּרָכָיו לְמֹשֶׁה ſcire faciet vias ſuas ipſi Moſéh. eſt futurũ vice præteriti. Illud autẽ 1. Semu.21.2, וְאֶת־הַנְּעָרִים יוֹדַעְתִּי אֶל־מְקוֹם & pueros (. i. ſeruos) ſcire feci locũ talis & talis: eſt ſicut הוֹדַעְתִּי. nã י ponitur vice ה, vt nónulli exponunt, teſte R.D. in Michlól, & in lib.ra. Vel eſt ex pohél hannoſáph, & י eſt radicalis litera ad ſimilitudinem שׁוֹפְטְתִּי. Et hoc dicit eſſe melius, pro, ſcire feci pueros quò deberẽt ire ante me, & inueni eos in loco talis, vt ipſe exponit in cõment. Tharghũ, שַׁלְּחִית miſi. Et in hofhál ex hifhíl, vt Leui. 4.23, אוֹ־הוֹדַע vel notificatũ fuerit illi peccatũ ſuum. chólem eſt loco ſurée. Et in hithpahál, Gen.45.1, בְּהִתְוַדַּע quãdo notum fecit ſe Ioſéph fratribus ſuis. Nume.12. 6, אֶתְוַדָּע notificabo me. Nomẽ, דֵּעָה, Sciẽtia. Irme.3.15. 1. Sem.2.3, Deus דֵּעוֹת ſcientiarum. Et abſque ה, דֵּעַ, Iiób 32.11, indicabo דֵעִי ſcientiã meã. Et 37.16, תְּמִים דֵּעִים perfecti ſcientiis. Alia forma, maſc. gen. & fœmin. Deu. 4.42, Qui occiderit amicũ ſuum בִּבְלִי־דַעַת abſque ſcientia. i. ignorãter. Prouerb.1.29, odio habuerũt דַּעַת ſcientiam. Iiób 33.3, וְדַעַת שְׂפָתַי בָּרוּר מִלֵּלוּ & ſcientiã labia mea puram locuta ſunt. Series eſt, וְדַעַת בָּרוּר, inquit R.D. in

gg.ii.

lib.rad.Psal.139.6,פְּלִיאָה דַעַת mirabilis scientia. Alia item forma,Dani.1.4,Et intelligentes מַדָּע scientiam. vel cogitationem. dixit,intelligētes cogitationē,quia pusillo indicio,cordis cogitationes intelligebāt.R.D. Eccles.10.20,Etiā בְּמַדָּעֲךָ in sciētia(vel cogitatione)tua. secundum R.D.in lib.ra. Rectum est,ait idem,vt horum radix sit נְדַע,quo vtitur lingua Aramæa. Dani.2. 20,וּמַנְדְּעָא & scientiā.Vel radix est יָדַע,& est instar מַצָּב à יָצַב,& מַצָּע à יָצַע. Et quia propinquus hominis,ab ipso homine scitur & agnoscitur, vocatur מוֹדָע. Ruth 1.23, ipsi Nahomí erat מֹידַע propinquus.Et 3.2,Nónne Bóaz מֹדַעְתָּנוּ de familia nostra? Ponitur enim pro מִמּוֹדַעְתָּנוּ, vt ait R.D.in li.ra.Deficit enim מ,& camés sub ת poni tur vice serí,& absolutú est instar מוֹלֶדֶת. Alia forma, præposito י,יִדְּעֹנִי.Et est qui ponit os iaduáh in ore suo, & loquitur ex illo . generali nomine dicitur augur. יְדוּעַ verò est nomē auis.Leui.20.27,pytho,vel יִדְּעֹנִי augur. Alii codices male habent יִדְעֹנִי. Tharghum,זְכוּרוּ. 1.Semu.28.3,pythones וְאֶת־הַיִּדְּעֹנִים & augures.

יָהּ Vnú è decem nominibus Dei,quod Dominum significat: impositú nomen(vt quibusdá placet) ab הָיָה, vel הָוָה, quòd Deus cunctis rebus esse tribuat. Et quum vult Scriptura aliquid augere, postponit ei hoc nomen, vt habes in אֲפֵל,& שַׁלְהֶבֶת. Alii à timēdo dictú putāt,quòd Deus timendus sit, vt R.Selomóh, & nónnulli alii:quibus & Tharghū astipulatur,pro יָהּ,sæpius vertēs דַּחֲלָא timorē.Psal.68.5,בְּיָהּ in Domino. Iesa.26. 4,בְּיָהּ יְהוָה in Domino Deo. vbi R.D.in cōment. dicit יָהּ esse tóar, significās quòd mundus est ab ipso.at יְהוָה esse nomen substātiæ, id est substātiuum,pro essentia. Tharghú , בְּמֵימַר דְּחִילָא דַיְיָ in sermone timoris Domi-

ni. In his duobus, ב est litera deseruiẽs, & nõ radicale, vt multi putarunt, inquit R. Abrahám in comment.

יְהוָה Nomẽ Dei ineffabile diuinã significãs essentiã, vt dictũ est in יָהּ, ob cuius reuerẽtiam nõ profertur ab Hebræis vt scribitur, sed legunt pro eo Adonái, quod Dominũ sonat, vel Elohím, id est Deum quãdo præcedit aliud diuinũ nomẽ. Deut. 3. 23, Et oraui אֶל־ יְהוָה ad Dominũ. Et 24, אֲדֹנָי יֱהוִה Domine Deus. Exod. 14. 31, Et crediderunt בַּיהוָה in Domino.

יָהַב Est נָתַן, Dedit. Psal. 55. 23, Proiice super Dominũ יְהָבְךָ, acsi dicat, quod dedit tibi vsq; ad hũc diẽ, ait R. D. in li. ra. proiice super illũ quod opus habes, & ipse educabit te, quẽadmodum hactenus fecit. Vel est (ait idem) nomen: acsi dicat, Dona tua proiice super eum, quia ipse donabit illa tibi, téque nutriet. Idẽ refert Doctores Hebræorũ exponere põdus, siue onus tuum. Nesciebant (inquit) magistri nostri quid esset יְהָבְךָ. Audierunt mulierem Harabam dicẽtem viro suo, שְׁקוֹל יְהָבִיךְ libra (siue pondera) pondus, vel onus tuũ. R. Selomóh, onus tuum. i. sine vt Deus te ferat. Idem R. Abrahám. alios tamen refert exponere, donũ tuum: & ita exponit R. Moséh. Tharghum, סִבְרָךְ onus tuum. Prouer. 30. 15, הַב הַב da, da. Et cum ה, & longum propter ה, Genes. 11. 3, Et dixerunt alter ad alterũ, הָבָה Da (sub. auxilium, vel consiliũ, inquit R. D.) faciamus lateres. Psal. 29. 1, הָבוּ לַיהוָה כָּבוֹד date Domino gloriã. Hose. 4. 18, Dilexerũt, הֵבוּ Date, &c. Et est à themate פָּעַל, ait R. D. in Mich.

יָהַר Vnde יָהִיר, Superbus, arrogãs, temerarius. R. David in li. ra. exponit, גַּס רוּחַ superbus spiritu, quia cognoscit, & facit malum ex deliberatione ob superbiam spiritus. Prouerb. 21. 24, Temerarius, יָהִיר לֵץ שְׁמוֹ,

ſuperbus,(arrogans,)deriſor nomen eius. Poteſt & ſic explicari, Temerarii,ſuperbi,illuſor eſt nomen eius.i. nomẽ temerarii atque ſuperbi, eſt illuſor,aut deriſor. In cõment.exponitur, Homo temerarius,ſuperbúſq;, conueniens eſt vt vocetur deriſor. Vel(vt ibidem)Temerarius,& ſuperbus,& illuſor(aut deriſor)eſt nomen eius.i.nomen hominis.Chab.2.5,vir יָהִיר ſuperbus.

יום Dies tam artificialis,quàm naturalis vigintiquatuor horarum.Interdum enim ſignificat tempus quo ſol eſt ſuper terrã:vt Geneſ.1.5,Vocauítque Deus lucem יוֹם diem.& ſic accipitur quoties iũgitur ei לַיְלָה, vt Gene.8.22,וְיוֹם וָלַיְלָה & dies & nox.Nonnunquã comprehendit diem ac noctẽ,vt Geneſ.1.5,Et fuit veſpera, & fuit mane יוֹם אֶחָד dies vnus. Capitur & pro tẽpore, Ieſa.30.25,בְּיוֹם in tempore occiſionis. Et ſic quoties de futuro fit mentio,dicitur בַּיּוֹם הַהוּא in tẽpore illo. Ieſa. 2.17 & 20,בַּיּוֹם הַהוּא in tẽpore illo proiiciet,&c.Et huius generis multa ſunt in prophetis. Interdũ geminatur,& ſignificat quotidie,ſiue per ſingulos dies.Gene. 39.10, Quũ loqueretur ipſa ad Ioſéph יוֹם יוֹם quotidie. Interponitur quãdoque & ו, Eſtér 3.4,Quũ dicerent ad illum יוֹם וָיוֹם quotidie.Et ſic cum כָּל־,Pſal.145.2,בְּכָל־יוֹם omni die(.i.quotidie) benedicam tibi. In ſingulari cõmuniter eſt maſculeũ, Exod.2.13,Et egreſſus eſt בַּיּוֹם הַשֵּׁנִי die ſecundo.Et 12.14,הַיּוֹם הַזֶּה dies hæc. Et cum כ veritatis,id eſt confirmatiuo.Gene.25.33,Iura mihi כַּיּוֹם tẽpore hoc. ita R.D.in lib.rad. 1.Semu.9.12, כְּהַיּוֹם hoc tempore. vel hac hora. Et cũ כ ſimilitudinis. Geneſ. 39.11,Et fuit כְּהַיּוֹם הַזֶּה ſicut dies hic,(aut ſecundũ diem hunc.i.huic ſimilem)& ingreſſus eſt domũ ad faciendum opus ſuum. acſi dicat, Et fuit dies vnus ſicut dies

hic. nam erant illi dies determinati ad faciendum opus in domo, vel ad reddendá rationem, inquit R.D. in lib.rad. 1.Semu.18.10, Et Dauid psallebat manu sua כְּיוֹם בְּיוֹם secundũ diẽ in die.i.sicut quotidie solitus erat: siue vt cõsueuerat per singulos dies. Exo.29.35, Et iuuẽcũ peccati facies לַיּוֹם per diem. Et ל cũ seuá,& raphatũ, Iesa.10.3, לְיוֹם in die. Iudi.19.30, לְמִיּוֹם á die qua ascenderũt. hîc ל redũdat, teste R.D. in Mich. Et geminato ם, diẽ significat artificialẽ. Psal.1.2, יוֹמָם וָלָיְלָה die ac nocte. Et cũ pronomine, Deuter.24.15, בְּיוֹמוֹ in die suo. Nomen duale, pro duobus diebus, Exo.21.20, אִם־יוֹם אוֹ יוֹמַיִם si per diem, aut per duos dies steterit. Plurale, significat dies & annos. Gene.24.54, Maneat puella nobiscũ יָמִים אוֹ עָשׂוֹר per annum, vel per decẽ menses, vt exponit R.D. in lib.rad. Tharghú, עִידָן בְּעִידָן אוֹ עַסְרָא־יַרְחִין tẽpus in tempus, vel decem mẽses. R.Selomóh, annum, vel decẽ menses. Dabant enim illo tẽpore virginibus tempus duodecim mensiũ, vt se curarent in ornamentis. Et si non lubet annũ dare, da vel decem menses. Et sic Leuit.25.29, יָמִים annus erit redemptio eius. Hamós 4.4, Afferte mane sacrificia vestra, ad(.i.post) tres יָמִים annos decimas vestras. sicut scriptum est Deuter. 14.26, Post finem trium annorũ afferes omnẽ decimá frugum tuarum. acsi dicat, Quanquã, vt par est, vestra attulistis sacrificia, quid proderunt, quum præuaricationes multiplicaueritis? Dictũ est enim, Iesah.61.8, Ego Dominus diligés iudiciũ, odio habens rapinã. Nume. 9.22, Vel duos dies, vel mensem, אוֹ־יָמִים vel annũ. Exo. 13.10, מִיָּמִים יָמִימָה ab(vel de) anno in annũ. i.per singulos annos, inquit R.D. Tharghum, מִזְּמַן לִזְמַן de tẽpore in tempus. Et sic 1.Semu.1.3, ascendebat, &c. מִיָּמִים יָמִימָה.

de anno in annū. Vel, de solēnitate in solēnitatē. vtroq; modo exponit R.D. in cōmē. Tharghū, מִזְּמַן מוֹעֵד לְמוֹעֵד de tēpore solēnitatis in solennitatē. Et 27.7, Et fuit numerus הַיָּמִים dierū, quibus māsit Dauid in regione Pelistinorū, יָמִים annus, & quatuor mēses. vt exponit R.D. in lib. rad. Sed vt ibidem & in cōment. ait, non est rectum vt hoc loco exponatur יָמִים annus : ná Saúl duos duntaxat annos regnauit: & quæ contigerunt Dauidi cum Saúl, non potuerunt esse in octo mensibus. Præterea Dauid non descēdit in regionem Pelistinorum, nisi mortuo Semuele, cuius mors fuit ante mortē Saúl per septē menses. Vnde exponendū est, dies, & quatuor menses. i. quatuor menses, & aliquot dies mensis quinti. Et sic habet Tharghū Iehonathán, יוֹמִין וְאַרְבְּעָא יַרְחִין dies & quatuor mēses. Alii tamen codices habent, עִידָּן, בְּעִידָּן, &c. tēpus in tēpus. Vel annū & quatuor menses, vt exponit R.D. in cōment. Et 29.3, Nónne hic est Dauid, &c. qui fuit mecum iā יָמִים אוֹ־זֶה שָׁנִים dies, vel iā annos, & nō inueni in eo quicquā, &c. id est (vt ait R.D.) fuit mecum, &c. & agnoui illum esse bonū, acsi fuisset mecum annos. 1. Sem. 2.19, sacrificium הַיָּמִים dierum. 1. Paral. 17.10, וּלְמִיָּמִים & à diebus. i. post dies. ל redundat, inquit R. Dauid in Michlól. Iehos. 24.31, כֹּל יְמֵי, omnibus diebus. Iesa. 54.9, כִּימֵי sicut in diebus. Et sic Targhum, כְּיוֹמֵי. Iiób 10.5, יָמָיו dies eius. Gene. 10.25, בְּיָמָיו in diebus eius. 1. Reg. 11.12, בְּיָמֶיךָ in diebus tuis. Irme. 20. 18, יָמַי dies mei. Fœmineum, Psal. 90.16, כִּימוֹת sicut dies quibus humiliasti nos.

יון Vnde יָוֵן, Cœnum, lutū. Psal. 40.3, de luto הַיָּוֵן cœni. Et in regimine, יְוַן, Psal. 69.3. Sed יָוָן est Græcia, Daniél. 10.21.

יון Cum ו in pronuntiatione occultato, Columbus. & plurale, יוֹנִים, Columbi, colũbæ. Nomina enim ſpecierum, ſub quocunque genere venerint, vtrunque ſexum cõprehendunt. Cãt.5.12, Oculi eius כְּיוֹנִים ſicut columborũ. Singulare maſculeũ non inuenitur in Scriptura, ſed fœmineum, Leuit.12.8, filios יוֹנָה columbæ. Pſal. 56.1, in ſuperſcriptione, Victori עַל־יוֹנַת אֵלֶם ſuper columbã muti. vel columbã mutã, vt ſit coniunctum pro abſoluto. Vnde & Tharghũ habet, לְיוֹנָה שְׁתוּקָא pro columba tacita. Cant.2.13, יוֹנָתִי columba mea.

יזם Eſt זָמַם, Cogitauit. Gene.11.6, יָזְמוּ cogitauerunt.

יזן Armare. in pihél, Irm.5.8, Equi מְיֻזָּנִים (aliâs מְיֻזָּנִים, & ſic legitur) מַשְׁכִּים הָיוּ armati ſingulo mane erãt. R.D. in li.ra. exponit acſi dicat, מְזוּיָּנִים מִכְּלֵי זַיִן armati inſtrumentis armorũ. At R. Iahacób filius Elhazár exponit, ſaturati, aut ſaginati. Et ſic deducitur à זון, vnde מָזוֹן, Eſca, cibus. מַשְׁכִּים dicitur à שָׁכַם, Mane ſurgere, ſecũdum R. Dauid, & alios Hebræos: & eſt nomen, vt Hoſe.6.5, tanquã ros מַשְׁכִּים mane ambulans. Vnde in שָׁכַם exponit acſi dicat, Singulo mane erunt ſicut equi, &c. Sunt tamen nõnulli (vt R. Moſéh auenezra) qui exponunt, Equi armati Tuſci: deducẽtes à מֶשֶׁךְ, quod ſecundũ Ioſephum eſt Tuſcia, quòd è Tuſcia venirẽt equi fortes. Vide מֶשֶׁךְ. Et ſcribitur cũ ו, ait R.D. in cõment. & legitur cũ י. (literæ enim אֶהֱוִי inter ſeſe permutantur) & eſt ſicut מְזוּנִים. acſi dicat, ecce vt equi quibus dederũt eſcã multã in nocte, ſaturati ſecundum ſuũ deſideriũ, mane egrediẽtes hinniunt: ſic & ipſi poſtquã noctu cõmiſerint adulteria cũ vxoribus proximorũ ſuorum, mane læti egredientes, gloriabuntur de malo perpetrato.

ita R.D.in commen.Tharghum,Equi אַבִּירַיָּא robusti.

יזע Sudare. Vnde יֶזַע, Sudor. Iechez. 44.18, Non accingent se(sub.sacerdotes) בַּיָּזַע in sudore.i.in loco sudoris, vt exponit R.Dauid in lib. rad. hoc est infra lumbos suos,aut infra ascellas,sed iuxta cor suũ.Vnde Tharghũ habet, Non accingẽt se super lumbos suos, super cor suum accingent se.Et vt ait R.D.in cómen. יֶזַע est nomé instar נֶגַע,quia י est radicale. & quia est in soph passúc,habet camés. Hinc & זֵעָה,quod significat Laborem.& est instar רֵעָה. & in regimine remanet serí, & non mutatur sicut שֵׁנָה שְׁנַת & עֵצָה עֲצַת . Genes. 3.19, בְּזֵעַת אַפֶּיךָ in labore vultus tui vescêris pane. acsi dicat, In labore magno: quia in labore egreditur sudor vultus.Et verbo in hifhíl הֵזִיעַ vtuntur Hebræi.

יחד Vnire,Vide אָחַד.Hinc fit יָחִיד,Vnicus.Irme.6.26. Prouer.4.3,וְיָחִיד & vnicus.Fœmineũ,Iudic.11.34, יְחִידָה vnica. Psal.22.21,De manu canis יְחִידָתִי vnicã meã. id est animam meam . quæ sic vocatur, quòd sit vnica respectu partiũ corporis, & potentiarũ eius, quæ sunt plures. Hinc & יַחַד,Vná,pariter,simul. 1.Semu.11.11, duo יַחַד pariter. Hinc etiã יַחְדָּיו,idem significans. retinet enim significantiã אֶחָד,quòd multi simul iuncti, videãtur esse quasi vnus.Et ו est nota pluralis, vt á יָחִיד sit יַחְדָּיו,sicut עָלָיו אֵלָיו, quanquã vtplurimum non sit in eo י.Nam præter tria, Irme.46.12 יַחְדָּיו,& 21,& 49.3,omnia sunt sine י,ait R.Dauid,sicut & interdú inuenitur עָלָו sine י vt 1.Sem.2.10. Gene.13.6,vt habitarét יַחְדָּו pariter. יָחַד,Acuetur,require in חָדָה.Et verbum graue, Psalm.86.11,יַחֵד לְבָבִי vni cor m eum.

יחל Expectare,Sperare. In pihél. Psalm.119.43, quia לְמִשְׁפָּטֶךָ יִחָלְתִּי iudicia tua expectaui.aut,in iudiciis tuis speraui.ad hunc modum cætera explicantur.

Et 49, עַל אֲשֶׁר יִחַלְתָּנִי in quo mihi ſpē dediſti. quod R.
D.in li.ra.exponit,Dixiſti enim mihi vt ſperarē in te.
Eſt verbum trāſitiuum in tertiū.& ſic Ieche.13.6,וְיִחֲלוּ
לְקַיֵּם דָּבָר & ſperare facient,(ſpē dabunt:ſub.populo)ad
confirmandū verbū.i.prophetiam ſuā mēdacem. Iiób
29.20,וַיְחֲלוּ & expectabunt.pro expectabāt.dagheſſatur
ל ob decorē,& propter athnách eſt cum ſerí.& quieſcit
י radicale,trāſlatúmq; eſt chiríc in ו,ſecūdum morē li-
terarū deſeruiētium cum י,vt plurimū,ait R.D.in lib.
ra.Gen.8.9,וַיָּחֶל & expectauit.prō וַיְיַחֵל,& eſt ſicut illud
Nachum 1.4,וַיַּבְּשֵׁהוּ, pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ. vide יָבֵשׁ in pihél. Vel
eſt ex חול,vt habes in חול in hifhíl. Et in Michlól ſic ſcri
bit R.Dauid,Rectum eſt vt ſit ex pihél,& deficit prima
radicalis,ſicut memorauimus in וַיַּבְּשֵׁהוּ. At quia inue-
nimus י cameſſatum,melius eſt vt ſit ex binián nifhál,
& venit ſicut illud Ieſah.64.6,וַנָּבֶל,vt memorauimus:
quia in pihél literæ deſeruiētes,iuxta ח nō ſunt cameſ
ſatæ,vt in verbis perfectis dictum eſt. Et adhuc magis
rectum eſt vt ſit ex radice חול,& ex hifhíl,quemadmo
dum ſcripſit pater meus R.Ioſéph Kimchi. Et in hif
híl,Pſal.32.16,לְךָ יְהוָה הוֹחָלְתִּי in te Domine ſperaui.Iiób
34.12,Ecce הוֹחַלְתִּי לְדִבְרֵיכֶם expectaui verba veſtra.Et 17,
וְהוֹחַלְתִּי & expectabo (pro expectabā) vt non loqueren-
tur. 2.Semu.18.14,Nō ſic אֹחִילָה לְפָנֶיךָ expectabo coram
te.acſi dicat,Non eſt bonum vt morer corā te,& expe-
ctem vt eas ad occidēdum eum. Illud autē Irm.4.19,
verti poteſt,Ventrē meum אֹחוּלָה indolere faciā.i.dabo
dolorē ventri meo ob magnitudinē pauoris.Vel dole-
bo:& ſic חול & יָחַל ſunt eiuſdem ſignificantiæ.Vel,ven-
trem meum expectare faciā:(ſub.bonum,licet ſim in
malo.i.in afflictione) parietes cordis mei(ſub.doleo,)

resonat(vel tumultũ facit)in me cor meum, & nõ valeo illud cõpescere. Et in nifhál, Ieche.19.5, Et vidit quòd נוחלה expectasset, perisset spes eius, &c.i.& vidit se multis diebus stetisse in expectatione,(vel spe) & ecce periit eius expectatio.ita R.D.in lib.rad. At R.Ioséph ecõtrario explicat, Et vidit quòd perisset, perisset spes, &c.sicut & שרש est radicare & eradicare.Gen.8.12, וייחל עוד & expectauit adhuc. Scribit R.D.in lib.ra.secundũ opinionẽ R.Ioséph, non esse ex nifhál, sed hithpahál, quódq; secundũ normã debuerat esse ויתיחל,& nisi esset ת daghessaretur, quia nõ est in eodẽ binián significatio oppositorum, sed in diuersis binianim potest esse, vt in שרש, quod in cal est radicare, sed in pihél est eradicare. Et quum in nifhál hoc verbũ significet perdere spẽ, oportet וייחל esse ex hithpahál. Et bonũ esset quod dixit, si י fuisset pathachatũ. Quum autẽ sit cum camés secũdum normã nifhál, opus est vt sit ex nifhál. Et ita scripserũt illud in nifhál R.Iehudáh, & R.Ionáh, & R.Dauid. Hinc est & nomẽ, תוחלת, Expectatio, Spes. Prou. 10.28. Psal.39.8, תוחלתי לך היא spes mea in te est.

יחם Est חמם, Caluit, calefecit, Coiuit, Excanduit, iratus est. Et in cal, futurum est אחם יחם תחם. &c. Gene.30.38, ויחמו & calefaciebant se oues ad virgas.i.ad virgarum aspectum coibant. י est cũ seghól propter ח, quod est cum chathéph seghól. Et 37, ויחמנה & calefaciebãt se, &c.est cum vno signo fœmineo tãtum. Et in prædictis duobus locis, י est loco ת signi futuri fœminei. Vel dic illa esse cum signo fœmineo & masculeo, quia vterque cõmiscebatur sexus. Futurũ etiã est cum chiríc אחם, &c. quia inuenimus 1.Reg.1.1, Et nõ יחם לו erat calor ei.i.nõ calefiebat. vbi deficit י radicale, sicut

deficit 2.Semu.3.36, וַיִּיטַב.& 1.Sem.18.19, וַיִּשַׁר. & 12, וַיִּרָא.
Et in pihél, Psal.51.7, Et in peccato יֶחֱמַתְנִי, id est יָחֲמָה מִמֶּנִּי calefecit se de me mater mea, vt exponit R. Dauid in lib.ra. Et י est cum seghól propter ח quod est cũ chathéph seghol. Gene.30.39, לְיַחֲמֶנָּה, vt calefacerent se in virgis.i.coirent & cõciperent in virgarum aspectu. Et est macór, inquit R.Dauid in Michlól:& נ & ה sunt signa fœminea singularis numeri: pro, ad calefaciendum seipsam. sicut & illud Exo.23.11, תִּשְׁמְטֶנָּה, relinques eam. quanquã hoc non solet fieri nisi cum literis אֵיתָן, quæ sunt futuri signa. Vel sunt in לְיַחֲמֶנָּה signa fœminea pluralis numeri: acsi dicat, לְיַחֵם אוֹתָן ad calefaciendum seipsas. Et additur ה sicut in אוֹתָנָה:& מ est cũ serí, quéadmodũ esset absq; additione ה in לְיַחֲמֵן. Et quãuis macór veniat cũ camés, vt Psal.19.11, בְּשָׁמְרָם, quia tamẽ imperatiuũ venit cum serí, vt Prouerb.3.2, כָּתְבֵם, venit itidem macór cũ serí, quia puncta inter sese permutãtur, vt רוֹצֵם, pro רוֹצָם, Psal.68.27.& Exo.29.30, יִלְבָּשָׁם, pro יִלְבָּשֵׁם. Daghessatur etiã נ in לְיַחֲמֶנָּה præter normã, sicut & Micháh 7.10, תִּרְאֶינָּה. Et sunt camessata euphoniæ gratia. Et nifhál venit secundum morẽ deficiẽtium י daghessatorum. Iesah.57.5, הַנֵּחָמִים calefacientes se(.i. coeuntes) cum diis. Et est ad similitudinem הַנִּצָּבִים, nisi quòd ח non suscipit daghes, ob cuius supplemẽtum נ est cũ serí. Et coniugabis verbũ sic, נֵחַם נֵחַמְתָּ, &c. cũ serí: vel נִחַם נִחַמְתָּ, &c. cũ chirìc. Macór, הִוָּחֵם. & sic imperatiuum. Futurum, אֵחָם, vel אִחָם, &c. Rectum est etiam vt הַנֵּחָמִים veniat secundum morem verborum quorum י quiescit, quæ duobus cõiugantur modis, cum chólem vt יוֹדַע יוֹלַד:& hic est communis modus, & ו est loco י. Alter modus est quũ manet י quiescens post serí, non

quidem ſcriptum י,ſed manẽs in anhelitu: quem modum habet הַנֵּחָמִים.in potẽtia enim ſerí eſt י, & hoc eſt rectum.Hic etiá modus eſt in hifhíl in verbis quieſcẽtibus. nã vtplurimum mutãt י in ו,& ſunt cum chólẽ, vt הוֹרִיעַ הוֹרִיד.Et cũ ſerí,vt הֵיטִיב. Et quia dum quiſpiá iraſcitur,caleſit,ira appellatur חֵמָה,quod eſt inſtar עֵדָה רָעָה עֵצָה,à יָעַר יָרַע יָעַץ. Ieſah.42.25, Et effudit ſuper eum חֵמָה אַפּוֹ,irá in furore ſuo.אַפּוֹ pro בְּאַפּוֹ,ſecundũ R.D.in cõment.vel eſt abſolutũ pro cõiuncto,pro חֲמַת אַפּוֹ irá furoris ſui,inquit idem. Inuenitur & cum א loco ה,vt Dani.11.45,בְּחֵמָא cũ ira.In regimine,Prou.16.14, חֲמַת־מֶלֶךְ ira regis. Ieſah.63.5,וַחֲמָתִי הִיא & ira mea hæc. Iiób 6.4,חֲמָתָם irã (vel venenũ) earum bibit ſpiritus meus. Plurale,Pſal.76.11,reſiduum חֵמוֹת irarum accinges.eſt inſtar עֵצוֹת.Vide illius expoſitionẽ in חָגַר. חֵמֶת,Vter vtris,require in חמת.Illud tamẽ Hoſe.7.5,ibi citatũ,eſt ex hac radice, imò & omnia quæ ibidem memorãtur, poſſunt eſſe ex hac radice.Et illud Pſalm.58.5,חֲמַת־לָמוֹ כִּדְמוּת חֲמַת־נָחָשׁ venenũ eis(.i. eorum) ſecundum ſimilitudinẽ veneni ſerpẽtis.Ob vehementiá enim iræ videtur homo venenum ex ore ſuo & facie ſua emittere inſtar ſerpẽtum. Et ita habet Tharghũ, אֵירַסָא venenũ eis,&c.Et ponitur pro חֵמָה.eſt enim coniunctum vice abſoluti, inquit R.D. ſicut illud Leuit. 8.26, חַלַּת, pro חַלָּה. R.quoq; Dauid,& R.Abrahám exponũt,venenũ. Et ſic Pſal.140.4,חֲמַת עַכְשׁוּב venenum aſpidis,&c.

יחף Diſcalciatus.nomen tóar. Ieſa.20.3, Nudus,וְיָחֵף & diſcalciatus. Irme.2.25,Prohibe pedem tuum מִיָּחֵף vt non diſcalciatus,ſub.ambules,ſecúdum R.D. in lib.rad. Vel eſt(inquit)nomen,pro à diſcalciatione.

יָחַר & וַיִּחַר Quære in אָחוֹר.

יחש Cũ puncto in ſiniſtro cornu, Genealogia, Proſapia, familia, gentilitas, à qua gẽtiles qui ſunt ex eadẽ familia. Et Hebræis, שֵׁם הַיַּחַס dicitur nomen gẽtile aut gentilitiũ, quod gẽtis aut familiæ declarat originẽ, cuiuſmodi eſt עִבְרִי, Hebræus, מִצְרִי, AEgyptius. Neche. 7.5, Et inueni librũ הַיַּחַשׂ genealogiæ. id eſt cognitionis familiæ à patribus. Et pro מִשְׁפְּחוֹת familiæ, Pſal. 96.7, Tharghum habet יְחוּסֵי. Hinc verbũ in hithpahál, pro Recẽſeri, aut dinumerari per genealogiã, aut familiã. 1. Paralip. 5.17, Omnes ipſi הִתְיַחְשׂוּ recenſiti ſunt per genealogiã. Nechem. 7.5, & populum לְהִתְיַחֵשׂ vt recenſeretur per genealogiã. 1. Paralip. 4.33, וְהִתְיַחְשָׂם & recẽſeri eorum. Alii, genealogia eorũ ipſis. ſed eſt macór, quod tamen plærũque pro nomine poni conſueuit. Et ſic 2. Para. 31.17, וְאֵת הִתְיַחֵשׂ הַכֹּהֲנִים & genealogiã ſacerdotum.

יטב Bonum, vel bene eſſe, Placere, Iucundum eſſe, Pulchrum fieri, Dirigere, diſponere, aptare. Gen. 12.13, לְמַעַן יִיטַב־לִי vt bene ſit mihi. 1. Sem. 24.4, כַּאֲשֶׁר יִטַב vt bonum fuerit (vel placuerit) in oculis tuis. Irme. 7. 23, לְמַעַן יִיטַב לָכֶם vt placet vobis. Eccleſ. 7.3, יִיטַב לֵב iucundum erit cor. Cum ו tria carẽt altero י, 1. Reg. 21.7, וְיִטַב לִבֶּךָ & iucũdum ſit cor tuũ. 2. Reg. 25.24, וְיִטַב לָכֶם & bene erit vobis. Et Irme. 40.9, וְיִטַב. R.D. in Michlól addit quartũ, Iehoſ. 22.30, וַיִּטַב. deficit enim י radicale. Alia ſunt plena, ſiue cũ duplici י. Et in hifhíl ſignificat Benefacere. Gen. 12.15, וּלְאַבְרָם הֵיטִיב & ipſi Abrám benefecit. 1. Sem. 25.31, וְהֵיטִב & benefecerit. eſt ſine י ſecundo. Ruth 3.10, הֵיטַבְתְּ חַסְדֵּךְ meliorẽ feciſti miſericordiã tuã nouiſſimã priore. 1. Sem. 16.17, Videte quæſo mihi virũ מֵיטִיב לְנַגֵּן bene ſe habentẽ ad pſallendum. i. aptũ atque idoneum. Iudic. 19.22, מֵיטִיבִים אֶת־לִבָּם exhilarabant cor

ſuũ. Prou.30.29, Tria ſunt מֵיטִבֵי צָעַד וְאַרְבָּעָה מֵטִבֵי לָכֶת be ne ſciẽtes inceſſum(.i.incedere)& quatuor bene ſcientes ambulare.i.optime incedẽtes. Macór, Irm.7.5, Si הֵיטֵיב תֵּיטִיבוּ אֶת־דַּרְכֵיכֶם bonas faciendo, bonas feceritis (vel, dirigẽdo direxeritis) vias veſtras. Exo.30.7, בְּהֵיטִיבוֹ אֶת־הַנֵּרֹת quum bene aptauerit(vel direxerit) lucernas.

Imperatiuũ eſt ſicut præteritum, הֵיטִיב הֵיטִיבוּ, &c. Vel cum ſerí, הֵיטֵב, &c. vt macór inſtar הֵילֵיל. Et cum ה, Pſa. 51.20, הֵיטִיבָה בִרְצוֹנְךָ אֶת־צִיּוֹן benefac voluntate tua (vel ſecundum voluntatem tuá) ipſi Siión. Ieſa.23.16, הֵיטִיבִי נַגֵּן benefac pſallendo.i.bene cane. Futurũ, אֵיטִיב, Benefaciam, vt in macór. Vel אֵיטֵב cum ſerí. Prouer.15.13, Cor lætum יֵיטִב פָּנִים exhilarabit (vel decorabit) faciem. Et 17.21, Cor lætum יֵיטִב גֵּהָה benefaciet(vt) medicina. ſub. corpori. deficit autẽ כ, ſecundũ R.D. in lib. rad. Vel ſecundum Tharghú, decorabit: & R. Himmanuél, decorabit formã, ſub. hominis: & lucẽ, ſub. vultus illius. Vide גֵּהָה. 1. Semu.20.13, כִּי־יֵיטִב ſi placuerit patri meo malum, &c.i. ſi rectũ & bonum fuerit in oculis patris mei vt adducat malum ſuper te, reuelabo, &c. Et cum motu vtriuſque י, Iiób 24.21, יְיֵטִיב. Et defectiuũ.i. ſine י coniugationis, 1. Reg.1.44, יֵיטֵב. hoc factum eſt, quia perfectum debuerat eſſe cũ ה cõiugationis יְהֵיטִיב, יְהֵיטִב, aut י radicali quieſcente, ſicut illud Ieſah.52.4, יְהֵילִילוּ. & ob defectum ה coniugationis, ad alleuiãdam pronuntiationẽ, tranſiuit eius punctatura in י radicale, vt ait R. D. in Michlól, videlicet יְיֵטִיב. & ſic Pſal.138.6, יְיֵדָע, pro יְהֵידָע. Et ſi fuerit longum, erit cũ ſeghól, vt Exod.1.19, וַיֵּיטֶב. 2. Reg.9.29, וַתֵּיטֶב אֶת־רֹאשָׁהּ & ornauit(aut decorauit, vel direxit, ſecundũ R.D.) caput ſuũ. Nachum 3.8, הֲתֵיטְבִי מִנֹּא אָמוֹן nunquid melior eris(pro fortior es) No multitudinis?

multitudinis?i.No ciuitate Alexádriæ multos habente populos. Ponitur & מְאֹד מְאֹד pro הֵיטֵב valde,valde .i.vehemétissime,inquit R.Dauid in lib.rad. Deuter. 9.21, Et contudi illum lima(vel molendo) הֵיטֵב vehementissime.Ionáh 4.9,הֵיטֵב vehemétissime ira est mihi.Deuter.17.4,Et quæsieris הֵיטֵב vehementissime.aut exactissime. Nomé,præposito מ,Exo.22.4,מֵיטַב שָׂדֵהוּ וּמֵיטַב כַּרְמוֹ יְשַׁלֵּם bonitatem(.i.optimum)agri sui, & bo nitatem vineæ suæ reddet.

יין Vinú.Irme.13.12,Et omnis vter implebitur יָיִן vino. Psal.104.16,וְיַיִן & vinú lætificet cor hominis.Iesah. 5.12,וָיַיִן & vinú,conuiuia eorú.deficit ו,pro,& conuiuia eorum:quia יַיִן non est in regimine. Vel dic esse absolutú pro coniuncto,vt sit,Et vinú conuiuiorú eorum. Prouer.9.5,Et bibite בְּיַיִן vinum. ב hoc loco redundat, inquit R.D.In regimine,Deut.32.38,יֵין נְסִיכָם vinum libaminis eorum.Gene.9.24,מִיֵּינוֹ á vino suo.

יכח Increpare,arguere,reprehendere,Disputare,Parare,præparare. In hifhíl. Genes.24.43, Hæc est mulier אֲשֶׁר־הוֹכִיחַ quam præparauit Dominus filio domini mei. Et 21.23,וְהוֹכִחַ אַבְרָהָם אֶת־אֲבִימֶלֶךְ & increpauit Abrahá ipsum Abimeléch. 2.Reg.19.4,וְהוֹכִיחַ בַּדְּבָרִים & increpauit verbis. 2.Sem.7.14,וְהֹכַחְתִּיו בְּשֵׁבֶט אֲנָשִׁים & in crepabo eú virga virorú.Prou.24.25,וְלַמּוֹכִיחִים & increpátibus.sub.impios.Iiób 13.3,וְהוֹכֵחַ אֶל־אֵל & disputare cú Deo vellé. Proue.9.8,הוֹכַח לְחָכָם argue sapientem.Iiób 13.16,דְּרָכַי אֶל־פָּנָיו אוֹכִיחַ vias meas corá illo arguá. Et 16. 21,וְיוֹכַח לְגֶבֶר עִם־אֱלוֹהַּ & disputaret(.i.vtiná disputare posset)vir cú Deo.Sic explicat R.Moséh filius Nachmán, Et vtiná faceret in hoc,vt disputaret vir cú Deo, sicut homo disputat cú amico,vel proximo suo.Et rectú est,

inquit,in oculis meis vt dicat,Deflet oculus meus precãdo illum vt increpet ipſe omnẽ virum qui venit ad diſputandum cũ Deo ſuo.Cui aſtipulatur ל deſeruiens litera,quæ ſecundum priorẽ expoſitionẽ redundat.Sic igitur vertẽdum eſt,Et increpet(ſcilicet Deus)virũ cũ Deo.ſub.diſputãtẽ.Et ſine י cõiugationis,& ו,Iiób 22.4, Nũ timore tui יֹכִחֲךָ diſputabit tecũ? ponitur enim pro יוֹכִיחַ עִמָּךְ,aitR.D.Gen.31.36,וְיוֹכִיחוּ & declarẽt inter nos. vel corripiãt.Iiób 19.5,וְתוֹכִיחוּ & argueritis me(ſub.eſſe impiũ)propter opprobriũ meũ.Vel argueritis,id eſt argumẽta attuleritis ſuper me, vel contra me opprobrii mei.i.quòd iuſte probris afficiar,&c. Et in nif hál,Iiób 23.7,Ibi rectus נוֹכָח עִמּוֹ diſputat cũ illo.eſt breue.Gene. 20.15,וְאֵת כֹּל וְנֹכָחַת & in omnib' erudiuit ſe.Sũt (inquit R.D.)verba Moſéh,Dixit quòd cũ omnibus quæ euenerũt illi,quãdo dixit,Frater meus eſt,cũ Parhóh & Abimélech, erudita eſt Saráh, ne vlterius diceret, Frater meus eſt.Et ו in וְנֹכָחַת redũdat, ſicut & ca.22.4,Die tertio וַיִּשָּׂא leuauit,&c. Et in hof hál, Iiób 33.19, וְהוּכַח & præparabitur. Et in hithpahál,Micháh 6.2,Et cũ Iſraél יִתְוַכָּח diſputabit.i.vult diſputare. Nomẽ,תּוֹכַחַת,Increpatio. Hoſe.5.9, Ephráim in deſolationẽ erit in die תּוֹכֵחָה increpationis,in tribubus Iſraél cognoſcere feci (oſtẽdi)fidẽ.Vel,verũ:ſub verbũ.i.in die qua increpaui eos in deſerto,in tribubus Iſraél, quãdo fuerũt omnes pariter,oſtendi eis verax verbum. Alia forma, Prouerb.27.5,Melior eſt תּוֹכַחַת מְגֻלָּה increpatio manifeſta, quàm amor abſconditus.i.melior eſt amor manifeſtatus in increpatione,quẽadmodũ ſcriptũ eſt eodẽ libro, ca.3.12, Quẽ enim diliget Dominus,increpabit.& 9.8, Increpa ſapientẽ,& diliget te. Quũ igitur homo alte-

rum increpat, tunc manifeſtatur amor in increpatione. Et hic amor melior eſt amore abſcondito, quo videlicet homo alterum amat in corde ſuo, & non manifeſtat ei amorẽ, nec illum increpat quũ opus eſt illum increpare. Sic R.D. in lib. rad. At R. Ioſéph exponit acſi dicat, Quũ homo alterum increpat, bonum eſt illi, hoc eſt increpatio bona eſt quomodocũque, etiã ſi manifeſte fiat. Sed quãdo increpatio eſt ex amore abſcondito. i. quãdo increpat amicũ ſuum, increpat eum in abſcondito inter ſeſe & illum, & non manifeſte ac publice, ne illum pudore ſuffundat. Plurale, Pſal. 149. 7, תּוֹכֵחוֹת increpationes. Et 38. 15, cum camés, תּוֹכָחוֹת. Iechez. 5. 16, וּבְתֹכְחוֹת & in increpationibus iræ. eſt ſine ו.

יָכֹל, Poſſe, Præualere. In cal præteritũ eſt inſtar פָּעוֹל cum chólem. Gen. 45. 1, וְלֹא־יָכֹל & non potuit. 1. Semu. 4. 15, יָכוֹל. Et cũ ו, Exod. 18. 23, Si, &c. וְיָכָלְתָּ & poteris. eſt cũ camés chatéph loco chólem, inquit R. Dauid in lib. rad. Pſal. 13. 5, יְכָלְתִּיו præualui ei. vel potui præ illo. i. pluſquã ille. Eſt enim ſicut יָכֹלְתִּי לוֹ או מִמֶּנּוּ, inquit R. D. in lib. rad. & R. Abrahám. eſt enim intranſitiuũ. & ſic Neche. 9. 28, וַיִּזְעֲקוּ אֵלֶיךָ או לְךָ pro וַיִּזְעָקוּךָ. Maeór, Nume. 13. 30, יָכוֹל נוּכַל לָהּ præualendo præualebimus ei. Alia forma, deficiente י radicali, Iiób 42. 2, כֹּל תּוּכָל præualendo præualebis. eſt ſicut יָכֹל, & ſic שׁוּב. vide יָשַׁב. Et rurſum alia forma, ſecundũ R.D. in Michlól, & li. ra. Nume. 14. 16, מִבִּלְתִּי יְכֹלֶת nõ poſſe Dominũ introducere. Vel melius, propter non poſſe, &c. i. eo quòd non poteſt, &c. & ſic Deuter. 9. 29, מִבְּלִי יְכֹלֶת. & eſt ſicut יְבֹשֶׁת de quo in יָבֵשׁ. Vel dic eſſe nomina verbalia, inquit R. Dauid in Michlól. Futurũ eſt cum ſúrec, & non cum chólem, ne miſceatur cum אוֹכַל, ab אָכַל comedit. nec

159

est cū seri sicut alia verba quorū י quiescit, vt אֵרֵד יָרַד à יָרַד, ne misceatur cum verbis quorum vltima, quæ est ה,quiescit,vt Exod.39.32,וַתֵּכֶל à כָּלָה. Gen.19.20,לֹא אוּכַל nō potero erui. Illud autē Proue.30.1,Ad Ithiel וְאֻכָל & Vchál:est propriū nomē:vel est futurū,pro,& potero: acsi dicat,ad Ithiél quomodo potero respondere, quū sim stultior omni homine?sic secūdū R.Himmanuél. In cōmentariis nuper impressis dicitur esse nomen sapientis. Tharghum,verbū reliquit Hebraicum. Irme. 20.10,וְנוּכְלָה לוֹ & præualeamus ei. Nomē,מִיכַל,est,פֶּלֶג, Riuus.2.Semu. 17.20, Transierunt מִיכַל הַמָּיִם riuum aquarum. Tharghum,יַרְדְּנָא Iardén.siue Iordanem.

יכת Secūdum R.Iehudáh, & R.Ionáh, est radix per sé,idē significās quod כָּתַת,Cōtundere, conterere. Citāt illud Num.14.45,וַיַּכְּתוּם & contuderunt eos. Sed R.Dauid radicē arbitratur esse כָּתַת.Nec obstat daghés in כ,quia idē vsu venit plærisque aliis:vt זָלַל תָּמַם רָמַם.Demum rectum est,inquit,vt radix sit נָכַת.

ילל, Vlulare,in cal & in hifhil.& inuenitur macór in cal,secundū R.Moséh,& R.Dauid in lib.rad. & Michlól: vt 1.Semu.4.19, grauida לָלַת ad vlulandum. quod est sicut לָרֶדֶת לָשֶׁבֶת à יָרַד יָשַׁב.& sic dicendum erat לְלֶלֶת, sed propter graue pronūtiationem trium lamedím pariter,remotum est vltimū ל radicale,& est sicut לָתֵת quod ponitur pro לְתֶנֶת, & est sensus, quòd peruenerat ad vlulatū,doloresque parturientis. Et in hifhíl quiescit י absque permutatione in ו,quéadmodum permutatur in הוֹרִיד, & cōiugatur sicut הֵיטִיב, hoc modo הֵילִיל הֵילַלְתָּ הֵילַלְתִּי הֵילִילוּ. Et sic imperatiuū, הֵילִיל, vel הֵילֵל. Et futurum,אֵילִיל יֵילִיל,&c.vel.cum motu vtriusque י,יְיֵלִיל,&c.vt dictum est in יָשַׁב.Zecha.11.2,הֵילֵל vlu-

la ar ies,&c.הֵילִילוּ vlulate. Illud autẽ Ieſa.14.11, Quomodo cecidiſti de cælo הֵילֵל בֶּן־שָׁחַר eſt nomẽ, pro Lucifer fili auroræ. Et eius radix eſt הָלַל, & nó יָלַל vt quidá ſcripſerũt. Irme.48.20, הֵילִילִי וּזְעָקִי, ita ſcribitur, quia duplex eſt lectio, videlicet, הֵילִילוּ וּזְעָקוּ vlulate & clamate: imperatiua maſculea. vel הֵילִילִי וּזְעָקִי, & ſic ſũt imperatiua fœminea, vt Ieſa.14.31, הֵילִילִי שַׁעַר זַעֲקִי־עִיר, vlula porta, clama ciuitas. Micháh 1.8, וְאֵילִילָה & vlulabo. Ieſa.52.5, dominatores יְהֵילִילוּ vlulabunt. vel potius, vlulare faciẽt. Eſt enim verbũ tráſitiuũ, ait R.D. in lib. rad. i. gẽtes quæ dominátur Iſraeli, vlulare facient illum. Cur hæcita pũctẽtur, habes in יָשַׁב in hifhíl. Illud Hoſe.7.14, יְיֵלִילוּ vlulabũt, filii Aſer legunt vtroque י moto. At filii Naphthali legunt י ſignũ futuri cum ſeri, י radicali quieſcente, hoc modo, יֵילִילוּ. & ſic Ieſah.65.14, תְּיֵלִילוּ, vlulabitis. ſed veniunt cum motu י radicalis, ratione dicta in יָשַׁב. Illud etiá Ieſa.15.2, יְיֵלִיל, R. Iehudáh ſcribit priore י cũ ſerí, altero quieſcente. At R. Ionáh ſcripſit, י radicale punctari cũ ſeri, & geminari, ſecundo quieſcente: quod eſſe nó poteſt, quia non eſt poſt ſerí litera quieſcens: niſi ſerí, quod eſt in י radicali, ſit ſignum ה conſtitutiui hifhíl, quod deficit. Pro יְהֵילִילוּ enim dicimus יְיֵלִילוּ. & quia deficit ה, poſuerunt ſerí in י radicali, vt oſtendant ה defeciſſe. Nomen, יְלָלָה, Vlulatus. Sephan.1.10. Et in regimine, Zechar.11.3, קוֹל יִלְלַת הָרֹעִים vox vlulatus paſtorũ. Irm.25.35, וִילְלַת אַדִּירֵי, & vlulatus fortium pecoris. ו cum ſeuá, & י cum chiric, vt legunt filii Naphthali: ſed filii Aſér legunt ו, וִילְלַת cum chiric, & י quieſcente, ſicut illud Pſal.45.10, בּ, בִּיקְּרוֹתֶיךָ cum chiric, & י quieſcente, vt legunt filii Naphthali, ſicut omne י motum. i. pronuntiatum cum chiric, quádo id quod præcedit, eſt cũ ſe-

uá,quia quieſcere facit י,& tráſfert chiric in præcedentem literam, vt in לִירְאָה לְיִזְרְעֶאל בְּיִזְרְעֶאל quieſcere facit י,& mouet ל,& כ cum chiric. Ieſah.15.8,יִלְלָתָהּ vlulatus eius. Deuter.32.10,יְלֵל יְשִׁמֹן vlulatus deſerti. Vel eſt nomen loci, ab vlulando ſic appellati. R. Selomóh, in loco vlulatus draconum. Tharghum, & in loco ſitienti vbi non erat aqua. אַלְלַי, Væ, à plærisq; ponitur in hac radice: at require in אָלַל.

ילד Párere, parturire, generare, Naſci. & dicitur tam de fœmina quàm de maſculo, ſed frequẽtius de fœmina. Gen.4.19. Methuſaél יָלַד genuit Lémech. Pſa. 7.16, וְיָלַד שָׁקֶר & pariet mendacium. Irme.17.11,(Sicut) perdix collegit oua, וְלֹא יָלָד & nõ peperit. pro, colligit & parit. 1. Paral.2.48, Et cõcubina,&c. יָלַד שֶׁבֶר peperit Séber. ponitur pro יָלְדָה, ſicut eodem capite, verſu 44, cõcubina Caléb יָלְדָה אֶת־חָרָן peperit Charán. Prou.23.22, patri tuo huic qui יְלָדֶךָ genuit te. vel, hic genuit te. pro, hic enim genuit te. Pſal. 2.7, Ego hodie יְלִדְתִּיךָ genui te. pro יְלַדְתִּיךָ: chiric enim eſt loco patháh, vt ait R.D. in Michlól. Gene.31.7, וְיָלְדוּ כָל־הַצֹּאן pariebãt omnia pecora. Ieſah.26.18, יָלַדְנוּ רוּחַ peperimus ſpiritum. Et 51.18, ex omnibus filiis יָלָדָה (quos) peperit. Subauditur enim אֲשֶׁר. & ſic 54.1, Lauda ſterilis לֹא יָלָדָה (quæ) nõ peperit. i. quæ es vt mulier quæ non peperit. Et Cant.8.5, ibi cõcepit יְלָדַתְךָ (quæ) genuit te. Illud autẽ Gene.16.11, Ecce tu prægnans, וְיֹלַדְתְּ בֵּן & paries filiũ. eſt verbum cõpoſitũ ex יוֹלֶדֶת & יָלַדְתְּ, ex participio & præterito: Vel eſt ex pohél, inſtar שׁוֹפַטְתְּ. Idẽ Iudic.13.5, וְיֹלַדְתְּ בֵּן. & 7, וְיֹלַדְתְּ בֵּן R.D. in Mich. & li. ra. ſunt ſine ו poſt י. Irm.15.10, יְלִדְתִּנִי peperiſti me. chiric ל eſt loco patháh, & eſt ſine י poſt ת. Hîc aduerte pronomen in prima & ſecunda perſona æquari: vt habes li.3. Hebraicarũ inſtit. ca.13. Irme.2.27,

יְלִדְתַּנִי peperisti me. quod ponitur pro יְלִדְתִּינוּ peperisti nos, vel יְלִדְתִּינִי peperisti me. Est enim duplex lectio. idcirco scribitur יְלִדְתַּנִי, & chiric ל est loco pathách. Participiũ, Prou. 17. 21, יֹלֵד כְּסִיל generãs stultũ. Et 23. 24, יוֹלֵד חָכָם generãs sapiẽtẽ. Iesa. 21. 3, Sicut dolores יוֹלֵדָה parientis. aut parturiẽtis. Dan. 11. 6, וְהַיֹּלְדָהּ & pariẽtẽ illã. pro, & illã quæ peperit eã. Passiuum, vel tóar secundũ R. D. in li. ra. 1. Reg. 3. 26, Date illi אֶת־הַיָּלוּד הַחַי natũ viuũ. Macór, Gene. 29. 34, & stetit מִלֶּדֶת à pariẽdo. Futurũ, Gene. 18. 13, אֵלֵד pariam. Prou. 27. 1, מַה־יֵּלֶד יוֹם quid pariet dies. Est & altera lectio, יֵלֵד, & sic est nomen, secundũ R. Dauid, significãs tẽpus pariens accidentia. Gene. 20. 17, וַיֵּלֵדוּ & pepererũt. י est loco ת. Et in nifhál, Psal. 22. 32, לְעַם נוֹלָד populo illius qui nascitur. i. qui nasciturus est. לְעַם enim est in regimine: & sic habet Tharghũ, Populo illius qui futur' est rex. Gen. 21. 3, vocauit Abrahám nomẽ filii sui הַנּוֹלַד־לוֹ qui natus est ei. est præteritũ, quia ל est cũ pathách. & sic 1. Paral. 3. 1, נוֹלַד־לוֹ. Et 4, נוֹלְדוּ־לוֹ nati sũt illi. Et 20. 8, נוּלְּדוּ nati sunt. duo hæc, sunt cũ ו, & ל est daghessatũ, & daghés est loco י quiescẽtis quod est in נוֹרְעוּ נוֹרַעְנוּ quæ sunt cum chólem: & quãuis sit scriptum hának cum daghés, periit tamen de spiritu siue anhelitu, inquit R. D. in lib. rad. & Michlól. Vel sunt composita ex nifhál, & puhál. Macór, Gen. 21. 5, בְּהִוָּלֶד לוֹ quũ natus est illi. Hose. 2. 5, in die הִוָּלְדָהּ qua nata est ipsa. Futurũ, Iiób 3. 2, pereat dies אִוָּלֶד בּוֹ in quo nascar in illo. pro, natus fui. Deest אֲשֶׁר, & בּוֹ redũdat: & sic habet Tharghũ, pereat dies דְּאִתְיְלֵדִית בֵּיהּ in qua natus fui in ea, quanquã sunt qui exponant de futuro, acsi dixisset, Vtinã perisset dies in quo nasciturus erã, quia sic natus nõ fuissem. sed prius, est rectũ. Participiũ in pihél pro nomine tóar fœmineo, Genes. 35. 17, Et dixit ei הַמְיַלֶּדֶת

obstetrix. Et appellatur hoc verbo, quòd iuuet parientem ad pariẽdum, inquit R.D. Exod.1.16, הַמְיַלְּדֹת obstetrices. Macór, Exo.1.15, בְּיַלֶּדְכֶן אֶת־הָעִבְרִיּוֹת quum obstetricabitis vos Hebræas. Et in puhál, Irme.20.15, יֻלַּד לְךָ בֵּן זָכָר natus est tibi filius masculus. Vnũ est cũ camés, Gen.41.49, יֻלַּד natus est (pro nati sunt) duo filii. Cũ ו & daghés, Iudic.13.8, puero הַיּוּלָּד qui natus est, pro, qui nascetur. Est enim præteritum loco futuri, & ה vice אֲשֶׁר, inquit R. Semuél. Et in hifhíl, sine ו quod est loco י, Nume.26.57, הֹלִיד אֶת־עַמְרָם genuit Hamrám. Et cum ו, Gene.48.6, Et cognatio tua אֲשֶׁר־הוֹלַדְתָּ quam genuisti post eos, tibi erũt. i. & filii tui quos generabis post eos, &c. præteritum vice futuri, ait R. Dauid. Iesah.66.9, הַמּוֹלִיד qui gignere facio. Leuit.18.7, מוֹלֶדֶת בַּיִת אוֹ מוֹלֶדֶת חוּץ quæ genita est intus, vel quæ genita est foris. Participium actiuũ pro passiuo, vel toár. Tharghum, quæ genita est à patre tuo ex altera vxore, vel à matre tua ex viro altero. Macór cũ serí, Iesa.59.4, וְהוֹלִיד אָוֶן & parere iniquitatẽ. Et הוֹלִיד, Gene.5.3, postquã הוֹלִידוֹ genuit ipse. Futurum, Gene.17.20, יוֹלִיד generabit. Et macór in hofhál, secundũ R.D. in Michlól, & lib. ra. Gen.40.20, יוֹם הֻלֶּדֶת אֶת־פַּרְעֹה die qua natus fuit Parhoni, sub. filius. vel, die qua natus fuit ipse Parhóh. Vtroque modo exponit R. Dauid, & daghés est loco ו quiescẽtis. Et cum ו, & ל cum daghés, vt Iechez.16.3, In die הוּלֶּדֶת אֹתָךְ qua nata es tu. Et in hithpahál, Nume.1.18, וַיִּתְיַלְדוּ & secundum genealogiam recensiti sunt. vel, & visi sunt à quo essent geniti. i. ostensa est genealogia eorum, & de qua essent tribu, vt exponit R.D. in lib. rad. & ל nõ est daghessatũ: י verò est cũ pathách, & ghahiá. Nomẽ, מוֹלֶדֶת, vt in hifhíl, Leui.18.7. Vel est toár, & hoc est rectum,

rectum,inquit R.Dauid,& est sicut מַחְמֶצֶת,quod est ex perfectis, & מוֹרַעַת quod est ex quiescétibus, & exponit vt Tharghú:& doctores tam de legitima,quàm de spu ria.Genes.48.6,וּמוֹלַדְתְּךָ & cognatio tua.i.filii. Et 11.28, בְּאֶרֶץ מוֹלַדְתּוֹ in terra natiuitatis suæ. Itẽ 32.8,וּלְמוֹלַדְתְּךָ & ad natiuitatẽ tuam. i.tuæ natiuitatis locũ. Ieche.16.2, וּמוֹלְדוֹתַיִךְ & natiuitates tuæ.est sine ו. Et 3, cũ ו,וּמֹלְדֹתַיִךְ.

Et יֶלֶד cum sex punctis,Infans,filius,puer.Gen.4.23, וְיֶלֶד & puerũ.Et 21.8,Et creuit הַיֶּלֶד puer.1.Sem.1.2,יְלָדִים nati.filii.Iesa.57.4,יִלְדֵי־פֶשַׁע filii præuaricatiõis. י cũ chi ric.Exo.21.4,וִילָדֶיהָ & infantes eius. Fœmineũ,Gen.34. 4, אֶת־הַיַּלְדָּה הַזֹּאת puellã hanc in vxorẽ.Zechar.8.5,implebuntur יְלָדִים וִילָדוֹת pueris ac puellis. Masculeũ alia forma,cum ו loco י,וָלָד,Gen.11.30,instar חָכָם. 2.Sem.6. 23,nõ fuit יָלֶד filius.י cum camés propter athnách,aliâs dicitur וָלֶד pro יֶלֶד. Alia itẽ forma,Gen.17.12,יְלִיד בָּיִת natus domus.i.vernaculus. Plurale,יְלִידִים.Gene.17.23, יְלִידֵי בֵיתוֹ natos domus suæ. Alia præterea,יִלּוֹד,quod tamen potest esse participium passiuũ.ibi vide. Alia postremo,יִלּוֹד, Exo.1.21,Omnem filium הַיִּלּוֹד natum. est tóar . Irme. 16.3, super filios ac filias הַיִּלּוֹדִים בַּמָּקוֹם הַזֶּה natos in loco isto. Nomen, לֵדָה, Partus, natiuitas: instar עֵדָה עֵצָה à יָעַד יָעַץ. 2.Reg. 19.3, Et robur non est לְלֵדָה ad partum.Potest esse & macór,pro,ad parien dũ:sicut & illud Exo.2.4,לְדֵעָה. R.D.putat esse tóar,pro parturiẽti,aut puerperæ.Hose.9.11,מִלֵּדָה à partu. Alia forma,יַלְדוּת, Pueritia,siue tẽpus pueritiæ, adolescentiæ ac iuuẽtutis. Eccle.11.9,בְּיַלְדוּתֶךָ in iuuẽtute tua.Psa.110. 3,Tibi ros יַלְדֻתֶךָ pueritiæ tuæ. Alia itẽ,תּוֹלְדָה,Generatio:cuius plurale est Gen.2.4,תּוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם generationes cæli. Et 36.9,תֹּלְדוֹת עֵשָׂו generationes Hesau. Itẽ 37.

2,אֵלֶּה תֹּלְדוֹת Istæ generationes Iahacób.i.accidẽtia quæ euenerunt illi propter Ioséph,& causa descensionis illius in AEgyptum: vt exponit R.Dauid in lib.rad.Cui astipulatur quòd nulla fiat ibi mẽtio de iis qui ab illo descẽderint,&c. Alia contrà scribuntur, scilicet cum ו post ת, & sine ו post ר,Gen.6.9,אֵלֶּה תּוֹלְדֹת Istæ generationes Nóach. Hoc loco cõprehendit hoc nomen, nõ modo eius generationẽ, verumetiam quæ illi contigerunt,& quæ per illum gesta sunt.Proinde narrata triũ filiorum generatione, mox narrauit per illũ gesta. Et quia cor generat cogitationes,ac consilia: ipsæ cogitationes,atq; consilia vocantur יְלָדִים,id est filii,inquit R. Dauid: vt Iesah.2.6,וּבְיַלְדֵי נָכְרִים יַשְׂפִּיקוּ & cogitationibus (aut consiliis)alienorũ applauserunt. Est enim futurũ pro præterito. Vel,sufficiẽtes fuerunt.Sunt,inquit idẽ, qui exponũt,Et in scientiis alienorũ occupauerunt se. acsi dicat, dederunt operã sciẽtiis alienis, omissis lege, præceptísque diuinis. Alii,inquit rursum,idem,exponunt,Et imaginibus alienorum applaudẽt. Quotidie enim nouas fabricabant imagines.

יָלַךְ Et הָלַךְ eiusdẽ significationis , at יָלַךְ non vtimur in præterito & participio, sed in macór,imperatiuo,& futuro,iuxta R.D.in Michlól,vt dictum est in הָלַךְ.2.Sem.19.24, A die לֶכֶת הַמֶּלֶךְ ambulãdi regẽ.i.quo ambulauit rex. Iechez.1.19,וּבְלֶכֶת & quum ambularẽt. Deuter.19.9,וְלָלֶכֶת & vt ambules.1.Sem.9.9,בְּלֶכְתּוֹ quũ iret ipse.Imperatiuum,Gene.12.1,לֶךְ־לְךָ vade tibi è terra tua. est cum seghól propter maccáph.Et 12.19,Surge וָלֵךְ & vade. Nume.23.12, לְךָ־נָּא veni quæso mecum. Et cum ה,Gene.37.13,לְכָה veni. Plurale,Gen.37.27,לְכוּ venite.Sæpius est exhortantis,acsi dicat,Eia: vt Iesa.1.18,

לְכוּ־נָא venite quæſo(vel eia)& argumentemur. Et cum zachéph & athnách,& ſoph paſſúc eſt cum ſerí. Iehoſ. 2.16, לֵכוּ ite. Gene.42.32, וָלֵכוּ & ite. Exod.12.31, וָלֵכוּ. Futurum, Gene.24.57, אֵלֵךְ ibo. Iechez.3.14, וָאֵלֵךְ & ambulaui. Et vnum cum י, Micháh 1.8, אֵילְכָה ibo. Exod.3.20, כִּי תֵלֵכוּן לֹא תֵלְכוּ רֵיקָם quú ibitis, nõ ibitis vacui. Micháh 6.15, וַתֵּלְכוּ & ambulaſtis in cõſiliis eorú. Et in hifhíl, Ieſah.42.16, וְהוֹלַכְתִּי עִוְרִים & ambulare faciá cæcos. Iiób 12.17, מוֹלִיךְ qui ire facit. Irme. 2.16, בְּעֵת מוֹלִכֵךְ tempore quo ire te faciebat per deſertũ. eſt defectiuũ.i.ſine י cõiugationis. Imperatiuũ, הוֹלִיךְ, vel הוֹלֵךְ cum ſerí, inquit R.D. in Michlól,& in lib.ra. vt Nume.16.44, וְהוֹלֵךְ & perge(vel pergere fac)cito ad,&c. Alii putant eſſe participium ab הָלַךְ. Exod.2.8, הֵילִיכִי אֶת־הַיֶּלֶד הַזֶּה ire fac puerum iſtũ. eſt plenũ, id eſt cú י radicali,& nõ eſt permutatum in ו, ait R.Dauid, ſicut in הוֹלֵךְ & הוֹלִיךְ. Futurũ, 2.Semu.13.13, quò אוֹלִיךְ אֶת־חֶרְפָּתִי ire faciá probrú meũ? Exo.14.21, וַיּוֹלֶךְ & ire fecit(.i.recedere)Dominus mare. eſt cú ו. Sequens eſt defectiuũ, 2.Reg.6.18, וַיֹּלֶךְ. Thren.3.2, וַיֹּלַךְ, eſt cú pathách propter accentum ſuſpenſiuum.

ילפ Vnde יַלֶּפֶת. Leuit.21.19,& 22.22, eſt ſcabies AEgyptiaca durans vſque ad mortem.

ילק Species locuſtæ: bruchus, ſecũdum aliquos. Nachum 3.15, יֶלֶק פָּשַׁט וַיָּעֹף bruchus expãdit ſe (graſſatus eſt)& volauit. Pſa.105.34, locuſta, וְיֶלֶק & bruchus. Sunt qui dicunt(teſte R.D. in commen.)deduci à לָקַק, quod eſt lambere, lingere, quòd herbas lambat.

ים Mare, Occidens ſubſtantiuũ, id eſt plaga occidentalis: eo quòd mare magnũ ſit ad plagã occidentalem terræ Iſraél, ſic appellatú. & radix poteſt eſſe יָמַם, quod oſtendit daghés in plurali & cú pronomine. Vel

radix eſt יוֹם,& ſic daghés ponitur vice literæ quieſcentis,quæ eſt ו:& hoc oſtēdit camés in יָם. Nam omne יָם eſt cum camés præter יַם־סוּף.Et eſt maſculeū,interdū & fœmineū.Exod.10.19,ventū יָם חָזָק Occidentis fortem. Nume.33.10,עַל־יַם־סוּף iuxta mare rubrum.Pſal.104.25, זֶה הַיָּם גָּדוֹל hoc mare magnum. Et forma fœminea, & etiā maſculea,pro genere vaſis, 2.Reg.16.16,וְאֶת־הַיָּם & mare deſcendere (.i.deponi)fecit à boue æneo qui erat תַּחְתֶּיהָ ſub eo.1.Reg.7.23,אֶת־הַיָּם מוּצָק mare fuſum.Irm. 49.23,כַּיָּם דְּאָגָה ſicut mare pauoris(.i.pauendum)quieſcere nō poterit.id eſt quod quieſcere non poteſt.Subaudiendū eſt,ſic erit Dáméſec,& vrbes eius. Plæriq; tamen codices habēt בַּיָּם per ב:& tunc eſt ſenſus,In mari præ pauore quieſcere nō poterit. i.ſicut homo in mari quieſcere non poteſt, ſic Dáméſec quieſcere non poterit. Exod.26.22,יָמָּה ad Occidentē.Iehoſ.15.12,הַיָּמָּה הַגָּדוֹל ad mare magnum. Plurale,Gene.1.10,Et congregationem aquarum appellauit יַמִּים maria. Hinc etiam fit יֵמִים,quod ſignificat פְּרָדִים,Mulos.Gen.36.24, qui inuenit אֶת־הַיֵּמִים mulos in deſerto, dum paſceret aſinos.i. inter paſcendū aſinos excogitauit vt aſcendere faceret equū ſuper aſinā:& ſic protulit mundo hanc ſpeciem, inquit R.Dauid in lib.rad.R.Selomóh etiam exponit פְּרָדִים mulos.Coire enim(inquit)faciebat aſinum cum equa,& peperit mulum: & ipſe erat ſpurius, & attulit múdo פְּסוּלִין falſificatos.Et cur appellati ſunt יֵמִים quia אֵימָתָם terror eorum immiſſus eſt creaturis.

יָמַן Vnde יָמִין,Dextera:& plaga mundi dextera, id eſt Meridies,quòd aſpicientibus Oriētalem plagam, quæ eſt ante faciē,Meridies ſit ad dexterā.Oriētalis,anterior:Occidētalis,poſterior:Meridionalis,dextera: Septētrionalis,ſiniſtra vocatur in Sacris literis.Gene.24.

49,Et vertã me עַל־יָמִין ad dexterã.i.ad latus dextrũ.Eſt enim nomen tóar,inquit R.D.in lib.ra.Leuit.8.25,Et ſuper armũ הַיָּמִין dextri lateris.vel armum dextrum.Et ſic eſt tóar צַד lateris. vtroque modo exponit R.Dauid in lib.ra.2.Semu.20.9,Et tenuit יַד־יְמִין manus dexteræ Ioáb.i.manus lateris dextri Ioáb,&c.1.Semu.11.2,Quũ eruero vobis כָּל־עֵין יְמִין omnem oculum dexteræ. i. lateris dextri. Sic vertendæ huiuſcemodi locutiones, vt ait R.D.in lib.rad.& comment. & ſic Tharghum, עֵינָא דִּימִינָא oculum dextri. Et quia robur ac fortitudo eſt in latere dextro,ipſum robur,ipſa vis, ac potentia vocatur יָמִין. Pſal.144.8, וִימִינָם יְמִין שָׁקֶר & dextera eorum, dextera mendacii.i.& potentia eorũ,potentia mendacii,inquit R.D. quanquã R.Abrahám exponat, & iuramentũ eorũ,iuramentũ mendacii.quòd iuramẽtum dextera ſoleat fieri. Pro Meridie, Pſal.89.12, Aquilonẽ וְיָמִין & Meridiẽ tu creaſti. Et in regimine, יְמִין vt ſuprà 2.Semu.20.9. Iudic.3.15, Virum clauſum יַד־יְמִינוֹ manu dexteræ ſuæ.i.lateris dextri,hoc eſt ſcæuã.Vide in אָטַר. Prouer.27.16,Et oleũ יְמִינוֹ יִקְרָא dexteræ ſuæ clamabit.i. & ſicut oleũ vel vnguentũ quod eſt in dextera ſua,clamabit vel prædicabit. R. Dauid in radice צָפַן exponit, Sicut vnguentũ dexteræ ſuæ, Quia prædicabit de ipſo quòd ſit aromaticũ & odorum: ſic mulier ſentire facit illud procul. Et vocauit vnguentum dexteræ eius, eo quòd manus dextera parauit illud ad vngẽdũ:& quod adhæret illi de vnguento,eſt odorũ.Gene.48.19,Pone יְמִינְךָ dexterã tuam.i. manum dexterã tuam. Eſt enim tóar יַד manus.Vel,dexterã tuã,id eſt manũ lateris dextri tui.vtroq; modo exponit R.D.in lib.rad. Et tóar aliud cũ ם cameſſato,1.Reg.7.21,columnam הַיְמָנִי dex-

terá. R. Ionáh ſcripſit יְמָנִי eſſe cameſſatum ad differentiã nominis gentilis יְמִינִי Iemini.i. Ieminæus. Idẽ ſcripſit etiam R. Iehudáh. Et quia dextera eſt glorioſior, amabiliórq; ſiniſtra, minimus inter filios Iahacób vocatus fuit בִּנְיָמִין, Geneſ.35.18, Acſi dicat, filius dexteræ meæ.i. amabilis mihi. Fœmineũ, Leuit.8.23, ſuper pollicẽ manus eius הַיְמָנִית dexteræ. Et cũ ת in principio, eſt Meridies. Iiób 9.9, interiora תֵּימָן Meridiei. Et poſt alterũ ſynonymũ, exprimẽdi gratia: Exo.26.17, Ad plagam נֶגְבָּה תֵימָנָה. quippe תֵּימָנָה eſt magis notum quàm נֶגְבָּה. Inuenitur & ſine נ cũ א, Ieſah.21.14, Habitatores terræ תֵּימָא Meridiei. Nam Tharghum habet דָּרוֹמָא Meridiei. Alii proprium putant eſſe nomen, Iiób 6.19, Aſpicite ſemitas תֵּימָא Tema.

ימר Superbire, exaltare. Vide אָמַר in hifhíl, & hithpahál. huius enim eſt radix ſecundum R.D.

ינה Aliorum ſubſtantiá capere ignorãter, aut ſcienter, vi ac violentia ſiue emẽdo, vendẽdo, rapiendo, populãdóq;, & Vim inferre, ſiue opprimere. In cal, Sephan.3.1, Væ fœdatæ, & inquinatæ, הָעִיר הַיּוֹנָה ciuitati populãti, rapiẽti, vim inferẽti, & opprimẽti. Vel ſic, Væ ſub. tibi ô fœdata, &c. R. Dauid tam in lib. ra. quàm in cõment. habet vt nos vertimus. aſſerit tamen in commen. nõnullos exponere ſeducẽs, aut colũba: vt Hoſe. 7.11, Et erit Ephráim כְּיוֹנָה פוֹתָה ſicut columba ſeducta. Tharghũ, ciuitas דְּמַסְגֵּי לְאַרְגָּזָא quæ multiplicat iraſci. i. quæ multũ iraſcitur. Irme.25.37, propter irã הַיּוֹנָה populantis. Tharghũ, A facie gladii odio habentis (ſiue inimici) qui eſt ſicut vinũ inebriãs. Et ſic deducit à יַיִן vinum: acſi dicat, à facie iræ inebriantis. R. Dauid, à facie gladii inimici vim facientis illis, ſiue opprimẽtis illos. Et 46.16, gladii הַיּוֹנָה vim inferẽtis. aut opprimẽtis. eſt

participiũ fœmineũ. R. Abrahám, & R. D. Et ex hifhíl, inſtar הוֹרָה הוֹרֵית, &c. à יָרָה, ſic הוֹנָה הוֹנֵית, &c. Ieche. 18. 12, & mendicũ הוֹנָה oppreſſit. Et 22. 7, הוֹנוּ oppreſſerunt. Ieſah. 49. 27, אֶת־מוֹנַיִךְ populantes te. Ieche. 18. 7, וְאִישׁ לֹא יוֹנֶה & virũ non oppreſſerit. aut, & viro vim non intulerit. Illud autẽ Pſal. 74. 8, נִינָם יָחַד populemur eos pariter: eſt ex cal, inquit R. Dauid in li. rad. & eſt ſicut illud Nume. 21. 29, וַנִּירָם, à יָרָה. Poteſt deduci & à נִין, quod eſt בֵּן filius, inquit R. Dauid in radice נִין. R. Marinos, vt inquit R. Abrahám in cõment. exponit, populabimur eos, à יָנָה, & eſt ſicut נִירָם memoratũ: quod ipſe R. Abra. dicit eſſe rectũ. Secundũ R. Ioséph hoc verbũ ſignificat exprobrare verbis, & opprimere in ſubſtãtia. Et ſic exponit illud Exod. 22. 21, & peregrinum לֹא־תוֹנֶה non exprobrabis verbis, dicẽdo illi, Memento operũ tuorum priorum. Et ſi fuerit filius peregrinorum, ne dicas illi, Memento operũ patrum tuorum. Et ſi fuerit Iſraelita ad pœnitentiã conuerſus, ne dicas illi, Memento operum tuorũ priorũ. R. Iehudáh putauit eſſe ex hac radice מָנוֹן, Prou. 29. 21. ſed rectũ eſt, inquit R. D. vt ſit à נִין.

יָנַח Non inuenitur in cal. In hifhíl eſt עָזַב, Reliquit, dimiſit, Permiſit. Et ferè נָח, Requieuit. nam qui relinquit quidpiã, requieſcit ne illi vllam impẽdat operam: id etiã quod relinquitur, requieſcit in loco vbi relinquitur, & non mouetur. Iudic. 3. 1, Iſtæ ſunt gẽtes אֲשֶׁר־הִנִּיחַ quas reliquit Dominus. Pſal. 105. 14, לֹא־הִנִּיחַ nõ ſiuit (permiſit) hominẽ opprimere eos. Et ſunt vniuerſa cum י coniugationis, præter vnũ, 1. Reg. 8. 9, אֲשֶׁר הִנִּחַ שָׁם quas reliquit ibi Moséh. Nume. 19. 8, וְהִנִּיחַ & relinquet (pro reponet) extra caſtra. Deuter. 26. 10, וְהִנַּחְתּוֹ & relinques illud corã Domino. Iudic. 6. 18, וְהִנַּחְתִּי לְפָנֶיךָ

& relinquá(id eſt ponam)coram te.1.Semu.6.18,ſuper quá הִנִּיחוּ reliquerunt(pro locarunt,ſiue poſuerunt)arcam.Eccleſi.5.11,Et ſaturitas diuitis non ipſa מַנִּיחַ ſinit illum dormire. Exod.32.11,Et núc הַנִּיחָה לִּי dimitte me. vel ſine me,permitte mihi. Eſtér 3.8,לְהַנִּיחָם vt dimittat eos.1.Sem.10.25,וַיַּנַּח & reliquit(pro repoſuit)corá Domino.Irme.14.9,אַל־תַּנִּחֵנוּ ne derelinquas nos. Et in hofhál,Thren.5.4,לֹא הוּנַּח־לָנוּ non data eſt requies nobis,R.Abrahám.Tharghú,Nó fuit requies nobis. Zechar.5.11, וְהֻנִּיחָה שָׁם & ponetur (dimittetur, locabitur) ibi ſuper baſin ſuá. Illa Iechez.41.9,Et quod מֻנָּח derelictum.ſub.interſtitium: Et 11,וְרֹחַב מְקוֹם הַמֻּנָּח & latitudo loci derelicti:Et paulo antè,לַמֻּנָּח derelicto: R.D. in lib.rad.dicit eſſe nomina,exponens,Et latitudo loci dimiſſionis.i.dimiſſi,ne ædificarét illum. acſi dicat, Quem dimiſerút aeri,hoc eſt vacuum,vt eſſet atrium quinq; cubitorú in circuitu. Et quòd ſit nomé,oſtédit מְקוֹם,quod eſt cum ſeuá, ſícque in regimine, ait idé R. D. Hinc eſt,vt ait idem & aliud nomé,נַחַת,Requies. quod eſt inſtar דַּעַת à יָדַע, & שַׁחַת à יָשַׁח . Iiób 36.16, וְנַחַת שֻׁלְחָנְךָ & requies menſæ tuæ plena pinguedine. Vel, & poſitio.i.quod poſitum fuiſſet in méſa tua: vel dimiſſum, hoc eſt vaſa méſæ tuæ. Et ſic 17.16, Num pariter ſuper puluerem(erit)נַחַת poſitio?aut derelictio,vel requies.i.derelinquentur mébra eius ſuper terrá?Vel deſcenſio: acſi dicat,Omnes nos pariter deſcendemus in terram.R.D.& ſic radix eſt נחת.

ינק Sugere,Lactare. Ieſa.60.16,וְיָנַקְתְּ חֲלֵב גּוֹיִם & ſuges lac Gentium.Cant.8.1,יוֹנֵק שְׁדֵי אִמִּי ſugenté vbera matris meæ.Ioél 2.16,וְיוֹנְקֵי שָׁדָיִם & ſugétes vbera.Deut. 33.19,יִינָקוּ ſugent. Et in hifhíl, Thren.4.3,הֵינִיקוּ גּוּרֵיהֶן lactauerunt

lactauerunt catulos suos. Gen. 35. 8, Et mortua est Deboráh מֵינֶקֶת רִבְקָה nutrix Ribcáh. Exod. 2. 9, וְהֵינִקֵהוּ לִי, & lacta eum mihi. Deuter. 32. 13, וַיֵּנִקֵהוּ & lactauit eũ melle. Et vocantur plantæ teneræ יוֹנְקוֹת, quòd sint instar infantiũ seu lactentiũ. Iiób 8. 15, Et in horto eius יוֹנַקְתּוֹ planta (siue tener ramus) eius egredietur. Psal. 80. 12, Et ad flumen יוֹנְקוֹתֶיהָ plantæ eius. Alia forma, יְנִיקָה. Iechez. 17. 4, Summitatem יְנִיקוֹתָיו plantationum (aut ramorum) eius auulsit.

quæ est populus suus. Vel, & placabitur terræ suæ populo suo. Exponit enim וְכִפֶּר, per וִיפַיֵּים & placabitur: citans illud Genes. 32. 19, אֲכַפְּרָה פָנָיו placabo faciem eius munere. Propter tribulationes quæ transierunt super eos, quásve intulerunt illis inimici, placatus fuit eis. R. D. Deuter. 21. 8, כַּפֵּר לְעַמְּךָ, expia populum tuum. i. propitius esto, parce populo tuo, & illius amoue iniquitates. Nume. 8. 12, לְכַפֵּר עַל־הַלְוִיִּם ad expiandum Leuitas. Exo. 32. 29, si forte אֲכַפְּרָה בְּעַד חַטַּאתְכֶם expiauero (. i. expiationẽ facere potero) pro peccato vestro. hoc est amoueã iniquitates vestras ac peccata vestra, me precante pro peccatis vestris. Vel, amoueã iram Creatoris qui iratus est aduersum vos propter peccata vestra, vt exponit R. D. in lib. rad. Prouer. 16. 14, & vir sapiens יְכַפְּרֶנָּה amouebit illam. R. D. in lib. ra. Et in commen. exponit, quiescere faciet illã, mitigabit, placabítq;: citãs illud Gen. 32. 29, suprà memoratum. Iechez. 43. 26, יְכַפְּרוּ אֶת־הַמִּזְבֵּחַ expiabunt altare. Alii codices habent ו redundans: & sic est imperatiuum. Intrinsecus scribitur cũ ו, extrinsecus (. i. in margine) cum י, ad denotandam duplicem lectionem. Vnde & R. D. in comment. scribi ait cum ו, & legi cũ י, eundémque esse sensum, nisi quòd in scriptura sensus coniungitur superioribus. Et in nifhál composito. Deute. 21. 8, וְנִכַּפֵּר & remouebitur ab eis sanguis. i. pœna sanguinis. Est cõpositũ ex nifhál & hithpahál, inquit R. D. in lib. rad. secundum normã debuerat esse וְנִתְכַּפֵּר. Et hithpahál, 1. Semu. 3. 13, Si יִתְכַּפֵּר expiabitur (vel remouebitur) iniquitas. Et in puhál, Iesah. 28. 18, וְכֻפַּר & remouebitur fœdus vestrum cũ morte. R. D. in lib. rad. Iesah. 6. 7, & peccatum tuum תְּכֻפָּר expiabitur. remouebitur. Nomen, כֹּפֶר, Expiatio. Le-

uiti.23.28,dies כִּפֻּרִים expiationum. Alia forma,כַּפֹּרֶת, Propitiatorium,vel tegmen:ſic appellatum,inquit R. D.quòd arcam tegeret & operiret.Exo.25.16, & facies כַּפֹּרֶת propitiatorium ex auro puro. R.Selomóh exponit tegmẽ,ſiue operimentũ ſuper arcã ſuperne patulũ, quod requieſcebat ſuper illã inſtar tabulæ. Alia item, כֹּפֶר,Exo.21.29, Remotio iniquitatis, hoc eſt redẽptio, ait R. D. Pſal.49.8, non dabit Deo כָּפְרוֹ redemptionẽ ſui. Eſt etiã כֹּפֶר genus aromatis quod nõnulli camphoram vocant, R. Dauid in Harabico dicit appellari אַלְחִינָא.Can.1.14,botrus הַכֹּפֶר camphoræ dilectus meus mihi. R. Abrahám nomẽ loci in terra Iſraël eſſe putat vbi talis erat botrus,ſicut dicitur Botrus Hẽghédi.Vel דֶּקֶל palmæ quæ gignit dactylos.Sunt enim palmæ varia nomina ſecũdum varia tempora : & eſt tempus in quo Harabicè dicitur cópher,éſtque odoris optimi. Et illud Cant.4.13,כְּפָרִים Cyperi: expoſitores dicũt,inquit R.D.eſſe aliud genus aromatis à cópher iam memorato. Eſt etiã כֹּפֶר.Villa.1.Semu.6.18,Ab vrbe munitionis,vſq; ad כֹּפֶר villã abſq; muro. Alia forma,כָּפָר, Villa. Cuius plurale,Cant.7.11,pernoctemus בַּכְּפָרִים in villis. Alia itẽ,כְּפִיר.Nechem.6.2,Veni,& cõueniamus pariter בַּכְּפִירִים in villis. Alii nomen putant eſſe loci.

Aliud, כְּפוֹר, Pruina quæ in aurora tempore frigoris deſcendit.Exo.16.14,minutum כַּכְּפֹר ſicut pruina. Eſt etiam כְּפוֹר,ſecundum R.Dauid,Cochlear.Hebræos tamẽ doctores מִזְרָק craterẽ,aut peluim exponere ſcribit. 1.Paral.28.17,וְלִכְפוֹרֵי הַזָּהָב בְּמִשְׁקָל לִכְפוֹר וּכְפוֹר & pro crateribus aureis in põdere, pro cratere,& cratere. Aliud, כְּפִיר,Leunculus,maior videlicet quàm גּוּר.Iechez.19.3, Et aſcendit vnus מִגֻּרֶיהָ כְּפִיר הָיָה ex catulis eius,leuncu-

lus fuit. i.effectus est. Irme. 2.15, Super eum rugient כְּפִירִים leunculi.

כָּפַשׁ Semel dútaxat in Sacris literis inuenitur, ídq; in hifhíl, Thren. 3.16, הִכְפִּישַׁנִי בָּאֵפֶר operuit (inuoluit, fœdauit, vt exponit R.D. in lib. ra.) me cinere. Simile est quod scribút doctores Hebræorú in Misnáh, Mensus est in mensura כְּפוּשָׁה cumulata. i. redundante & modum superante. acsi dicat, posuit me inuolutum tanquã vas in cinere, adeò vt operuerit me cinere. Quã quã sunt qui exponunt כְּפוּשָׁה inuersa: quasi dicat, sicut vas inuersum super os suũ. Idem in cóment. similiter exponit, כָּפָה אוֹתִי inuertit me in cineré, sicut vas inuersum super os suũ. Tharghum, כַּנְעִיתִי humiliauit me.

כַּר Est כֶּבֶשׂ, Agnus, Pascuú, siue locus pascuæ. Et per translationẽ, Dux, princeps, quẽadmodum vocatur & אַיִל aries, & עַתּוּד hircus. Iesah. 30.23, Pascet pecus tuũ in die illa כַּר נִרְחָב pascuum latum. Est enim locus pascuæ agnorũ aliorúmq; animalium, inquit R.D. in cóment. & in li. ra. R. Abrahám dicit deficere alterũ כ; sicut in בַּת pupilla, deficit ב. Est ergo sicut כִּכָּר planities. q. d. planitiẽ latã. Iesa. 16.1, Mittite כַּר agnũ dominatoré terræ, &c. i. mittite ducẽ, aut principem. R. Abrahám, camelum. R. Ionáh exponit, Mittite filiú cameli dominatoré terræ: sic appellatum ob velocitaté, leuitatémq; cursus quo tẽdit ad loca. R. verò Ioséph exponit, Mittite agnũ dominatoris terræ. Est enim in regimine, quũ sit cum patháchh: éstque sensus, O Moabitæ mittite agnũ (pro agnos) dominatoris terræ. i. Chizchiiáhu, de Petra deserti quæ erat ex vrbibus Moáb, ad montẽ filiæ Siión. Consueuerant enim mittere tributum ad regẽ Israél centũ millia agnos. At mortuo A-

cháb præuaricati ſunt,& illa non miſerunt,vt habes 2. Reg.3.4.Sed quũ roboratus eſſet rex Iſraél,inquit,Mit tite agnos quos debetis regi,&c.Et rectũ eſt,inquit R. Dauid,vt radix ſit כָּרַר. Deute.32.14,Cum adipe כָּרִים a-gnorum. Pſal.65.14,Induerunt ſe כָּרִים paſcua pecudibus. Ieche.4.2,Et pone aduerſus eã כָּרִים arietes in circuitu.intellige ferreos quibus murus deſtruatur. R.D. exponit duces,ac principes exercituũ. R.Ioſeph,agnos, ſub.ferreos:quemadmodum fiunt arietes ferrei ad im petendum murum. 2.Reg. 11.4, Et tulit centuriones, לַכָּרִי principéſque.Et ponitur pro לַכָּרִים. deeſt enim ם, inquit R.Dauid in lib.rad.

כָּרַר Vnde כַּר,quod R.D.in lib.rad. exponit מַרְדַּעַת clitellas, quæ mulis, cameliſque ſuperponuntur,quũ ſarcinas ferunt. Gene.31.33,Et poſuit ea בְּכַר in clitellis cameli. R.Abrahám,in camelo. Vtũtur doctores Hebræorum litera geminata,כָּרַר, ſignificans ſtramentum,aut ſtratorium ſuper quod dormitur. Tharghum,בַּעֲבִיטָא in clitella. Vulgo בשטיל baſto:& ita vulgo appellari ſcripſit R.Selomóh in comment.

כָּרַב Vnde כְּרוּב, quod ſecũdum R. Abrahám auenhezra eſt vniuerſale nomẽ ad omnẽ figurã:niſi quòd ea quæ ſunt in Lege , humanã habebant effigiẽ, quo modo nunc depingũtur:quæ verò ſunt in Iechezchél,quatuor animaliũ ibi deſcriptorũ habebant figuram.Exo.25.19,Et fac כְּרוּב אֶחָד cherúb vnũ. Rex quoque,ſecũdum R.D.in lib.ra. ob illius magnitudinem ac dignitatẽ,appellatur Cherúb. Iechez.28.14,אַתְּ־כְּרוּב Tu Cherúb(.i.rex)magnus. Plurale, Exod.25.17, duos כְּרֻבִים cherubím.Et pro figuris cherubimorũ,Exo.26.1, decẽ cortinas,&c.כְּרֻבִים cũ figuris cherubim.Notandũ

autē, doctores Hebræorū putasse כ in הַכְּרוּבִים deseruire, exponentes כְּרַבְיָא sicut puer, quòd sint instar puerorū.

כָּרָה Est חָפַר, Fodit: & אָכַל, Comedit: & קָנָה, Possedit, emit, acquisiuit, ait R.D. itē Apparauit. Psal. 7. 16, בּוֹר כָּרָה cisternā fodit. Gene. 50.4, in sepulchro meo quod כָּרִיתִי לִי fodi mihi. Alii exponūt, inquit R.D. acquisiui, emi. Prouerb. 16.27, Vir impietatis כֹּרֶה רָעָה fodit malum. Hose. 3.2, וָאֶכְּרֶהָ לִּי & possedi (acquisiui, emi) eam mihi. כ est cum daghés ob decorē, inquit R.D. in lib. ra. 2. Reg. 6.23, וַיִּכְרֶה לָהֶם כֵּרָה גְדוֹלָה & apparauit eis apparatum magnū. Iiób 40.25, יִכְרוּ comedēt super illum socii. Deute. 2.6, Et etiā aquas תִּכְרוּ emetis ab illis. Iiób 6.27, וְתִכְרוּ & fodietis (pro foditis, sub. mendacia) aduersus amicū vestrum. R. Mithridatus, Et insidiamini amico vestro. Vel, & apparatū facietis, pro facitis. R.D. in lib. ra. & idem R. Moséh in cōment. R. Abrahám iunior in cōment. & fodietis vt inueniatis mendacia in amicū vestrum. Tharghū, וַתַּחְשְׁלוּן & cogitatis. Et in nifhál, Psalm. 94.13, יִכָּרֶה fodiatur impio fouea. Et in hifhíl, 2. Sem. 3.35, Et venit omnis populus לְהַכְרוֹת אֶת־דָּוִד לֶחֶם vt edere facerent Dauid panē. Sic scribitur, inquit R. Dauid: sed legitur cum ב, vt scripserūt R. Menachém filius Serúc, & R. Iehudáh. At ipse R. Dauid in omnibus libris correctis, cum ב se inuenisse testatur: & ita etiam scribit R. Ionáh, quòd non inuenit scriptum cum כ, ne in Massóreth quidē. Et R. Ioséph scripsit in libro Haggalui .i. captiuitatis, quòd cū כ, est laute conuiuari, opipere comedere: cū ב verò est parce cōuiuari, aut edere. Et exponit, Dixerunt doctores Hebræorum, in principio לְהַכְרוֹתוֹ, & in fine לְהַבְרוֹתוֹ. Prius, coegerūt illum vt parū ederet: & hoc est לְהַבְרוֹתוֹ vt edere facerēt

eum.& sic 2.Sem.13.6,וְאֶבְרֶה & comedá de manu eius.i. parum comedá more ægrotantis. Et in fine,לְהַבְרוֹתוֹ vt comedere facerent eum multú. Nomen,בָּרָה,Apparatus,cibus,conuiuiú, vt in futuro cal. Alia forma, Nume.20.19, Et dabo מִכְרָם pretium earú. Absolutum est מֶכֶר,Pretiú,possessio, acquisitio, emptio. Rectú est (inquit R.D.)vt sit ex hac radice illud Hamós 2.6,Nó cóuertam eú עַל־מִכְרָם בַּכֶּסֶף צַדִּיק propter emptioné illorum argento iustú. i.eo quòd emerint argéto iustum: quéadmodum dicit ca.8.6 huius, vt emát argéto pauperes.Sic exponunt nónulli illud Gen.50.4,In sepulchro,&c.in cal positú.Quanquá enim Abrahám illud emerit,nihilominus perinde fuit acsi Iahacób illud emisset.Vel quia emit portioné Hesaú,lenticularú edulio. Et sic rectú est vt exponatur ex hac radice illud Sephaniáh 2.9,וּמִכְרֵה־מֶלַח,id est,& תֵּל tumulus(aut cumus)salis.Quo in sensu doctores Hebræorú cumulum appellát כְּרִי. Aliud, Sephan.2.6,habitacula כְּרֹת caularum pastorum. Est enim(inquit R.D.)locus in quo pastores fodiunt vt sint ibi pecora illorum clausa.

כָּרַךְ Inuoluere,Induere, amicire.Inde תַּכְרִיךְ, Amictus, pallium: quòd homo illo se inuoluat, sic appellatum. Estér 8.15,וְתַכְרִיךְ בּוּץ & amictu(aut pallio) byssino. Vtútur sæpius hac dictione doctores Hebræorum in cal,& sic Tharghum.

כֶּרֶם Cum sex punctis,est Vinea.Gene.9.20,Et plantauit כֶּרֶם vineam.Iesah.5.1,כֶּרֶם הָיָה לִידִידִי vinea fuit dilecto meo.Iudic.15.5,וְעַד־כֶּרֶם זָיִת & vsq; ad vineá,(&)oleam.ו enim præcedés manet loco duorum. Vel, vsque ad vineam olíueti. i. vbi sunt multæ oleæ pariter, vt exponunt doctores Hebræorum, inquit R. D.

Exo.22.4,כַּרְמוֹ vinea eius. Iiób 24.18, non aſpiciet viam כְּרָמִים vinearũ. Exponit R. Sahadiáh viam habitabilẽ, quia vineæ ſunt propinquæ vrbi. Impius verò non aſpicit viam habitabilem, ſed manet in deſertis. Alii vero (inquit R. Dauid) dicunt כ deſeruire, vt ſit, ſicut רָמִים excelſi. Hoſe.2.15, אֶת־כְּרָמֶיהָ vineas eius. Vinitores vero appellãtur כּוֹרְמִים. Ioél 1. 11, Vlulate כֹּרְמִים vinitores.

כָּרַע Curuare, incuruare: & quãdo eſt intranſitiuũ, curuare ſe. Gene.49.9, כָּרַע incuruauit ſe, accubuit vt leo. Ieſa.10.4, בִּלְתִּי כָרַע vt nõ incuruet ſe (vel niſi incuruauerit ſe) ſub vincto. pro, inter vinctos. i. nõ euadet quiſpiam niſi incuruauerit ſe inter vinctos, vt inter illos ſe abſcondat, ne viuus putetur: & ſic euadat. Ita nonnullos exponere refert R. Dauid in comment. éſtque expoſitio R. Abrahám in comment. Ipſe vero ad hũc modum enarrat, Abſq; me incuruauit ſe &c. i. Quia populus iſte abſq; me nõ eſt populus meus, neq; obtẽperat mihi, propterea incuruauit ſe ſub vincto. Acſi dicat, In loco vinctorũ incuruauit ſe, vt cũ illis eſſet, & in loco occiſorũ ſimiliter cadẽt ipſi occiſi: nã quidã ex illis captiui ducẽtur, quidã occidẽtur, nõ remanebit vnus ex illis in terra ſua. R. Ioſéph, Quia nõ incuruauit ſe Deo, vincietur occidetúrque. R. Moſéh, Præter incuruationem quæ illis erit in terra ſua, Gentibus illos humiliantibus, eueniet illis maius hoc, quia partim captiui ducentur, partim occidentur. Ieſah.45.23, mihi תִּכְרַע curuabit ſe omne genu. Et in hifhil, Iudi.11.34, הַכְרֵעַ הִכְרַעְתִּנִי incuruando incuruaſti me. Et pedes animalium dicuntur כְּרָעַיִם, eo quód incuruant ſe incuruatione genuũ: & eſt duale. Hamós 3.12, duo כְרָעַיִם crura. Et 8.21, וְאֶת־הַכְּרָעַיִם & pedes (vel crura) lauit.

כָּרֵשׂ Est כְּרֵס,quo vtuntur doctores Hebræi,Venter. Irme.51.33,Impleuit כְּרֵשׂוֹ ventrem suum.

כָּרַת Pangere,pacisci,pactũ facere, Incidere, succidere,excidere.Gen.15.18, כָּרַת יְהוָה אֶת־אַבְרָם בְּרִית pactus est Dominus cum Abram pactum. Deuter.20. 20, illud perdes,וְכָרַתָּ & succides.pro וְכָרַתְּתָּ.Num.13.25, propter botrum אֲשֶׁר־כָּרְתוּ quem absciderunt.Irm.46. 23,כָּרְתוּ יַעְרָהּ נְאֻם־יְהוָה succiderunt(vel succidite) syluam illius,dicit Dominus.Sunt inquit R.D. in Michlól,& in lib.rad.& in comment. qui legunt hunc locum cũ camés chathéph,& sic est imperatiuum.sunt alii qui legunt cum camés lato, & ghahiá, & ita est præteritum, sicque habẽt libri correcti, & hoc est rectum:& est præteritum vice futuri,secundum more Scripturæ in multis locis,& præcipue in libris vatũ: & coniungitur נְאֻם־יְהוָה ipsi præterito, quanquam non est secundum morem in vatum libris.Veruntamẽ simile reperitur apud Irm.48.15,יָרְדוּ desceẽderũt ad victimá,נְאֻם הַמֶּלֶךְ dixit rex &c. Et hoc pacto cũ præterito in verbis increpatoriis: vt Irm.2.29,omnes vos פְּשַׁעְתֶּם בִּי נְאֻם־יְהוָה præuaricati estis contra me,dixit Domin᾽.Leui.22.24,וְכָרוּת & incisũ. i.cuius neruus erat incisus. R.D.1.Semu.22.8,בִּכְרָת־בְּנִי quũ pepigerit.sub.pactũ.2.Sem.3.11,כָּרְתָה pange pactũ. Iehos.9.6,כִּרְתוּ־לָנוּ בְרִית pangite nobiscũ pactũ.Iudi.9. 48,וַיִּכְרֹת שׂוֹכַת & succîdit ramũ arboris. Et in nifhál, Ioél 1.5,נִכְרַת excisũ est ab ore vestro. Nume.15.31,הִכָּרֵת תִּכָּרֵת excidẽdo excidetur anima ipsa.Iesa.48.19,לֹא־יִכָּרֵת non excidetur. Et in puhál,Iechez.16.4, לֹא כָרַּת non est præcisus vmbilicus tuus. Et in hifhíl,Ieche.21.4, Eo quòd הִכְרַתִּי excidere feci ex te iustum. 1.Semu. 20. 15,בְּהַכְרִית quũ excidere faceret Dominus inimicos Dauid.

uid.Nachum 1.13, אַכְרִית פֶּסֶל excidere faciam ſculptile. 1.Reg.18.5, & non נַכְרִית excidemus ab animali.i.ciuitatem ab animalibus.R.Dauid in lib.rad. Et in hofhál, Ioél 1.9, הָכְרַת exciſum eſt ſacrificium. Nomen, Deutero.24.1,libellum כְּרִיתֻת repudii.Et cum ו vnum, Ieſa.50.1,כְּרִיתוּת. Et nomen gentis,ſiue magnæ familiæ(inquit R.Dauid in lib.ra.)è Peliſtæis. Ieche.25.16, & excidere faciam אֶת־כְּרֵתִים Cerethæos.Sepha.2.5, Gẽs כְּרֵתִים Cerethæorum.Tharghum,populum peccatorũ. Erat etiam כְּרֵתִי Cerethi vna è familiis Iſraél, ſic appellata,inquit R.D.in lib.ra. 2.Sem.8.18, וְהַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי & Cerethi & Pelethi. Tharghũ tamen habet קַשְׁתַּיָא וְקַלָעַיָא ſagittarios & fundibularios.

כֶּשֶׂב Cũ ſex pũctis eſt כֶּבֶשׂ,trãſpoſitis literis, Agnus, ouis annicula. Leui.3.7,אִם־כֶּשֶׂב הוּא,Si agnũ(vel ouẽ)ipſe offert.Et 22.27,bos אוֹ־כֶשֶׂב vel agnus.aut ouis. Significat enim non ſolum agnũ anniculum,ſed & ouem anniculam quæ incipit generare.Nec obſtat maſculeum nomen:quippe nomina generũ, ac ſpecierũ, ſub quocunque genere venerint , vtrunque ſignificãt ſexum.Vnde Nume.18.17,dicitur,Veruntamẽ primogenitum bouis,אוֹ־בְכוֹר כֶּשֶׂב vel primogenitũ ouis, &c. vbi manifeſte ouem,non agnum ſignificat.Geneſ.30. 39,וְהַכְּשָׂבִים & agnos(vel oues)diuiſit. Leuit.1.10,& ſi de pecudibus fuerit oblatio eius, מִן־הַכְּשָׂבִים de agnis, (vel potius,ouibus,)vel de capris in holocauſtum,maſculũ immaculatum offeret. In hoc quod dicit maſculum, oſtendit nomẽ eſſe ſpeciei quod cõprehendit vtrũque ſexum.Et idcirco expreſſit quid deberet offerri, maſculum inquiens,quemadmodum facit quum vult quòd fœmina offeratur. Fœmineum.Leui.5.6, Fœminam

de pecudibus כִּשְׂבָּה agnam.vel ouiculam.

כָּשָׂה Est כָּסָה,Tegere,operire:& טוּחַ Linere,complanare.Deute.32.15, Incrassatus fuisti,כָּשִׂיתָ operuisti.sub. cor tuum ob multam pinguedinẽ, adeò vt nihil intelligas.sic R.D.in lib.ra.R.Abrahám in commẽt.sic scribit,Sunt qui dicũt quòd est sicut כָּסִיתָ operuisti.i. operuisti faciem tuã adipe seu pinguedine: vt Iiób 15.27,כִּי־כִסָּה quia operuit faciem suam adipe.quia inuenitur ex cal,vt habes in כָּסָה. Alii dicunt esse sicut illud Psal. 119.175, erraui כְּשֶׂה sicut pecus perditũ.i. fui vt pecus.Sed hoc in nullo binián inuenitur:& rectum est vt nullus sit huic dictioni frater (.i. nusquam alibi reperiatur) sitque sensus,בָּעַטְתָּ recalcitrasti. Tharghũ, קְנָא נִכְסִין possedit (acquisiuit) opes.R.Selomóh,operuisti, sicut homo quum intrinsecus est pinguis, eius ilia duplicantur extrinsecus.citat locum Iiób memoratũ.

כָּשַׁל Impingere,offendere,Pedibus debilitari & viribus,Cadere,ruere.Hose.5.5,כָּשַׁל impegit etiã Iehudáh.est præteritũ vice futuri,inquit R.D.pro impinget,cadet.Vnde &Tharghũ habet יִתְקְלוּן impingẽt. Hose.14.2, כָּשַׁלְתָּ corruisti propter iniquitatem tuam. Psal.109.24, genua mea כָּשְׁלוּ debilitata sunt (vel,fuerũt debilia)propter ieiunium.Irme.46.12,fortis in fortem כָּשָׁלוּ impegerunt. Iesa.35.3,& genua כֹּשְׁלוֹת debilia roborate. Et in nifhál,Dan.11.20,וְנִכְשַׁל & impinget, & cadet. Macór defectiuum, Prouerb.24.17,וּבִכָּשְׁלוֹ & dum corruerit ipse.debilitatus fuerit. secundum normam debuerat esse וּבְהִכָּשְׁלוֹ. Perfectum,Daniél 11.35, וּבְהִכָּשְׁלָם & quum debilitati fuerint ipsi. Iechez.33.12, & in impietatem impii לֹא־יִכָּשֵׁל non impinget.sub. ipse impius. Et in hifhíl, Thren.1.14, הִכְשִׁיל כֹּחִי debilita-

uit robur meum. Malachi 2.8,הִכְשַׁלְתֶּם impingere(aut offendere)fecistis multos in legẽ.Est trãsitiuũ.2.Para. 28.23,& ipsi fuerunt illi לְהַכְשִׁילוֹ ad debilitandũ illum.

Nomen,Leuit.19.14,& coram cæco non dabis מִכְשֹׁל offendiculũ. Iechez.18.30, לְמִכְשׁוֹל עָוֺן in offendiculum iniquitatis.Irme.6.21,מִכְשֹׁלִים offendicula. Fœmineũ, Iesa.3.6,וְהַמַּכְשֵׁלָה הַזֹּאת & offendiculum hoc. Alia forma,כִּשָּׁלוֹן.Proue.16.18. Aliud,כַּשִּׁיל,Securis.Psal.74.6, בְּכַשִּׁיל securi(bipenni)& malleis conterent.

כשף Secundũ R.Abrahám, est Præstigium,& præstigiator, qui est leuis manibus suis, qui præstringit oculos, qui scit horas quando aliquid fieri oportet,& cognitionem habet somniorum secundum dispositionẽ stellarũ.Potest etiam hoc nomine כֶּשֶׁף,appellari fascinum, & fascinator. Micháh 5. 12, & excîdã וְלְמְכַשְּׁפִים כְּשָׁפִים præstigia de manu tua.Exo.7.11,sapiẽtes & præstigiatores.R.Abrahám scribit in commen.esse מְשַׁנִּים דְּבַר הַתּוֹלֶדֶת לְמַרְאֵה הָעַיִן mutantes aliquid naturale ad aspectum oculi.Fœmineum,Exo.22.16,מְכַשֵּׁפָה præstigiatricem(maleficam) non viuificabis. Dixit maleficam ,quòd maleficia vtplurimũ in mulieribus inueniãtur. Hinc verbum in pihél,2.Parali.33.6,Et augurabatur,וְכִשֵּׁף & præstigia exercebat.

כשר Rectũ esse,cõgruum & cõueniens. Vnde à R. D. exponitur per יָשַׁר quod idẽ significat. Eccles1.11.6, nescis quod magis יִכְשַׁר rectum sit.aut congruum. Tóar,כָּשֵׁר,Rectus,congruus,conueniens.Estér 8.5,וְכָשֵׁר & recta fuit res coram rege. Vel est verbũ ex cal,inquit R.Abrahám exponens locum Eccle.10. 9,de quo postea.& est sicut חָפֵץ. In hifhíl,secundum R.Dauid,& R.Abrahám in cõment. Eccles.10.9,וְיִתְרוֹן

הַכְּשֵׁיר חָכְמָה & excellentia rectum facere sapientiā.i.excellentia est sapientiæ super alia, quòd absque dolore rectum faciat hominem, inquit R.Abrahám. Nomé, Ecclesia.4.4,& omnem כִּשְׁרוֹן rectitudinem. Et 5.10,& quæ כִּשְׁרוֹן rectitudo(cōuenientia)heris eius:i.eā possidētibus. Et 2.21,& in scientia, וּבְכִשְׁרוֹן & in rectitudine.

Aliud, Psal.68.7, Qui educit vinctos בַּכּוֹשָׁרוֹת compedibus.vel annulis compedum, secundum R.Dauid in lib.rad.& כ est sicut p, quantum ad significantiam attinet, sicut קִשּׁוּרִים vincula, ligamina.sunt enim eiusdem exitus:& sic תִּכֵּן, & תִּקֵּן eiusdem sunt significationis.

Aliud, כִּישׁוֹר, Verticulum:quod ponitur in capite fusi nentibus mulieribus, secundū R.D.in lib. rad. ad dirigendum netum.vernacula lingua וֶרְטִיל. Proue.31.19, manus suas misit בַכִּישׁוֹר ad verticulum.

כתת Cōtundere, cædere, tundere. Psal.89.23, וְכַתּוֹתִי מִפָּנָיו צָרָיו & contundam à facie eius inimicos eius. Iesa.30.14, & conteret eum secundum contritionem lagenæ figulorum כָּתוּת contundendo. Ioél 3.10, כֹּתּוּ אִתֵּיכֶם contundite bidētes vestros. Deute.9.21,& cōbussi illū igni, וָאֶכֹּת אֹתוֹ & cōtudi illum.quod debuerat esse, inquit R.D.in lib.ra. אָכוֹת instar חָנַן à אָחוֹן. Vel est secūdum aliam futuri formam instar קָבַב à אֶקֹּב. vel est à נָכַת vel יָכַת. In pihél, 2.Paralip.34.6, וְהַפְּסִילִים כִּתַּת & sculptilia contudit. Et in hofhál, Iesah.24.12, Et sonitu יֻכַּת־שָׁעַר contundetur(conteretur)porta. Irm.46.5,& potentes eorum יֻכַּתּוּ contundentur.conterentur.

Et in hifhil, Deut.1.43, וַיַּכְּתוּ אֶתְכֶם & cōtuderunt vos.

Nomen, Exod.27.19, oleum oliuæ purum כָּתִית contusionis pro luminari. Exponunt doctores Hebræorū, vt R.Selomóh in comment.& alii, quòd conterebant

oliuas in mortario,non autem molebant,ne essen t in illo feces:& eductis guttis prioribus,congregaban t ad molas,illásque molebant.& oleú non contusum q uod molendo educebatur, cõueniens erat pro sacrificiis, & prophanú pro cãdelabro.dictú est enĩ,Cótusũ pro lumi nari.Et quod dictú est de sacrificiis,Exo.29.40,oleo כָּתִית cótusionis:nõ est dictũ propter obligationẽ. Alia for ma,מְכִתָּה.Iesa.30.14, Et nõ inuenietur בִּמְכִתָּתוֹ in cõfra ctione illius testa.R.Ionáh scripsit ex hac radice esse il lud 2.Para.2.9,dedi fruméta מַכּוֹת cõtusionú. pro cõtusa, aut molita. est enim nomen instar שָׁדַד à מְשׁוֹר. sed secundum R.Ioséph deducitur à נָכַת, & est instar מְשׁוֹר à נָשַׁר.Et Tharghú,pro וַיְנַשְּׁכוּ,Num.21.7,& momorderút populú:habet וּנְכִיתוּ.Et נכתא est morsus,comestio.

כָּתַב Scribere. Exo.32.33, de libro tuo אֲשֶׁר כָּתָבְתָּ qué scripsisti.Irme.36.18,& ego כֹּתֵב scribo.Exo.32. 2,כְּתֻבִים scriptæ.Deut.29.27,הַכְּתוּבָה quæ scripta est.Exo. 17.14,כְּתֹב זֹאת scribe hoc.Deut.31.24,quú consũmasset Moséh לִכְתֹּב scribere. Et 10.2, וְאֶכְתֹּב & scribam. Et in nifhál, Estér 3.12,נִכְתָּב scriptum est. Malachi 3.16, וַיִּכָּתֵב & scriptus est liber. Et in pihél significantiã habet hifhíl interdum. Iesah.10.1,וּמְכַתְּבִים עָמָל כִּתֵּבוּ & scribere facientes, mendacium scribere fecerũt.Potest enim esse transitiuum in tertium,inquit R.Dauid in lib.rad.Et in cõmentariis,Loquitur(inquit)contra iudices, & cõtra illorum tabelliones: iudices ferebant iniquas sententias,præcipientes tabellionibus vt illas scriberent. R.quoque Abrahám in commen.exponit, O statuentes,vel scribentes.acsi dicat, O iudices,& illorum scribæ.Et dicit esse transitiuú in duos pehulim.i.personas patientes. Nomen, Leui.19.28,וּכְתֹבֶת קַעֲקַע & scriptu-

ram notæ non dabitis(.i.ponetis)in vobis. Alia forma.Estér 8.8,כִּי־כְתָב quia ſcriptura. Alia item,Exod. 32.17,וְהַמִּכְתָּב מִכְתַּב אֵל & ſcriptura,ſcriptura Dei.

כֹּתֶל Eſt קִיר,Paries,murus.Canti.2.8,Ecce iſte manet poſt כָּתְלֵנוּ parietem noſtrum.

כֶּתֶם Vnde כֶּתֶם cum ſex punctis,quod eſt הַזָּהָב הַטּוֹב, Aurum optimum, inquit R.Dauid.quanquã R.Ionáh ſcripſerit ſignificare פְּנִינִים Margaritas. Et R. Selomóh Pſal.16.1,exponit עֲטָרָה Coronã,diadema. Verum quia adiũgitur illi פָּז & אוֹפִיר, videtur eſſe aurum, & non margarita. Prouer.25.12, Inauris aurea,& ornamentum כֶּתֶם auri. Cant.5.11,Caput eius כֶּתֶם פָּז aurum obrizum.vel purificatũ,& optimũ. At R.D.in lib.rad. dicit hoc loco deeſſe ו, ſicut in plæriſque aliis locis, vt Chab.3.11,Sol,luna:pro & luna.Hoſe.8.11,propter onus regis,principũ:pro & principum,& idgenus.Vel eſt in regimine ad פָּז,ob eius bonitatẽ,pro,auri optimi & purificati. Pſal.45.10,Aſtitit coniunx ad dexteram tuam בְּכֶתֶם אוֹפִיר in auro Ophir. Tharghũ,in obrizo.R.Himmanuél,cũ margaritis optimis,quæ veniũt de Ophir, vbi ſunt cæteris meliores.R.Selomóh, cũ ornamentis aureis de Ophir. Alia forma, præpoſito מ,Pſal.56.1, Dauidi מִכְתָּם aurũ.acſi dicat,pſalmũ,aut cantum fuiſſe Dauidi pretioſum veluti aurum,inquit R.D.in lib. ra. Tharghũ,Sicut Dauid humilis(vel pauper)& perfectus: & ſic eſt cõpoſitũ è מַךְ pro מָךְ pauper, à מָכַךְ, quod eſt attenuari,pauperẽ eſſe:& תָּם perfectus, immaculatus,à תָּמַם.R.Selomóh Pſal.57.1,dicit eſſe tonũ cantus. Idẽ Pſal.16.1,interpretatur עֲטָרָה coronã, vel diadema: & ſenſus Scripturæ eſt,quòd erat res quã cõſueuerat dicere Dauid. R.Abrahã exponit acſi dicat pſalmũ fuiſſe

pretiosum sicut aurũ obrizũ. Vel, fuisse tonum cãtus, cuius principium erat Michtám. R.Himmanuél, Aurum optimũ, ornamentum aureũ appellauit psalmũ, eo quòd esset desiderabilis in oculis eius vt aurũ optimum. Verbú in nifhál, Irm.2.22, נִכְתָּם, id est נִרְשָׁם descripta(signata, & impressa)est iniquitas tua corã me, ait R.Dauid in lib.ra. at in cóment. exponit מְגוּלָּה manifesta, vt illam negare nequeas.

כָּתַן Vnde כְּתֹנֶת, Tunica, Palliũ. Gene.37.3, Et fecit ei כְּתֹנֶת tunicã. Alia forma, כְּתֹנֶת Gene.37.23, Et expoliauerũt Ioséph אֶת־כֻּתָּנְתּוֹ tunica ipsius, Exo.28.39, facies כֻּתֳּנוֹת tunicas. Leuit.10.5, Et tulerunt eos בְּכֻתֳּנֹתָם cũ tunicis suis. R.D. in lib.rad. dicit ת esse cum seuá tantum, & secundum normã debuisse esse cũ camés chathéph. Et in libro altero emẽdato inueni(inquit)cum camés chathéph. Alia forma, Exod.39.27, Et fecerũt אֶת־הַכֻּתֳּנֹת tunicas byssinas.

כָּתֵף Humerus, Latus, Angulúsq;, & ora vestiũ.1.Re. 6.8, אֶל־כֶּתֶף הַבַּיִת ad latus domus. Alia forma, Iesah.46.7, Portabũt eũ עַל־כָּתֵף super humerũ. Et 11.14, Et volabũt בְכָתֵף in humerum Pelistinorũ. vel in latus, aut angulũ Pelistinorũ, secũdum R.D. in li.ra. vbi exponit vtroq; modo. Erũt Pelistim lassi in humero, vel latere, aut angulo suo: acsi dicat, in terra sua. Vel secundum priorem significãtiam, Erit Israél lassus humero, propter multam in Pelistæos cædem. Exod.28.7, Duo כְתֵפֹת latera hærẽtia. vel potius, duæ oræ hærẽtes: sic appellatæ, quòd essent in lateribus vel angulis, inquit R. Dauid. in lib.rad.

כָּתַר Diadema, corona. Estér 1.12, בְּכֶתֶר מַלְכוּת cũ diademate regni. Et in pihél verbũ, significat

Expectare. Iiob 36.2, כַּתַּר־לִי זְעֵיר expecta me paululum.
Significat etiã Circuire, circũdare inſtar coronæ. Iudic.20.42, כִּתְּרוּ אֶת־בִּנְיָמִן circundederunt Biniamín. R. Ioſéph, expectauerunt Biniamín donec egrederetur, & perſequeretur illos. Et hoc eſt quod dixit verſu 32, Et auellamus eos de vrbe. Hoc etiã eſt quod ſtatim dicit, Inſequi fecerũt illum cum requie, (.i. pedetẽtim,) calcare (vel potius, ambulare) fecerunt eum. Et non dixit, Perſecuti ſunt eum: quia ipſi fecerũt ſecũdum voluntatem ſuã, & fugerunt, vt illi inſequerẽtur, & dicerent, Fugiunt vt prius. Et hoc eſt quod dixit, Paulatim ambulare fecerũt ipſum Biniamín quũ fugeret Iſraél, & nõ feſtinauit donec reuerſus eſt ad eos. Et in hifhíl, Chabac.1.4, Quia impius מַכְתִּיר אֶת־הַצַּדִּיק circundat iuſtum. Pſal.142.7, בִּי יַכְתִּרוּ צַדִּיקִים me expectabunt (pro expectant) iuſti. Vel ſecundum R. Dauid, reputãt me ſibi coronã. Prouerb.14.18, Et callidi יַכְתִּרוּ דָעַת veluti coronã imponent (capiti ſuo) ſcientiã. ſic R.D. Hinc eſt & כּוֹתֶרֶת, Capitellũ: quòd ſit veluti corona columnis. 1.Reg.7.16, altitudo הַכֹּתֶרֶת הָאֶחָת capitelli vnius. 2. Para.4.12, וְהַכֹּתָרוֹת & capitella ſuper caput columnarũ.

כתש Cõtundere, conterere. Prouer.27.22, אִם־תִּכְתּוֹשׁ אֶת־הָאֱוִיל בַּמַּכְתֵּשׁ ſi contuderis ſtultũ in mortario. Et ſic fouea in qua dens iacet, quæ eſt inſtar mortarioli, vocatur מַכְתֵּשׁ, inquit R. Dauid. Iudi.15.19, Et rupit Deus אֶת־הַמַּכְתֵּשׁ foueã dentis quæ erat in maxilla. Tharghum, vt R. Dauid, Et rupit Deus יַת־כַּכָּא רִבְלוֹעָא dentem (aut dentis foueã) quæ erat in maxilla. Sed idem R.D. in cõment. citans Tharghum, legit יַת כֵּיפָא דִיבְלוֹעָא petrã quæ erat in maxilla. Atque ita, opinione ipſius Tharghũ, videtur ſub maxilla eſſe petra, aut

aut ſaxum. & quia erat inſtar mortarii, vocauit illam מַכְתֵּשׁ. Alter codex (ait rurſum R. D.) habet בִּבָא, aliâs כַּבָּא fouea dentis,in qua videlicet fixus eſt dens.In alio adhuc codice dicit ſe inueniſſe רוֹמְזָא·רִבְלוֹעָא , & ignorare quid ſit. Sepha.1.11, Vlulate habitatores הַמַּכְתֵּשׁ Machtés.Quidã dicũt nomẽ eſſe loci.Tharghú,Qui habitatis in torrẽte Chidrón.Et in Midrás aghudáh,habitatores Thabraiá, quæ eſt profũdior omni terra Iſraél.

DICTIONES QVADRATAE.

כַּדְכֹּד Ieſa.54.12, & ponã כַּדְכֹּד iaſpidem propugnacula tua. vel feneſtras tuas. i.lapides feneſtrarum tuarũ. Tharghú,Et ponã ſicut gemmas ligna tua. Tharghum Ieroſolymitanum,pro נֹפֶךְ,Exo,28.18, quod eſt gẽma ſubobſcura,ſubatra,aut nigra,ſecundũ R.D.& R.Abrahám:habet כַּדְכַּדִינָא. Alii putãt cadcód eſſe vnionem, ſeu margaritam, nonnulli cryſtallum.

כַּלְכֵּל Require in radice כּוּל.

כַּפְתֹּר Eſt תַּפּוּחַ, Malum : vel quod eſt inſtar mali rotũdum, vt fit in picturis & ſculpturis, in quibus fiunt mala,& malogranata, & idgenus. Exod. 25.32. Significat etiã מַשְׁקוֹף, Superliminare, quod eſt cõiunctũ duobus poſtibus. Hamós 9.1, Percute הַכַּפְתּוֹר ſuperliminare,& cõtremiſcent.Sic autẽ appellatur ſuperliminare,ait R.D. quòd ſculperẽt in illo mala,floréſq;. Eſt & nomẽ prouinciæ, Cappadocia,& Cappadox.Hamós 9.7,מִכַּפְתּוֹר à Cappadocia. Plurale,כַּפְתּוֹרִים Cappadoces,Mala,Superliminaria. Exod.25.31, כַּפְתֹּרֶיהָ mala eius,& flores eius. Sepha.2.14, בְּכַפְתֹּרֶיהָ in ſuperliminaribus eius cõmorabuntur. Tharghũ, בְּפַתּוּחַ תַּרְעָא

in ſuperliminari portæ commorabuntur.

כִּרְכֵּר In pihel eſt Subſilire, ſaltare. 2. Semuel 6.16, וּמְכַרְכֵּר & ſaltantem coram Domino. Tharghum, מְשַׁבַּח laudantem. Hinc etiam (inquit R. Dauid in côment. & in lib. ra.) dicũtur cameli, & animalia leuia ac velocia in ambulando, כִּרְכָּרוֹת. Videntur enim ſaltare propter ſuã velocitatem. Ieſah. 66.20, & in mulis, וּבַכִּרְכָּרוֹת & in camelis. aut animalibus velocibus. Tharghum, וּבְתוּשְׁבְּחָן & in laudibus.

כִּרְבֵּל Amicire, tegere, operire. 1. Paral. 15.26, Et Dauid מְכֻרְבָּל opert' pallio. Dani. 3.20, וְכַרְבְּלָתְהוֹן & operimentis (vel palliis) ſuis.

כַּרְכֹּב Ambitus, circuitus. Exo. 27.5, Ponéſque illud ſubter כַּרְכֹּב הַמִּזְבֵּחַ circuitũ altaris. Tharghũ vertit סוֹבְבָא circuitũ. & R. Selomoh in côment. ſimiliter: vbi ita inquit, Omne quod circuit quidpiã in gyrũ, vocatur כַּרְכֹּב. Et ſecundum doctores Hebræos (vt ait idem ibidem, & R. Dauid in lib. rad.) erat duplex circuitus, prior qui dictus eſt: & alter in quo ambulabant ſacerdotes miniſtrantes, ne illorum pedes nutarent.

כַּרְכֹּם Crocus. Cant. 4.14, Nardus, וְכַרְכֹּם & crocus.


כַּרְמֶל Spica plena, viridíſque ac tenera. Leuit. 2.13, גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל תַּקְרִיב triticum côtuſum ſpicæ plenæ virentis offeres. Significat & Coccinum. Cant. 7.6, Caput tuum ſuper te כַּכַּרְמֶל ſicut coccinum. Vnde ſequitur, Et coma capitis tui vt purpura. Et cum chiric, 2. Paral. 3.13, & purpura, וְכַרְמִיל & coccino. i. colore purpureo, qui vulgo dicitur *grana*. Eſt & nomen montis, Ieſa. 32.14, Et erit deſertũ לַכַּרְמֶל וְכַרְמֶל in Carmél, & Carmél in ſyluã (.i. vt ſylua) reputabitur. Metaphorice ſi-

gnificat, vrbes quæ ſunt vt deſertũ abſq; arboribus fructiferis, futuras vt Carmél, qui eſt mons plenus arboribus fructiferis, & agris. Et 29.17, Et conuertetur Lebanón לַכַּרְמֶל וְהַכַּרְמֶל in Carmél, & Carmél in ſyluam reputabitur. Metaphorice notat, quòd ii qui modo ſunt excelſi vt cedri Lebanón excelſæ, erunt ſicut arbores Carmél, quæ ſunt humiles. Et ii qui modo ſunt humiles vt arbores Carmél, erũt excelſi vt arbores ſyluæ Lebanón. Et eſt prophetia ſuper regnum Chizchiiáhu.

כִּרְסֵם In pihél, Implere ventrẽ. Pſa.80.14, יְכַרְסְמֶנָּה impleuit ventrẽ ex illa porcus de ſylua. Sic eſt dictio cõpoſita: acſi dicat, יְכָרֵס מֶנָּה implebit vẽtrem ſuũ ex ea. מֶנָּה pro מִמֶּנָּה, & יְכָרֵס à כָּרֵס vẽter, vt habes in כָּרֵשׂ. Alii exponunt acſi dicat, יְקַרְסְמֶנָּה cum כ.ק enim & ק ſunt eiuſdem exitus, & poſſunt adinuicẽ permutari, inquit R. D.i. excîdet ac conſumet illam aper de ſylua. Nam pro יַחְסְלֶנּוּ, Deut.28.38, excîdet (aut cõſumet) illud locuſta: Targhũ Ieroſolymitanum habet יְקַרְסֵם יָתֵיהּ excîdet illud. Et ſic in Miſnáh, Ager שֶׁקַּרְסְמוּהָ quẽ exciderunt (cõſumpſerunt) formicæ. Tharghũ, יְנוּבְרִינָּהּ effodit (eruit porcorum more) eã. R. Abrahám in commen. verbũ eſſe quadratum ſcripſit: acſi dicat, יְרַמְסֶנָּה. cõculcauit eam. Et ſunt qui dictionẽ dicunt eſſe compoſitam, vt ſit, impleuit ventrem ex illa: ſed hoc eſt abſurdum (inquit) in oculis meis. R. Selomóh, excîdit (euulſit) eam. Citat etiam Miſnáh vt ſuprá.

כַּרְפַּס Color viridis. Eſtér 1.6, חוּר כַּרְפַּס album (.i. aulæum album) viride.

ל



Litera deseruiés quid significet,& quomodo punctetur, dictum est lib.1.Hebraicarum institutionum,cap.19.

לא Non,quære in לו.In illa enim radice ponitur à R.D.

לאב Vnde præposito ת nominum constitutiuo, fit תַּלְאוּבָה,Sitis,ariditas,siccitas. Semel duntaxat inuenitur. Hose. 13.4, Ego noui te in deserto in terra תַּלְאֻבוֹת siccitatum.ariditatum.i.in locis siccis,aridísq;. Etiam R.Ionáh scribit,in Harabico,terram siccam, & aridam vocari לַאֲבָה.

לאה Laborare , fatigari, Moleste , siue ægre ferre. Iiób 4.2,Nónne si tentauerit quispiam loqui ad te,תִּלְאֶה ægre feres?R.D.in lib.rad.in radice נִסָּה,exponit, Si tentauerit tētans vt nostra fert opinio, ægre feres?Gene.19.11,וַיִּלְאוּ Et laborauerūt viri ad inueniendum ostium. Et in nifhál,Iesah.1.14,נִלְאֵיתִי laboraui ferendo. Et in hifhíl, Iiób 16.7,nunc הֶלְאָנִי laborare fecit(siue fatigauit)me.Micháh 6.2,Et quid הֶלְאֵתִיךָ laborare feci te?ה cum seghól,& א cum serí,inquit R.D. in lib.ra. Ieche.24.12, Mendacia(sub.faciendo aut loquendo)הֶלְאָת laborare fecit seipsam. ת est loco ה signi fœminei,deficiente ה radicali.Et quia deficit ה radicale,opus fuit vt ה mutaretur in ת,ad discrimen inter ipsum & הֶלְאָה masculeū, teste R.Dauid in Michlól. Iesah. 7.13, Num parum est vobis הַלְאוֹת אֲנָשִׁים כִּי תַלְאוּ גַּם אֶת־אֱלֹהָי laborare facere homines,quòd laborare facietis etiam Deum meum? Nomen,Exod.18.8,Et narrauit,&c. אֵת כָּל־הַתְּלָאָה omnē laborem, qui inuenit il-

los. Et מ & ת præpositis, Malachi 1.13, מַתְּלָאָה labor. Vel dic מ deseruire, & pathách esse loco chiric : acsi dicat, מִתְּלָאָה à labore. aut de labore. & sic Psal. 55.22, Lenierút מַחְמָאוֹת præ butyris os suum. Et sic habet Iehonathán in Tharghũ, מִלֵּיאוּתָנָא à labore. Idem R. Dauid in commen. Sed secundũ R. Abrahám deficit ה, vt sit מַהַתְּלָאָה. Et est sicut מַזֶּה בְיָדֶךָ, pro מַה־זֶּה, Exod. 4.2, acsi dicat, מַה זֹּאת תְּלָאָה Quid hoc laboris! aut, qualis labor! quum tamẽ ea oblatio sit sicut puluis, & nõ sit sufficiẽtia in ea.

לאט Est כָּסָה, Operire, tegere. 2. Sem. 19.3, Et rex לָאַט operuit faciem suã. Iiób 15.11, וְדָבָר לָאַט עִמָּךְ & verbum (vel res) latuit tecũ. Exod. 7.22, Et fecerunt sic magi AEgypti בְּלָטֵיהֶם incantationibus suis. quiescit ה, in quod א versum erat, inquit R. Dauid. Potest tamen secũdum eundem, esse ex radice לָהַט, ibi vide. Et R. Iehudáh adduxit לָאַט in radice לוט, & venit perfectum cum permutatione ו in א. & hoc est rectũ, inquit. require in לוט.

לאך Vnde præposito מ, מַלְאָךְ, Angelus, nuntius. Iiób 1.14, וּמַלְאָךְ & nũtius venit. Gene. 16.7, מַלְאַךְ angelus Domini. 2. Semu. 11.24, dixítque Dauid אֶל־הַמַּלְאָךְ ad nuntium. 1. Semu. 11.4, הַמַּלְאָכִים nuntii. Psal. 104.4, qui facit מַלְאָכָיו angelos suos spiritus. Nachum 2.13, & non audietur vltrà vox מַלְאָכֵכֵה nuntiorum tuorum. Est enim sicut מַלְאָכַיִךְ inquit R. Dauid in lib. rad. Et venit serí sub כ signo pronominis loco camés, & ה sicut in אוֹתָנָה, Exod. 35.26: & אוֹתְכָה, Nume. 22.33. Sed R. Ionáh scripsit ה poni vice י, & quòd debuerat esse sicut illud Psalm. 116.7, לִמְנוּחָיְכִי, & sic מַלְאָכֵיכִי. R. verò Ionáh filius Bilhám scripsit, & exposuit, Non audietur vltrà sonitus dentium edẽtium prædam. vt dixit eodem

versu, Et succîdam de terra prædam tuam. vel cibum tuum. Et in lingua Persica vocâtur molæ מַלְאֲכָה, quatum est molere: & dentes vocantur טוֹחֲנוֹת molentes, Eccle.12.3, vt in טָחַן. Nomen, מַלְאֲכוּת, Nuntiatio, Missio tam Dei quàm hominis: vnde & מַלְאָךְ, vt dictũ est, dicitur nuntius. Et Propheta dicitur nũtius Dei, quòd sit missus Dei. vnde dicitur de Moséh, Nume.20.16. & misit מַלְאָךְ nũtiũ, & eduxit nos de AEgypto. Chag.1.13. Et dixit Chaggái מַלְאַךְ יְהוָֹה בְּמַלְאֲכוּת יְהוָֹה לָעָם nũtius Domini(.i. missus) in nũtiatione(missione) Domini populo. Et sic 2. Paral.36.16, & subsannabant nuntios Dei. i. vates. Aliud, מְלָאכָה, Opus, Substantia, opes. Leuit.16.29, Et omne מְלָאכָה opus non facietis. 1. Sem.15.9, & omnem הַמְּלָאכָה נְמִבְזָה substantiã contemptibilẽ. Vel, & omne pecus &c. Ponitur enim pro מִקְנֶה, pecus, vt ait R.D. in lib. rad. Gene.33.14, ad pedem הַמְּלָאכָה pecudis. Exo.36.7, וְהַמְּלָאכָה & substantia(sub. oblata. nempe argentum & aurum) erat sufficiens pro omni הַמְּלָאכָה opere ad faciendum illud. Interdum deficit א. Irm.7.18, Vt facerent placentas לִמְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם operi cæli. Sunt tamen(inquit R.D.) qui מ putant esse radicale à מָלַךְ Regnare: vt sit, Reginæ cæli. hoc est stellæ magnæ quæ est in cælo. Tharghum, Stellæ cæli. Exo.22.7, si non misit manum suam בִּמְלֶאכֶת רֵעֵהוּ in substãtiam proximi sui. Et sic interdum venit absolutum, 2. Parali.13.10, & Leuitæ בַּמְּלֶאכֶת in opere. Plurale, מְלָאכוֹת. & in regimine cum motu א, 1. Parali.28.18, Omnia מַלְאֲכוֹת opera simi litudinis. Psal.73.28, מַלְאֲכוֹתֶיךָ opera tua. Scripsit autem R. Dauid in lib. rad. omnia prædicta scripsisse in hac ra dice secundum opinionem R. Ionáh, qui מ putauit nõ esse radicale, sed nominis constitutiuũ. Sed tamẽ rectũ

esse vt ם sit radicale, & radicem quatuor cōstare literis.

לְאֹם Vnde לְאֹם, Populus, gens. Genes. 25.23, וּלְאֹם מִלְאֹם יֶאֱמָץ & populus populo robustior erit. Iesah. 51. 4, וּלְאוּמִּי, & populus meus. Scribitur cum ו,& ם cum daghes. Plurale, Gene. 27.28, לְאֻמִּים populi.

לֵבָב Cor. Deuter. 28.48, Et in bonitate לֵבָב cordis. 1. Paral. 11. 38, בְּלֵבָב שָׁלֵם corde perfecto venerunt. Deuter. 20.8, & tener הַלֵּבָב corde. Ionáh 2.4, בִּלְבַב in cor de(.i. medio) marium. Iesah. 6.10, וּלְבָבוֹ & cor eius. Nachum 2.7, super(vel ad) לִבְבֵיהֶן corda earum. est plurale masculeum. Fœmineum autem, 1. Paral. 28.9, לְבָבוֹת.

Defectiuum, carens altero ב, לֵב. Psal. 12.3, בְּלֵב וָלֵב corde,& corde loquētur. Ore enim præ se ferūt cor bonū quod est malum,& sic duplici loquūtur corde. Eccles. 10.2, לֵב cor sapientis ad dexteram eius. Acsi dicat, cor sapientis est præparatum illi, quemadmodum dextera præparata est ad omne opus. Et quia cor (ait R. D.) est habitaculū intellectus, dicitur Prouer. 15.32, קוֹנֶה לֵב, possidens cor.i.scientiam. 1. Paral. 12.33,& ad disponendū בְּלֹא־לֵב וָלֵב absque corde & corde.i.non duplici corde. Non enim erat illis in bello duplex cor, sed perfecto pugnabant corde, quemadmodum dixit versu 38, Instructores aciei corde perfecto. Et quia cor est in medio corporis,& eius robur: mediū cuiuslibet rei, & robur illius, appellatur לֵב. Deut. 4.11, Et mons ardebat igni vsque ad לֵב הַשָּׁמַיִם cor cæli.i.vsque ad mediū cæli. Ieche. 11.21,& ad לֵב cor(.i. mediū vel robur) contaminationum suarum cor eorum ambulat. Tharghum, post cultum contaminationum suarum &c. R. Dauid in cōment. in hūc modum exponit, Et illis qui modo sunt in Ierusaláim, quorum cor ambulat ad cor abomina-

tionú ſuarú, viam illorú in caput illorum poná.i. red dá retributionem in caput illorum. Et dixit ad cor, acſi cótamin. cor eorú in duo corda fuiſſet diuiſum, quẽadmodum dixit Eliiáhu cultoribus Báhal, Vſquequo claudicatis in duas cogitationes? 1. Reg. 18. 20. Pſal. 14.1, בְּלִבּוֹ in corde ſuo. Ieche. 13. 18, מִלִּבְּהֶן de corde earú.

Alia forma, לַבָּה. Exo. 3. 2, בְּלַבַּת־אֵשׁ in medio ignis, ſecundum R.D. Et ſunt (inquit) qui exponunt, in flamma ignis: & ſic deducitur à לֶהָבָה, éſtque inſtar אוֹת ab אִוָּה.

Forma fœminea, לִבָּה. Iechez. 16. 29, לִבָּתֵךְ cor tuum. Pſal. 125. 4, בְּלִבּוֹתָם in cordibus ſuis. Hinc verbú in pihél, pro Auferre cor, ſiue tranſfigere cor, inquit R. Dauid. Canti. 4. 9. לִבַּבְתִּנִי abſtuliſti (vel tranſfixiſti) mihi cor, ſoror mea ſpóſa. Et in nifhál, Iiób 11. 11, Et vir vanus יִלָּבֵב efficietur cordatus. Si Latine dici poſſet, cordificabitur. quippe homo in principio, inanis ac vacuus ſcientia, ſubinde cordatus efficitur, éſtque illi cor.i. ſcientia. Hinc eſt & לְבִיבָה, Conſperſio tenuis quæ frigebatur in ſartagine, vel laganum. à quo & verbum in pihél. 2. Sem. 13. 8, Et tulit conſperſioné, וַתְּלַבֵּב לְעֵינָיו וַתְּבַשֵּׁל אֶת הַלְּבִבוֹת & fecit lagana (laganauit, ſi Latine ita loqui fas eſſet) in oculis eius, & coxit lagana. Et 6, וּתְלַבֵּב לְעֵינַי שְׁתֵּי לְבִבוֹת & faciat lagana in oculis meis, duo lagana.

לָבָא Vnde לָבִיא, quod eſt אֲרִי, Leo. Ieſa. 30. 6, לָבִיא וָלַיִשׁ leo, & tigris. Ioél 1. 6, & molares (ſub. dentes) לָבִיא לוֹ leonis ei. Et vt inquit R. Dauid in cóment. אַרְיֵה eſt leo minor, לָבִיא vero maior. Nachum 2. 11, quò vadit אריה לביא leo minor (&) leo maior. Gene. 49. 9, accubuit ſicut leo (ſub. minor) וכלביא & tãquam leo (ſub. maior,) quis ſuſcitabit eum? Pſal. 57. 5, in medio לְבָאִים leonum. Quod ſecundum normam, inquit R. Dauid, debuerat

buerat esse לְבִיאִים instar נְבִיאִים. Fœmineum, Iéchez. 19.2, Quare mater tua לְבִיָּא leæna, &c. quod secundum normã debuerat esse לְבִיאָה, sed venit י loco א, & א loco ה. Nachum 2.12, & strangulauit לְלִבְאֹתָיו leænis suis.

לְבָרוֹן Vide בָּרָר.

לָבַט Secundum R.D. Peruertere, Impingere, ruere, cadere. Secundum R. Ioseph, Festinare, accelerare, Claudicare: quod probat lingua Harabica. In literis Sacris raro inuenitur, idque in nifhál. Prouer. 10.8, & stultus labiis יִלָּבֵט peruertetur. vel peruersus efficietur. aut impinget, ruet, siue cadet. Idẽ versu 10. R. verò Iosépph exponit, festinabit. i. non diu cogitabit vt intelligat, consideretque quo pacto præceptum impleat, & faciat. Aut, claudicabit in duas cogitationes in his quæ præcipientur ei. i. anceps, ac dubius erit, & non erit illi clara veritas. R. Selomóh in comment. exponit, laborabit, fatigabitur. R. Himmanuél, punietur, seu cadet in punitionem & pœnam, eo quòd nõ humiliauit se præceptis. Tharghum, labiis suis מִתְאֲחַד capietur. Hose. 4.14, & populus qui non intellexerit, יִלָּבֵט peruersus efficietur. R. Dauid in comment. exponit corruet. Et alios dicit exponere, anceps & dubius erit in sua scientia & opinione: vt homo qui ignorat quid faciendum sit, perplexus est. Tharghũ, Et cũ generatione, quæ non intellexit legẽ, aut speculata est in lege, nónne אִתְרְמַשׁ relinquetur? vel collidetur. Vtrunque significat רְמַשׁ.

לָבַן Vnde לְבֵנָה, Later. Gene. 11.3, וַתְּהִי לָהֶם הַלְּבֵנָה & fuit eis later pro lapide. Plurale masculeũ, Gen. 11. 3, נִלְבְּנָה לְבֵנִים laterificemus lateres. ita ad verbum. Latine, conficiamus lateres. Exod. 5.7, לִלְבֹּן הַלְּבֵנִים ad lateri-

ficandum (conficiendum) lateres. Verbum in cal, לָבַן, Cóficere lateres. cuius macór, & futurum habes supràin nomine. Et fornax in qua coquuntur lateres, appellatur מַלְבֵּן. 2. Semu. 12.31, & transire fecit eos בַּמַּלְבֵּן per fornacem laterum. Acsi dicat, Et combussit eos in loco in quo lateres coquuntur: inquit R. D. in commẽ. Et aduerte quòd dictio intrinsecus scribitur בַּמַּלְכֵּן cum כ, sed in margine scribitur cum ב, ad denotandã duplicem lectionem. Si legatur cum כ, inquit idem ibidem, sensus est, Et transire fecit eos per Malchén. i. locum idóli Mólech per ignem. Nam filii Hammón liberos suos transire faciebant per ignem, immolantes illos idólo Mólech, qui & Milcóm, & Malcam, & Malchén appellatur. nam ם & נ inuicem permutantur, vt כְּמוֹהֶם & כְּמוֹהֶן, & מוֹף & נוֹף. Tharghum, וּגְרַר יַתְהוֹן בְּשׁוּקַיָּא Et serrauit eos in plateis quæ erant tectæ lateribus (vt exponit R. Dauid ibidem & in lib. rad.) vt dura illos ac vili morte perimeret. Vel, בְּשׁוּקַיָּא, in fornacibus: sic appellatis, quòd in illis ordinate ponerentur lateres hinc & inde. Ná apud Hebræorũ doctores, מַלְבְּנוֹת appellãtur ordines, lineæ ordinatæ, vt ordines laterũ, ac frugũ. Sic etiã locus in quo fiũt lateres, potest appellari מַלְבֵּן. Irm. 43.9, בַּמַּלְבֵּן in fornace laterũ. vel in loco in quo fiũt lateres, secundũ R. D. in lib. rad. Nachum 3.14, apprehẽde (vel robora) מַלְבֵּן fornacem. Acsi dicat, inquit idem, Robora filios fornacis. i. lateres Tharghũ, robora בִּנְיָנַיִךְ ædificia tua. R. D. in cómen. fornacé laterum. R. Abrahám in comment. locum in quo fiunt lateres. Hinc & לָבָן, Albus, candidus: & Albedo, candor. Gene. 30.33, Omne in quo fuerit לָבָן albedo. Exo. 16.31, & erat sicut semen coriandri לָבָן album. Et in regimine, Gene. 49.

12,וּלְבֶן־שִׁנַּיִם & albus dẽtibus. Zecha.6.3,equi לְבָנִים albi. Fœmineũ, Leuit.13.24, rufa, אוֹ לְבָנָה vel alba. Hinc verbũ in hithpahál, Albere, albeſcere, albũ fieri. Dani.12.10, וְיִתְלַבְּנוּ & albeſcent. Et in hifhil, Albare, dealbare. quanquam capiatur & intranſitiue pro albere: vt Ioél 1.7, הִלְבִּינוּ albi fuerunt rami eius.i.ſiccati ſunt, aruerũt, & effecti ſunt albi. eſt intranſitiuum, inquit R. Abrahám & R.Dauid in comment.& lib.rad.Et ſic Pſal.51.9,& præ niue אַלְבִּין albus fiam.Et tranſitiuum, Daniél 11.34, וְלַלְבֵּן & ad albificãdum.ſiue dealbãdum.quod ſecundum normã debuerat eſſe(inquit R.D.in lib.rad.) וּלְהַלְבֵּן.& quia caret ה, mutata eſt eius punctatura, nempe pathách in ל deſeruiens. Nomen alia forma & ſignificatione, לִבְנֶה, Populus arbor: ſic appellata, quòd detracto cortice, admodum ſit alba. Hoſe.4.13, ſub quercu וְלִבְנֶה & populo. At לִבְנָה eſt genus lapidis candidi, aut rubei. Exo.24.10, tanquam opus לִבְנַת הַסַּפִּיר lapidis ſappiri. Tharghum, tãquam opus אֶבֶן טָבָא lapidis boni. id eſt pretioſi. R.Selomóh dicit hoc dixiſſe, vt memoraret afflictionem Iſraél qua afflicti fuerunt in opere לְבֵנִים laterum. R. vero Ionáh dicit nomen ſignificare candorem: vt ſit, ſicut opus candoris ſappír. Haghaón quoque ſappirum ſcripſit eſſe albi coloris, probãs hoc per hunc locum. R.verò Abrahám in comment. rubri coloris aſſerit eſſe: probans hoc per illud Thren. 4. 8, Mundiores fuerunt Neziræi eius niue, nitidiores fuerunt lacte, rubicũdiores fuerunt aſpectu (vel corpore) gẽmis, (alii, margaritis: R.Abrahám, ſappiris) è ſappiro exciſio eorum. Eſt enim eiuſdem ſententiæ repetitio in dictionibus diſtinctis, mundiores, nitidiores &c. & ſic rubicundiores &c. & hoc pacto סַפִּיר & פְּנִינִים idem

ſunt. Sed de פְּנִינִים dicitur rubicũdiores &c. Ergo & סַפִּיר rubei eſt coloris. Præterea quæ ratio eſt vt dixerit, tanquam opus? dicendum fuerat, tanquam aſpectus. Et rectum eſt (inquit) vt לִבְנַת ſit à לְבֵנָה later, ſicut חֶשְׁבַת in regimine, eſt à חֲשֵׁבָה. Dicit ergo, tanquam lapidis ſappír, quem vidit Iechezchél in viſione prophetiæ, cap. 10. 1, Sicut lapis ſappír, ſicut aſpectus ſimilitudinis ſolii. Et opinio Derás eſt, quòd viderint ſimilitudinem lateris ſub pedibus ſolii gloriæ, vt oſtenderet reducerétque in memoriã afflictũ fuiſſe Iſraélẽ ab AEgyptiis in opere laterũ. Luna quoq; à cãdore appellatur לְבָנָה. Ieſa. 30. 26, Et erit אוֹר־הַלְּבָנָה lux lunæ, ſicut lux ſolis. Thus quoque, à candore vocatur לְבוֹנָה. Ieſah. 66. 3, odorans לְבֹנָה thus. Exo. 30. 32, וּלְבֹנָה זַכָּה & thus purum. Eſt etiã לְבוֹנָה nomẽ vrbis, vt habes Iudi. 21. 19. לַבֵּן quod eſt in titulo Pſal. 9, exponitur à R. Dauid in hac radice. Sunt (ait) qui dicunt fuiſſe vnũ ex inimicis Dauid, in cuius morte hunc cecinerit Pſalmum. Alii vero per metatheſin literarum, fuiſſe נָבָל Nabál. R. Ioſéph ſcripſit ל deſeruire, & nomẽ eſſe cantoris, qui Ben appellabatur. 1. Para. 15. 18, Et cum eis frater eorum ſecundi, Zechariáh, Ben, & Iahaziél. quódque hunc Pſalmum cecinerit Dauid ſuper morte Gholiáth, & victória habita de Peliſtæis: pulſauerit autem illum Ben cãtor. Quòd ſi dixeris dicẽdum fuiſſe לְבֵן cum ſeuá, quia non venit notificatio iuxta nomen hominis, aut vrbis: reſpondetur quòd licet hæc ſit conſuetudo linguæ, tamen ad augendam notificationem, plærunque inuenitur cum ſigno notificatiuo, quemadmodũ venit iuxta nomen vrbis, 1. Semu. 15. 4, & recenſuit ẽos בַּטְּלָאִים in Telaím. Sed rectum eſt vt hoc exponatur, in agnis: vt dictum eſt in eius ra-

dice.& 19.22,בְּשֵׂכוֹ in Secho. Et sic dixit לְבֵן,ne ancipites essemus in dictione בֵּן,quia בֵּן est etiam filius.

לבש Induere,vestire. Leuit.16.23,Et exuet vestes lineas quas לָבֵשׁ induerat. Psal.93.1,גֵּאוּת לָבֵשׁ לָבֵשׁ יְהוָה עֹז gloriam induit,induit Dominus fortitudinem. Est cum seri vt חָפֵץ.Iiob 29.14,צֶדֶק לָבַשְׁתִּי iustitiam indui. Psal.65.14,לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן induerunt se pascua pecudibus. Sephan.1.8,הַלֹּבְשִׁים מַלְבּוּשׁ נָכְרִי qui induunt se veste aliena. 1.Semu.17.5,& lorica squamarum erat לָבוּשׁ indutus.i.induerat se.hæc enim participia passiua,vim habent actiuorum,ait R.D.in lib.rad.& Michlól.Qui enim induit se veste , indutus est veste , & sic vestis est induta illi. Iechez.9.11,לְבוּשׁ הַבַּדִּים indutus lineis. Chag. 1.6, לָבוֹשׁ induere. 1.Reg.22. 30, לְבַשׁ בְּגָדֶיךָ indue vestes tuas. Cant.5.4,quomodo אֲלַבָּשֶׁנָּה induam illam? Exod. 29.30,septem diebus יִלְבָּשָׁם induet illas.camés ש est vice seri,inquit R.Dauid in Mich. Et in pihél, 1.Reg. 22.9,מְלֻבָּשִׁים בְּגָדִים induti vestibus. Et in hifhil, Iesah. 61.10,הִלְבִּישַׁנִי בִּגְדֵי־יֶשַׁע induere fecit me vestibus salutis. 2.Sem.1.24,הַמַּלְבִּשְׁכֶם שָׁנִי qui induere faciebat vos coccino. ם ponitur vice ן. Zechar.3.4,וְהַלְבֵּשׁ אֹתְךָ & induere (pro induere feci) te mutatoriis vestib'. Est macór pro præterito. vnde etiam Tharghum habet,וְאַלְבִּישִׁית & induere feci. Iesah. 50.3,אַלְבִּישׁ שָׁמַיִם קַדְרוּת induere faciã cælos nigrediñe. Iiob 39.22,הֲתַלְבִּישׁ nũ induere facies collũ eius tremore? Et 10.11,pelle & carne תַּלְבִּישֵׁנִי induere facies (pro fecisti) me. Nomẽ,לְבוּשׁ,Vestis, vestimẽtũ. Psa.102.27,כַּלְּבוּשׁ sicut vestimẽtũ mutabis eos. Iesa.63.1, iste gloriosus בִּלְבוּשׁוֹ in veste sua. Thre.4.14,בִּלְבֻשֵׁיהֶם in vestibus suis. Alia forma, præposito מ. Iiob 27.16,parabit מַלְבּוּשׁ vestimẽtũ. 1.Re.10.5,וּמַלְבֻּשֵׁיהֶם & vestes eorũ.

dum ſcriptũ eſt Leuit.25.33, Et egredietur מִמְכַּר־בַּיִת vẽditio domus, & vrbis poſſeſſionis eius in Iobel. Et hæc eſt expoſitio illius quod dicit,ſuper patres:aut potius, patribus.Nõ dicet illi,Hoc eſt tuũ,non comedes partẽ ſicut partẽ &c. Alia forma,מְכֵרָה. Gen.49.5,Simhón & Leui fratres, inſtrumẽta iniquitatis מְכֵרֹתֵיהֶם in habitationib' ſuis.Vel,habitationes eorũ.ſicut מְכוּרֹתַיִךְ habitationes tuæ,Iechez.16.2,cũ chólem.& cũ ſúrec in כ, מְכֻרוֹתַיִךְ,Iechez.21.30.Tharghũ,Simhón & Leui fratres, viri fortes in terra habitationũ ſuarũ,operati ſunt fortitudinẽ.aut fortiter.Vel,gladii eorum.R.Selomóh in cõment.habitationes eorum,aut gladii eorũ. Et R.Abrahám in cõment.Sunt(inquit)qui deducũt dictionẽ à נָכַר agnoſcere.Sed hoc nõ eſt rectũ, ſecundum grammaticá.Alii exponunt, poſſeſſiones eorũ. aut emptiones eorũ,à כָּרָה poſſidere:citantes illud Deute.2.6,Etiã aquas תִּכְרוּ emetis ab illis.Alii exponũt,traditiones eorum,quia tradiderũt ſeipſos morti:vt Iudic.5.18, Zebulún populus expoſuit animã ſuam ad moriendum.At rectum eſt vt ſit ſicut illud Iechez.16.2,מְכוּרֹתַיִךְ Et deficit ב: acſi,dicat in habitationibus ſuis.& hæc iniquitas,fuit eo quòd doloſe contra fœdus initum,viros Sechém occiderunt.

מלל Vnde מִלֵּל in pihél,Loqui,dicere.Gen.21.7,quis מִלֵּל loqueretur(diceret)ad Abrahám(vel de Abrahám)Lactauit &c.Pſal.106.2,quis יְמַלֵּל גְּבוּרוֹת יְהוָה loquetur fortitudines Domini? Nomen,מִלָּה, Sermo, eloquiũ,dictio.Pſal.139.4,non eſt מִלָּה ſermo in lingua mea.Iiób 30.9,& fui eis לְמִלָּה in ſermonẽ. Plurale maſculeũ,Iiób 6.26,מִלִּים ſermones.Et cũ ן,more Chaldaico vice ם.Iiób 12.11,מִלִּין. Inuenitur & in cal,Prou.6.12,

12, מוֹלֵל loquẽs pedibus ſuis. Sũt qui exponũt illud Irme. 11. 16, הֲמוּלָּה loquelæ:ex hac radice, quod & Ionathán in Tharghum ſequitur.require in חָמַל. Alia ſignificatio, מְלִילָה, Spica. Deutero.23.25, decerpes מְלִילֹת ſpicas manu tua.

מָלֵא Inſtar חָפֵץ, Implere, cõplere, perficere: Excidere, ſuccidere. nonnunquã tranſitiuũ, interdum intrãſitiuũ. Exo.40.34, & gloria Domini מָלֵא אֶת־הַמִּשְׁכָּן impleuit tabernaculũ. eſt præteritũ: & ſic 1.Reg.8.10. Alia vero מָלֵא, ſunt nomina toarim, quæ & pro participio, præſentique tẽpore capiuntur. Eſtér 7.5, מְלָאוֹ repleuit eũ. Iiób 36.17, וְדִין־רָשָׁע מָלֵאתָ, & iudiciũ impii impleuiſti. Exponit R.Moſéh, Dignus eras vt impleretur in te iudicium impii: verum vt ad illũ redires, pepercit tibi Deus. Vel, iudiciũ impii imple: ſequẽdo illorum opinionẽ qui diuinam negãt prouidentiam. Irme.6.11, וְאֶת חֲמַת יְהוָֹה מָלֵאתִי & ira Domini plenus ſum. Tharghũ, Et prophetia Domini fortiter à conſpectu Dei repletus ſum. Idcirco furore Domini plenus ſum. Micha.3.8, & vere ego מָלֵאתִי כֹחַ אֶת־רוּחַ יְהוָֹה וּמִשְׁפָּט repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, (vel, ſpiritu Domini,) & iudicio. Tharghũ, Et vere ego repletus ſum fortitudine ſpiritus prophetiæ à facie Domini, & iudicio veritatis, & fortitudine. R.D. in cõmen. Et vere nõ ſum ſicut illi quibus nõ eſt reſpõſio Dei, ſed repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini. Vnũ ſine א, more deſinentiũ in ה, Iiób 32.19, מָלֵתִי מִלִּים plenus ſũ ſermonibus. Ieſa.2.6, מָלְאוּ מִקֶּדֶם repleti ſũt (ſub. maleficiis, ac ſuperſtitionibus) præ Oriẽte.i. orientalibus. Vel tranſitiue ſecundũ R.D. repleuerunt (ſub. terrã ſuam maleficiis) præ Oriente.i. Orientalibus. vel præ Iſmahelitis, vt alii expo-

nũt:vt Gen.25.12,Et istæ sũt generationes Ismahél &c. Vnũ sine א,vt desinẽtia in ה,Ieche.28.16,מָלוֹ plena sũt. Iesa.14.21,וּמָלְאוּ פְנֵי־תֵבֵל עָרִים neq; impleãt superficies orbis inimicis.vel ciuitatũ.vtrũq; significat עָרִים,& vtroque modo exponit R.D.in cõmẽ.acsi dicat, præparate filios occisioni &c.ne surgãt, neq; hæreditẽt terrã,neque impleãt faciẽ orbis inimicis, & malis hominibus. vel ciuitatibus quas illorũ patres desolauerant. Tóar quod ponitur pro participio, præcipue quũ est transitiuũ,sicut & .יָרֵא.Irme.4.12,ventus מָלֵא מֵאֵלֶּה vehemẽtior(fortiórque)his veniet mihi.i.fortior ventis qui sunt ad ventilandũ,purgãdúmque.Nachũ 1.9,sicut stipula ariditate מָלֵא plena.acsi dicat,cuius aduenit tẽpus,& cito cõburitur.Gene.23.9,בְּכֶסֶף מָלֵא, argẽto pleno(.i.perfecto,& boni põderis)det illã mihi.Deut.33.23,וּמְלֵא, & plenus(sub.erit. vel est præteritũ versum in futurũ,& replebitur)benedictione Domini.Irme.6.11,מְלֵא יָמִים, pleno dierũ.i. decrepito. Ruth 1.21,ego מְלֵאָה plena (.i.diues)abii.Hamós 2.13, quẽadmodũ angustatur plaustrũ הַמְלֵאָה plenũ manipulis.Vide עָיק.Vel est nomẽ, quãdo est plenitudo manipulorũ,vt Nũe.18.27,וְכַמְלֵאָה,& sicut plenitudo de torculari.id est,vinũ: sic dictũ quòd non calcãtur vuæ donec perficiatur earum maturitas.Et in regimine,cũ ׳ redundãte secundũ R.Abrahám & R.Dauid:vt Iesah.1.21,מְלֵאֲתִי plena iudicii.pro מְלֵאַת.Exo.22.30,מְלֵאָתְךָ plenitudinẽ tuam,& lachrymã tuam non retardabis.i. primitias semẽtis tuæ quũ fuerint maturæ, & primitias vini tui instar lachrymæ descendẽtis è torculari,nõ retardabis.Iechez.36.38,מְלֵאוֹת plenæ pecudibus. Macór,Leuit.12.4,עַד־מְלֹאת donec cõpleãtur.Est sine ו,sicut & Leuit.8.33, vsque ad diẽ מְלֹאת quo cõpleti

fuerint dies &c. Imperatiuũ,1.Reg.18.33,מִלְאוּ implete. Exo. 32.30, מִלְאוּ implete manũ veſtrã hodie Domino. pro,impleuiſtis manũ veſtrã, ſub. donis & oblationib' .i.perĩde acſi obtuliſſetis dona,& oblationes hodie Domino,reputabitur vobis.Irme.51.11,מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים cõgregate clypeos.i.cõgregate clypeos,& præparate illos ad præliũ.vel,& perficite clypeos. Et in pihél,Deuter.1. 35,Eo quód מִלֵּא cõpleuit, poſt Dominũ. id eſt,perfecit voluntatẽ Domini vt iret poſt Dominũ. 2.Reg.9.24, & Iehú מִלֵּא יָדוֹ impleuit manũ ſuam arcu.i.traxit arcũ totis viribus ſuis.Exo.28.17,וּמִלֵּאתָ בוֹ מִלֻּאת אֶבֶן & implebis illo plenitudinẽ lapidis. Appellatur lapis plenitudinis qui implet palas.Iehoſ.14.8,& ego מִלֵּאתִי impleui poſt Dominũ. i. impleui voluntatẽ creatoris vt irẽ poſt Dominum.Nume.32.11, quia nõ מִלְאוּ impleuerũt poſt me.i.voluntatẽ meam vt irẽt poſt me.ל eſt lene. Irm.13.13,ecce ego מְמַלֵּא impleo omnes &c. Et Tóar loco pahúl,1.Paral.12.15,Et ipſe מְמַלֵּא repletus ſuper omnes ripas ſuas.Et eſt ſicut illud Ieſah.49.7,לִמְתָעֵב גּוֹי ad abominatã gentem: quod itidẽ eſt tóar vice participii paſſiui.Ieſa.65.11,וְהַמְמַלְאִים לַמְנִי & qui impletis planetis libamen.i. qui impletis vaſa eorũ ad libamen numeri ſtellarũ.Vel,qui perficitis numero ſtellarũ libamẽ.Cãti.5.14,מְמֻלָּאִים repletæ tarſis.i. lapide pretioſo qui vocatur tarſis.Exo.29.33,לְמַלֵּא אֶת־יָדָם ad implendũ(ſub. oblationibus)manũ eorum(vel, ad cõſecrandum.2.Parali. 36.20,לְמַלֹּאות ad complendũ.Et ſine ו,Exo.31.5,לְמַלֹּאת ad implendũ. Gene.29.26,מַלֵּא cõple hebdomadã hanc.Irme.4.5,vocate,מַלְאוּ cõgregate.eſt lene.Exo.23.26,אֲמַלֵּא implebo. Iiób 15.2,וִימַלֵּא & replebit Euro ventrẽ ſuum: Tharghũ, Et replebit tanquã vento Orientali vẽtrem

ſuum:i.cogitationes ſuas,vt ait R.Moſéh: hoc eſt, reſpondebit ſociis ſuis verba ventoſa , & eius cogitationes erũt ventus,& vanitas. R.Abrahám Peruſól,Et repleuit vẽto Oriẽtali.i.ſciẽtia mendaci, ventrẽ ſuum,vt reſpõdeat arguentibus.Iiób 40.25,הַתְמַלֵּא nũquid ſuccides ſpinis(vel cultris)pellẽ eius? Tharghú, Poſſibiléne eſt vt impleas tabernacula pelle eius?i.tabernacula piſcatoria quæ fiunt in ripis fluminũ. R.Abrahám Peruſól,Nũ poteris cõcídere ſpinis pellẽ eius,vt capias illũ? 1.Semu.18.27,וַיְמַלְאוּם & cõpleuerunt ea. ל eſt lene. Et in nifhál,Canti.5.2,נִמְלָא־טָל plenũ eſt rore. Ieche.26.2, אִמָּלְאָה replebor.aut replebo me.ſub. negotiationibus, aut mercibus. Iiób 15.32,in nõ die ſuo תִּמָּלֵא ſuccidetur, vel implebitur.& ramus eius nõ viruit.q.d.Ante tẽpus veniet ramus eius , vt perficiat dies ſuos, & areſcat: & hoc metaphorice ſignificat moriturũ non in tempore ſuo.Aut remouebitur proſperitas eius cito.Sũt qui deducunt à מָלַל,& א eſt loco literæ geminãdæ.Tharghũ, In nõ die ſuo replebitur ſepulchrũ eius. R.Moſéh, perficietur. R.Abrahám Peruſól,In non die ſuo naturali impius cõplebit diẽ ſuũ,quia morietur in dimidio dierum ſuorum:& ramus(.i.proſperitas)eius non virebit vltrá. Vel,in non die ſuo excidetur. Et in hithpahál, Iiób 16.10,Simul aduerſum me יִתְמַלָּאוּן cõgregabuntur. pro cõgregati ſunt.ſic etiã R.Leui & R.Moſéh. Nomen,מְלֹא,Plenitudo,Congregatio.Leuit.16.12,& accipiet מְלֹא plenitudinẽ thuribuli &c.i.plenum thuribulũ.1.Semu.28.20,& cécidit מְלֹא־קוֹמָתוֹ plenitudo ſtaturæ eius.Gene.48.19,& ſemẽ illius erit מְלֹא־הַגּוֹיִם plenitudo gentiũ.Et ſine א,Iechez.41.8,מְלוֹ plenitudo calami. Ieſah.31.4, cõtra quẽ vocabitur (pro clamatur,vocatur)

מְלֵא רֹעִים cōgregatio paſtorū.ſic etiã R.Moſeh.R. Abrahám in cōment.Contra quẽ clamatur vt iungãt ſe,ſociéntque ad pugnandũ cum leone מְלֹא cōgregatio.i.vniuerſi ipſi, vt nõ deficiat paſtor qui non veniat. Pſal. 24.2, Domini eſt terra,וּמְלוֹאָהּ & plenitudo eius. eſt cũ

1. Alia forma,numero plurali. Leui.8.28,מִלֻּאִים הֵם cō ſecrationes ſunt.Secundũ R.D.in li.ra. eſt ſicut שְׁלָמִים pacifica,aut perfectiones ſunt.quia ſacrificiũ perfectionũ, aut pacificorũ erat. Et מִלֻּאִים, & שְׁלָמִים fratres ſunt in lingua. Et in radice שָׁלַם, ſcribit appellari ſacrificiũ מִלֻּאִים,quòd repleret omniũ volũtatẽ.nã omnes ex illo edebant.Tharghũ,קוּרְבָּנַיָּא oblationes ſunt.Exo.25.7,& lapides מִלֻּאִים plenitudinũ. ſic dicti quòd replerent palas. Et 29.22, aries מִלֻּאִים pacificorũ eſt. Aut,perfectionum,ait R.Selomòh in comment.ſic dictorum,quòd cōplebant, perficiebántque ſacerdotes in ſuo ſacerdotio. Fœmineum,מִלֻּאָה.Et in regimine,Exod.28.17,Et implebis in illo מִלֻּאַת אֶבֶן plenitudinẽ lapidis.i.palã.Et 20,erũt בְּמִלּוּאֹתָם in plenitudinibus ſuis.i.palis. R.Selomòh in cōment.Quia lapides implebãt foueas(.i.concauitates)palarũ,aptatas eis: idcirco vocauit eas מִלֻּאִים, Erunt בְּמִלּוּאֹתָם ſecundũ plenitudines ſuas. Secundum mẽſurã plenitudinis dẽſitatis lapidũ,erat cōcauitas palarũ,non minor, nec maior. Alia forma,Cant.5.12, manentes iuxta(vel ſuper) מִלֵּאת plenitudinẽ. R.Abrahám in cōment.in diſpoſitione perfecta. aut,ſecundũ diſpoſitionem perfectã. Omne quod eſt factũ ad implendũ foueã, aut cōcauitatem factã ſibi pro ſede, dicitur מִלֵּאת,aut מִלֻּאָה,aut מִלֻּאִים. Tóar,מָלֵא,Plenus.quære in participio cal.Interdũ eſt nomen, Irme 12.6,Clamauerũt poſt te מָלֵא,id eſt קִבּוּץ cōgregatio,ait R.D.in

cóment.acſi dicat,Congregati ſunt poſt te,vt ſi vaticinatus fueris,terreāt te.Et in lib.rad.acſi dicat, Vt congregēt poſt te. R.Haii dicit eſſe vnā è dictionibus quæ per oppoſitū exponūtur:acſi dicat, Defectus in qualibet re,quemadmodū dicunt לסמיא סגי נהור,aut לסומאם גי נהורא.R.Ioſéph ſcripſit eſſe ſicut illud Eſtér 7.5,Et quis eſt iſte, cuius מְלָאוֹ repleuit eum cor eius vt ſic faceret? Dicūt de te quòd nil times:quum enim dicūt tibi,Ne vaticineris in nomine Domini, & per manus noſtras nō morieris:tu adhuc vaticinaris,& non paues mortē.

Et מִלּוֹא,de quo dicitur 1.Reg.9.24,tūc ædificauit אֶת־הַמִּלּוֹא Milló: erat locus in Ieruſaláim cōiunctus muro intrinſecus, non ædificatus, ſed latus, quo congregabantur in congregationibus. Idcirco vocabatur מִלּוֹא. Eum locum Selomóh ædificauit.

מֶלַח Sal. Leuit. 2.13, Et omnis oblatio ſacrificii tui בַּמֶּלַח תִּמְלָח ſale ſallietur.Vel melius trāſitiue,& omnem oblationē ſacrificii tui ſale ſallies. Hinc verbum in cal,מָלַח, Sallire,ſale condire,vt ſuprà Leuiti.2.13. Et in hofhál, Iechez. 16.4; וְהָמְלֵחַ לֹא הֻמְלַחַתְּ & ſalliendo non ſallita fuiſti. Et in nifhál,Perdere,diſperdere,corrūpere,hoc eſt נִשְׁחַת & כָּלָה, Deficere. Ieſah.51.6,Cæli ſicut fumus נִמְלָחוּ defecerunt. conſumpti ſunt. Irme.38.12, Pone quæſo veteres pānos וְהַמְּלָחִים & deuaſtatos(cōſumptos) ſub cubitis manuū tuarum. Targhū,סַפְסָן,laceros.aut laceratos,ſub.pānos.Irme.17.6, Terra מְלֵחָה deſolata,& nō habitabitur. Targhū,Sicut terra Sedóm(.i. Sodomæ) quæ non eſt habitabilis. R.D.in cóment. מְלֵחָה eſt tóar terræ quæ non germinat, & deſolata eſt ab habitatore. Pſal.107.34,Terrá fructus לִמְלֵחָה in deſolatā.vel inhabitabilem. Illud Nume.

18.19, Pactũ מֶלַח salis: R.D. in lib. rad. exponit נִגְזַר præcîsum, determinatum, absolutum, quod non trãsibit.

Hinc est & מַלּוּחַ species herbæ duræ, & malæ, quæ nõ nisi in duro germinat loco, & simili לִמְלֵחָה memorato. Sunt qui dicunt esse vrticã. Iiób 30.4, Qui succidebant מַלּוּחַ herbam è virgulto. R. Moséh in cómen. exponit, Qui excidebãt, colligebántque herbas è terra desolata (vel salsuginis) cum virgultis quæ erãt ibi. R. Perusól, Qui excidebãt herbas amaras, & sallitas, quæ nascũtur iuxta arbores, vt vescerétur. R.D. in cómen. genus scribit esse spinarũ. Tharghũ, Qui eradicabant spinas loco herbarũ comestibilium. Et participium passiuum in pihél, Exod. 30.33, מְמֻלָּח טָהוֹר, mistũ, mundum, &c. & sic habet Tharghũ, מְעָרַב, mistum. acsi dicat, Erũt aromata cótusa, & pariter mista diligẽter. Hinc dicũtur (inquit R. Selomóh in cõment.) מַלָּחִים remiges, nautæq;: quód vertant, misceántque remis aquas. Ionáh 1.4, Et timuerunt הַמַּלָּחִים remiges.

מָלַט Euadere, Liberare, seruare, Eiicere infantẽ, aut párere. In nif hál est intransitiuum. Iudic. 3.26, נִמְלַט euasit. liberatus est. Irme. 48.19, Interroga fugiẽtem, scilicet virũ, וְנִמְלָטָה & eam quæ euadit. acsi dicat, tam virũ, quàm mulierem. Est longũ præter normã. quũ enim sit participiũ, debuerat corripi. Vel est præteritum, & hoc sequitur R.D. in cóment. Sunt qui dicunt ה redundare, quia est longum. Genes. 19.16, הִמָּלֵט erue te. Zechar. 2.7, O Siión אִמָּלְטִי eruere. aut erue te.

Et in hif híl, Iesah. 31.5, trãsiliendo, וְהִמְלִיט & seruando. vel liberando. Et 66.7, Antequam veniat dolor ei וְהִמְלִיטָה זָכָר proiecit fœtũ masculum Et in pihél, Iechez. 33.5, נַפְשׁוֹ מִלֵּט animã suam eruit. Iesa. 46.2, Et non

potuerunt מַלֵּט מַשָּׂא euadere onus. vel erui, aut eruere se ab onere. Et in hithpahál, Iiób 19.20, וָאֶתְמַלְּטָה & euasi. Et 41.10, Scintillæ ignis יִתְמַלָּטוּ proiicie̍tur. disper gentúrque. Nomen, מֶלֶט, Lutum ex calce confectũ, & arena, ait R.D. in lib. rad. vel lutum è quo fiunt lateres, vt idem ait in cõment. Irme. 43.9, & absc õdes eos בַּמֶּלֶט luto. vel cæmento. Tharghum, בִּטְפִיל in iunctura.

מָלַךְ Regnauit. Iesah. 24.23, מָלַךְ. Nonnulla sunt, inquit R.D. in Michlól, quæ sunt cũ duplici camés: vt Psal. 93.1, Dominus מָלָךְ regnauit. Et 97.1, מָלָךְ. Irme. 33.21, מֹלֵךְ regnans. 2. Reg. 11.3, Et Hathaliáh מֹלֶכֶת regnabat. 1. Semu. 24.21, מָלֹךְ תִּמְלוֹךְ regnando regnabis. Gene. 36.31, לִפְנֵי מְלָךְ־מֶלֶךְ antequã regnaret rex. Iudic. 9. 14, מְלָךְ, regna. Et 8, מָלְכָה, regna. Itẽ 10, מָלְכִי. 1. Reg. 1.5, Ego אֶמְלֹךְ regnabo. Irme. 22.15, הֲתִמְלֹךְ nunquid regnabis? i. num existimas te esse regẽ, & superbis, miscendo te cũ cedro, id est maiori te? acsi dicat, Non est tibi regnum vt superbias aduersus illum qui te maior est. R. Ionáh exponit, nũquid cogitabis in corde tuo, te similem, æqualémq; esse regi magno? Sed nõ est opus vt educatur à priori significatione. Et in nifhál, Neche. 5.7, וַיִּמָּלֵךְ & cogitauit (vel cepit consiliũ) cor meum in me. מְלַךְ quoque in lingua Aramæa est cõsulere. Dani. 4.23, מִלְכִּי, cõsilium meũ placeat tibi. Et in hifhíl, Regnare facere, constituere regẽ. 1. Reg. 1.44, Rex Dauid הִמְלִיךְ אֶת־שְׁלֹמֹה regnare fecit Selomóh. Hose. 8.4, Ipsi הִמְלִיכוּ regẽ constituerũt, (sub. Iarobhám, vt exponit R. D. in commen. est enim actiuum transitiuum) & non ex me. acsi dicat, Ipsi regnare fecerunt Iarobhám, & os meũ non interrogauerunt. Et quanquã à Deo excelso fuerit eius regnum, vt prædixit illi Achiiáh Silonites; attamen

attamen tẽpore quo illum regẽ conſtituerunt, os Domini non interrogarunt. Nec vates iuſſit vt illum regẽ conſtituerent, ſed illa quæ ventura fuerãt illĩ, prædixit. Præterea quũ videbant illũ prohibere nequis in Ierusaláim offerret, & vitulos aureos facere, debebant illum mouere regno. Nã vates prædixerat illi regnum, non ſimpliciter, ſed ſi rectũ in oculis Domini faceret. Ieche.17.16, הַמַּמְלִיךְ qui regnare facit. 1. Reg.12.1, לְהַמְלִיךְ vt regnare facerẽt illum. 2. Reg.24.17, וַיַּמְלֵךְ & regnare fecit. 1. Semu.11.15, וַיַּמְלִכוּ & regnare fecerunt. eſt ſine י.

Et in hofhál, Dani.9.1, Qui הָמְלַךְ cõſtitutus fuit rex.

Toar, Pſal.95.3, וּמֶלֶךְ & rex. Ieſa.8.20, בְּמַלְכּוֹ in rege ſuo. Pſal.72.11, omnes מְלָכִים reges. Et cũ א protractiuo, 2. Semu.11.1, הַמְּלָאכִים reges. Prouerb.31.3, Et vias tuas ad delendum מְלָכִין reges. i. ad perdendum vias regum. ן ponitur vice ם. Exponitur in cõment. Ne des ſubſtantiã tuã, aut vires tuas mulieribus, & vires tuas ad delendũ reges. i. ne ſint viæ tuæ ambulãtes ad mulieres quæ diſponunt ad delendũ reges & conſiliũ eorũ, & extirpandum illorũ regnum. Deuter.7.23, מַלְכֵיהֶם reges eorum. Fœmineum, מַלְכָּה, Regina. 1. Reg.10.10, מַלְכַּת־שְׁבָא regina Sebá. Nomẽ, Eſter 1.9, In domo הַמַּלְכוּת regni. i. regia. 2. Paralip.33.13, לְמַלְכוּתוֹ ad regnum eius. Dani.8.22, Quatuor מַלְכֻיוֹת regna. In quo quia ת & ה æquãtur, venit י quod eſt loco ה, in plurali loco ת, quemadmodũ etiã ſolet venire loco ה. Alia forma, מְלוּכָה, Regnum, Ieſah.34.12. Alia itẽ, Ieche.29.14, מַמְלָכָה שְׁפָלָה, regnũ humile. Exo.19.6, מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים regnũ ſacerdotum. i. ſacerdotale. Gen.10.10, principium מַמְלַכְתּוֹ regni eius. Ieſah.14.16, מַמְלָכוֹת regna. Pſal.68.33, מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ regna terræ. Illud Irme.7.18, placentas לִמְלֶכֶת reginæ cæli.

vide in לְאַךְ. Alia præterea,1.Sem.15.28,מַמְלְכוּת regnū.
Eſt & מֹלֶךְ idoli nomen,Leuit.18.21.Vide לְבַן.

מלץ In nif hál eſt מָתַק, Dulceſcere. Pſal.119.103, מַה־נִּמְלְצוּ quàm dulcia fuerunt palato meo eloquia tua.acſi dicat,Admodum dulcia fuerunt,&c. Poteſt eſſe ex hac radice מֵלִיץ,de quo dictum eſt in לוּץ.

מלק Eſt פָּרַק,Scindere,ſecare,rumpere,diuidere.Leuit.1.15,וּמָלַק אֶת־רֹאשׁוֹ ſcindet(diuidet,vngue ſecabit)caput eius.ſub.auis. Idē 5.8.Alibi nō inuenitur. Doctores Hebræorū docēt quomodo fieret, Dabit(inquiūt)id eſt ponet alas eius inter duos digitos ſuos, & pedes eius inter duos digitos ſuos, & trahet illius collum ſuper(ſiue ad) duos digitos ſuos, & ſecabit vngue contra ceruicem, donec perueniat ad iugulum, & incîdet,(aut amputabit,)& non diuidet.

מן De, ex,à,è. Alia etiā ſignificat, vt infra videre eſt. Vide Hebraicas inſtitutiones,lib.1.cap.15,Gene.2.22, מִן־הָאָדָם de(aut ab) homine. Et 3.11, הֲמִן־הָעֵץ nónne de ligno,&c.Et cum ל redundante,Irme.10.7,לְמִן־עוֹלָם à ſæculo. Iiób 39.32, לְמֵרָחוֹק à longe.aut à longinquo.

Addūtur ל,מ,& ב pariter. vt 1.Paral.15.13, לְמַבָּרִאשׁוֹנָה לֹא אַתֶּם à principio nō vos.מ cum pathách,quod ſecundum normā debuerat eſſe cum chiríc. Et cū additione י,& נ cū ſerí:vt Ieſah.30.11,Declinate מִנֵּי־דֶרֶךְ de via, declinate מִנֵּי־אֹרַח de(aut à)ſemita.Et נ cū chiríc,Iudi.5.14,מִנִּי אֶפְרַיִם de Ephráim. Et ל redundāte, Micháh 7.12, לְמִנִּי אַשּׁוּר ab Aſſúr.י redundat.נ in prædictis eſt cum daghés,eo quòd dictio eſt breuis. Nō enim eſt rectum vt ſit ſine daghés,niſi naſcatur hannách inter מ & נ.Et propter frequentē dictionis vſum,remouetur ſæpius נ, quod tamen eſt in potentia daghés ſequētis literæ da-

gheſſabilis:& cõmuniter punctatur מ cum chiric.Vel eſt in potẽtia ſeri puncti magni,ſi dictio ſequens incipiat à literis gutturalibus,vel ר.Nam tũc מ punctatur cũ ſeri cõmuniter,& ſic cũ nomine יְהוָה.Thre.1.4,Viæ Siión lugẽt,מִבְּלִי eo quòd nõ ſint,&c.Vbi מ notat cauſam accidẽtalẽ. Illud autẽ Pſal.150.4,בְּמִנִּים in chordis, R.D.in li.ra.in radice מִן exponit, abſq; muſico inſtrumento.& ſic מ deſeruit.R.Sahadiáh,in generibus,ſub. multis abſque muſico inſtrumẽto.R.Abrahám,inſtrumentis multis. Prouer.3.24,Ne timeas מִפַּחַד à timore: Et 13, Bona eſt negotiatio eius, מִסְּחַר־כָּסֶף magis quàm negotiatio argẽti. Cant.1.1,Oſculetur me מִנְּשִׁיקוֹת ex oſculis oris ſui. i.vno aut pluribus ex oſculis ſuis. Vbi מ notat partẽ aut partes vniuerſalis. Pſal.38.9,מִנַּהֲמַת לִבִּי propter gemitũ cordis mei. Iiób 39.32,מִשָּׁם inde.מ denotat motum à loco.Pſal.107.17,Stulti מִדֶּרֶךְ pro via præuaricationis ſuæ,וּמֵעֲוֹנֹתֵיהֶם & pro iniquitatibus ſuis humiliabuntur. Vel propter viam, &c. Et cum ſeri,Gen.49.25,מֵאֵל à Deo patris tui.ſub.venit tibi quod narraui.Et 20,מֵאָשֵׁר de Aſer(.i.terra Aſér)pingui panis eius.acſi dicat,De Aſér egredietur benedictio in ſeculum,quia pinguis erit panis eius. i.terra eius quæ producit panẽ eius,erit pinguis. Ieſah.43.13,Etiã מִיּוֹם ante diẽ egoipſe.i.ante tẽpus.Irme.48.45,In vmbra Cheſbon ſteterũt מִכֹּחַ propter potẽtiam,(ſub.inimicorũ)fugiẽtes.ita R.Ioſéph.Vel ſecundũ R.Ionáh, abſq; fortitudine. Ieſa.57.8,Et pepigiſti fœdus מֵהֶם cũ eis. Pſal.72.16,Et florebũt מֵעִיר in ciuitate. Leuit.23.11,מִמָּחֳרַת in craſtino ſabbati.מ pro ב. Et Deute.33.2,Dominus מִסִּינַי in Sinái venit.Ieche.7.8;Nunc מִקָּרוֹב in propinquo effundam irã meam.poſſunt tamẽ exponi de. Gen.24.

49, מֵיְהוָה à Domino egressum est verbũ. מ notat causam efficientẽ per se. Iiób 33.19, Et vitã illius מֵעֲבֹר ne transiret per gladiũ. Et ח existente cũ seuá, מ est cum chiríc, 1.Semu.15.26, Et reprobauit te Dominus, מִהְיוֹת ne sis rex. Et cum chiríc inuenitur sequẽte ח, Gene.14. 24, מִחוּט. Et ita sequẽte ר nõnunquã, 1.Sem.23.28, מִרְדֹף.

Irm.17.16, Et ego nõ abominatus sum (elõgaui meipsum) מֵרֹעֶה vt essem pastor post te: & diẽ contritionis (aut diẽ grauem) nõ desideraui. i. & ego non elongaui meipsum, nec curaui vt essem pastor post te. i. propheta. Et diẽ, &c. Noui enim quòd dies cõtritionis erit mihi dies prophetiæ, sed tu coegisti me. Iechez.44.22, Et viduã quæ erit vidua מִכֹּהֵן à sacerdote, capient. i. erunt è sacerdotibus (sub. plebeis ac vilibus qui remanebunt in viduitate) qui capient viduã. Et hoc sequitur Thargum. Sunt qui exponũt secundum illud quod dixerat versu 15, Et sacerdotes Leuitæ filii Sadóc, qui custodierũt custodiã sanctuarii mei, &c. Vidétur quòd erran te Israél, sacerdotes nõ errabãt. Idcirco dixit illis sacer dotibus, quòd si acciperẽt de filiabus Israél, ne caperẽt alias, quàm virgines à sacerdotibus. Quòd si caperent viduam, ne caperẽt quãlibet, sed viduã sacerdotũ: quia ipsi non errauerũt. Gene.19.8, Nũc malefaciemus tibi מֵהֶם præ illis. i. magis malefaciemus tibi quàm illis. deficit ל deseruiẽs, pro מִלָּהֶם. Est etiã diminutiua particula, pro minus. Iehos.19.47, Et egressus est terminus filiorũ Dán מֵהֶם minor illis. Idcirco sequitur, Et ascenderunt filii Dán, & pugnauerunt cũ Lésem, & ceperũt illam, &c. Illud Deuter.33.2, In Sinái: exponi potest, De Sinái venit. i. de Sinái reuelata est gloria eius, & venit ad Israél. Sic Psal.68.30, מֵהֵיכָלֶךָ in tẽplo tuo in Ie-

rusaláim. Vel de templo, quia scilicet inde veniet eis timor, queádmodum dixit eodé Psal. versu 35, Terribilis Deus à sáctuariis tuis: propter gloriã quæ habitabat in sanctuario. Idcirco tibi afferẽt reges munera. Psa. 8. 3, מִפִּי, (pro בְּפִי) ore puerorũ, &c. Vel, ex ore. i. à tẽpore quo infans incipit loqui, scit potentiã creatoris, qui mirificauit hominẽ in anima intellectiua: quod nõ cognoscit nisi postquã cœpit loqui. Psal. 31. 12, מִכָּל־צֹרְרַי inter omnes hostes meos fui opprobriũ. Vel, præ omnibus. i. præ omnibus (siue vltra omnia) quæ faciút mihi hostes mei, fui opprobriũ illis quum me viderẽt. Iesa. 41. 26, Quis nútiauit à capite, & sciemus? וּמִלְּפָנִים & ab ante, & dicemus? acsi dicat, quis dixit à capite quod dixit, id est à principio, à tẽpore quo ascẽdit in cogitationem, & decreta est res Córes?. i. Cyri. hucusq; quis annuntiauit, aut audire fecit hoc futurũ fuisse? Iesah. 65. 20, Nõ erit מִשָּׁם inde vltra paruulus dierũ. i. non egredietur inde ad sepulchrũ paruulus dierũ. Chag. 2. 18, Ponite cor vestrũ à die hac, & suprà, מִטֶּרֶם antequã ponerent, &c. i. à tẽporibus quæ trãsierunt antequam ponerent lapidẽ super lapidem vsque ad diẽ hanc. Irme. 10. 6, מֵאֵין כָּמוֹךָ יְהוָה ex eo (sub. quod videmus) quòd nõ est sicut tu Domine, (. i. tibi similis,) cognouim' quòd magnus es tu, &c. Et cũ pronominibus מ interdũ geminatur, interdũ non geminatur. Iudic. 11. 34, Non erat illi מִמֶּנּוּ (pro מִמֶּנָּה) præter eã filius, aut filia. Et sic Tharghum, & Massóreth; ex illa, sub. filia non erat, &c. quia nõ cognouerat virum; nec erat maritata. Potest tamẽ exponi, ex illo. Habuit enim forsan vxor Iphtách filios ex altero viro antequã nuberet Iphtách, quos ipse nutriebat in domo sua, & reputabantur tanquã filii eius.

Sed ex ipſo non erat filius, neq; filia præter illá. Pſal.18. 9, מִמֶּנּוּ ab eo. 1. Reg. 20.31, Et augurati ſunt הֲמִמֶּנּוּ num ab illo. ſub. eſſent audituri verbum bonű. מִמְּךָ, ex te, Gen. 17.6. Item מִמֵּךְ 1. Semu. 24.12. & מִמֵּךְ. מִמֶּנִּי, à me, Gene. 22.12. Et ſine geminato מ, Ieſa. 30.1, מִנִּי. Et מ cum ſeghol, Pſal. 139.19, מֶנִּי. Et ſic cű pronomine tertiæ perſonæ, Iiób 4.12, Paululum מֶנְהוּ de illo. Et מ cű chiric, & נ cű seghól, & daghés, Pſal. 68.24, מִנֶּהוּ de ipſo. Et cű ה, & מ in plurali, Iiób 11.20, מִנְהֶם ab eis. Et מִמֶּנּוּ à nobis, נ ſine daghés communiter, Pſal. 2.3, Et proiiciamus מִמֶּנּוּ à nobis funes eorű. Gen. 3.22, מִמֶּנּוּ ex nobis. מִכֶּם, ſiue מִכֶּם, Deut. 1.22. מִמֶּנָּה ex ea, Gen. 17.16. מִמֵּךְ ex te, Gene. 30.2. מֵהֶן & מִנְהֶן & מֵהֵנָּה ab eis: מִכֶּן & מִכֶּן à vobis, ex vobis.

מָנָה Numerare. Nume. 23.9, Quis מָנָה עֲפַר יַעֲקֹב numerauit puluerem Iahacób? Ieſah. 65.12, וּמָנִיתִי אֶתְכֶם לַחֶרֶב & numerabo vos gladio. Pſal. 147.4, מוֹנֶה, numerãs. Et 90.12, לִמְנוֹת יָמֵינוּ vt numeremus dies noſtros ſcire fac. Eſt macór, ait R. D. Sed R. Ionáh ſcripſit eſſe nomé, i. numerű dierum noſtrorű ſcire fac. 2. Sem. 24. 1, מְנֵה אֶת יִשְׂרָאֵל numera Iſraél. 1. Reg. 20.23, תִּמְנֶה לְךָ חַיִל numerabis tibi exercitű. Et in nifhál, Ieſah. 53.12, Et cű præuaricatoribus נִמְנָה annumeratus eſt. Et Eccle. 1. 15, & defect' nő poteſt לְהִמָּנוֹת numerari. 2. Para. 5.7, quæ לֹא יִסָּפְרוּ וְלֹא יִמָּנוּ non numerabantur, nec ſupputabãtur præ multitudine. Futurű pro participio. Et in pihél, Cóſtituere, parare præparare. Dani. 1.10, מִנָּה אֶת מַאֲכַלְכֶם conſtituit cibű veſtrű. vel parauit, dedit. ſub. rex. Iiób 7.3, מִנּוּ לִי, conſtituerűt mihi. vel parauerűt. 1. Para. 9.28, מְמֻנִּים cóſtituti ſuper vaſa. Pſal. 61.8, מַן præpara. Eſt imperatiuű defectiuum ſicut צַו. Secundű R. Abrahám in

cõmẽ.ſubauditur אֲשֶׁר.Ionáh 2.1,וַיְמַן יְהוָה דָּג גָּדוֹל & præparauit(cõſtituit)Dominus piſcẽ grandem. Nomẽ, Ieſah.65.11,Et qui impletis לַמְנִי numero(ſub. ſtellarũ) libamẽ.i.ſeptem planetis.Sũt qui dicũt nomẽ eſſe ſtellæ:vide מַלֵּא in participio pihél. R.Iehudáh ſcripſit eſſe ex hac ſpecie illud Iechez. 45. 12, הַמָּנֶה manéh erit vobis.i.numerus.quã opinionem licet repellat R.Ionáh: ſignificétque מָנֶה pondus vt exponit:erat tamẽ numerus notus.Et מָנֶה eſt põdus ſexaginta ſeclorũ.Sechél vero viginti obolorũ,quẽadmodũ dixit in principio verſus.Mox ait,Viginti ſecli,quinque:& viginti ſecli,decẽ & quinque ſecli manéh erit vobis. Et ſic manéh laicũ erat ſexaginta ſeclorũ: Sanctuarii verò duplũ.i. centũ & viginti.Et cur diuiſit ipſum in hæc põdera? Quia vnumquodque habebat pondus per ſe:& quod comprehendebat illa,erat manéh.Et ſic in vnoquoque põdere erat numerus notus,tot vnciæ erãt in eo &c.Et doctores Hebræorũ memorarunt in locis multis manéh pro pondere quod eſt libra, quũ dixerunt מָנֶה רִבָּלָה libra caricarũ.Et pro numero,quum dicũt, Virgo גובה ducẽti, & vidua מָנֶה,& eſt centum denariorũ.1.Reg.10.17,tres מָנִים minæ. Alia forma,מָנָה, Donũ,pars. 1.Semu.1.5, & ipſi Channáh dedit מָנָה אַחַת partẽ vnam.Exo.29.26, & erit tibi לְמָנָה in partem. In illud Pſal.11.6,מְנָת כּוֹסָם pars calicis eorum:& 16.5,Dominus מְנָת־חֶלְקִי וְכוֹסִי pars portionis meæ,& calicis mei: dixit R.Moſéh, (inquit R.Abrahám)quòd מְנָת eſt ſicut מְנָתִי pars mea. At ſecũdum opinionẽ meam eſt cõiunctum,éſtque ſicut illud Hamós 6.6,qui bibũt בְּמִזְרְקֵי יַיִן in phialis vinũ.Et in illud Pſal.118.14, עָזִּי וְזִמְרָת fortitudo mea & laus Dominus, idẽ R.Abrahám ſic ſcribit, Dixit R.Moſéh, ר eſſe

cũ camés, quia eſt abſolutũ. ſic Pſal.132.4, שְׁנַת לְעֵינָי, ſõnum oculis meis. Reſponſio eſt(inquit)quòd inuenimus camés in abſoluto vt מְנָת &c. At poteſt reſpõdere, Sic eſt מְנָת־חֶלְקִי וְכוֹסִי pars mea, & portio mea, & calix meus. Si ita eſt, quid faciet in dictione וּמְנָת הַמֶּלֶךְ, & portio regis &c. 2.Parali.31.3. Alii dixerũt י in עָזִּי redũdare: quod teſtatur camés chatéph. cũ pronomine enĩ eſt cũ ſúrec vt habes in radice עָזַז. Sed quid faciet in dictione Pſal.21.2, בְּעָזְּךָ in fortitudine tua. Sanè ego dico omnia eſſe cõiuncta, id eſt in regimine genitiui: & in לְעֵינָי ל redundare: ſicut & in מִימִין לַבַּיִת à dextera domus, Iechez. 10.3, de quo haudquaquã dubium eſt מִימִין eſſe coniunctũ. Et ſic מְנָת ſuprà poſitũ, & נַחֲלַת eiuſdẽ Pſal. verſu 6, ſunt cõiũcta: ſed deficit הַנִּסְמָךְ .i. id cui cõiungitur, ſicut & Ieſah.51.21, וּשְׁכֻרַת & ebria (ſub. afflictionibus) & non vino. neque curamus נַחֲלַת eſſe cum camés. Et ſic exponitur עָזִּי וְזִמְרָת fortitudo fortitudinis meæ, & laus(nẽpe fortitudinis meæ) Dominus. Vel, fortitudo mea, & laus Domini fortitudo mea. Plurale, 2.Parali.31.19, מָנוֹת partes. dona. eſt defectiuũ. Perfectum, Neche.12. 45, מְנָיוֹת partes. Et mutato י in א, vt Neche.12.42, מְנָאוֹת partes legis. Vel ſtatuta legis, quæ præcepit lex. Veniũt autẽ in regimine cũ camés, vt lenior ſit pronuntiatio: alioqui in regimine מ debuerat eſſe cũ chiric, vt צִדְקוֹת בִּרְכוֹת. Nomẽ abſq; ה. Exo.16.15, מָן הוּא, Man eſt. quia neſciebant מַה־הוּא quid eſſet. Et 31, & vocauerunt domus Iſraël nomẽ eius מָן man. Eſt inſtar צַו קָו à צִוָּה קִוָּה. Acſi dicat, Vocauerunt nomen eius donum, & partem à Deo. Nechem.9.20, וּמַנְךָ & manna tuum non &c.

מִנַּח Vnde מִנְחָה, Munus, ſacrificiũ præcipue veſpertinũ, ſiue holocauſtũ veſpertinũ: Oratio veſpertina,

tina, sic appellata quòd fieret tēpore holocausti vespertini. Dixerunt quidā מ esse radicale: at rectum est vt sit nosépheth, & radix sit נָחָה, Ducere: & sunt propinquæ significātiæ, vt אֲרוּחָה viaticū ab אָרַח ambulare. Sed non possumus veritatem dilucidare, quòd nō inueniamus pluralē in Scriptura. Et quia cōsueuerūt legere cōmuniter in Misnáh מְנָחוֹת, מ cū seuá, videtur מ esse radicale: & queādmodum dicitur ex גִּבְעָה גְּבָעוֹת, sic dicetur ex מִנְחָה מְנָחוֹת. quòd si מ nō esset radicale, diceretur מִנְחוֹת, מ cū chiric, sicut מִצְוָה מִצְוֹת. Ge.4.3, de fructu terræ מִנְחָה oblationē (sacrificium) Domino. Targhū, קוּרְבָּנָא oblationem. Et 32.13, מִנְחָה munus ad Hesáu. Leuit.2.1, קָרְבַּן מִנְחָה oblationem sacrificii Domino. Et 23.37, עֹלָה וּמִנְחָה זֶבַח holocaustū & oblationē, sacrificium &c. 1. Reg.18.35, quū offerrent הַמִּנְחָה holocaustum vespertinum, sic dictum à tempore quo offerebāt &c. Et sic dicitur matutinū, quòd mane offerebatur: vt 2. Reg.3.20, & fuit mane quū offerrent הַמִּנְחָה holocaustum. Hezr.9.4, עַד לְמִנְחַת הָעָרֶב vsque ad orationē vespertinam. Et 5, וּבְמִנְחַת הָעֶרֶב & in oratione vespertina. i. quæ fiebat tēpore holocausti vespertini, quando occumbebat sol. Num.29.24, מִנְחָתָם oblatio eorum. Psalm. 20.4, memor sit כָּל־מִנְחֹתֶיךָ omnium oblationum tuarum.

מָנוֹחַ Requies, Quære in נוּחַ.

מָנַע Prohibere. Gene.30.2, אֲשֶׁר־מָנַע מִמֵּךְ פְּרִי־בָטֶן, Qui prohibuit à te fructū ventris. Num.24.11, מְנָעֲךָ prohibuit te Dominus à gloria. i. ne esset tibi gloria. Eccles.2.10, לֹא־מָנַעְתִּי אֶת־לִבִּי non prohibui cor meū ab omni lætitia. Irme.5.25, & peccata vestra מָנְעוּ הַטּוֹב מִכֶּם prohibuerūt bonū à vobis. Et 48.10, מֹנֵעַ qui prohibet.

Prouer.1.15,מְנַע prohibe. Irm.42.4,לֹא־אֶמְנַע מִכֶּם דָּבָר nó prohibebo à vobis quicquã. Iiób 31.16,אִם־אֶמְנַע מֵחֵפֶץ דַּלִּים ſi prohibuero (pro prohibui) à volũtate(.i.ab eo quod volebãt)pauperes. 2.Semu.13.13,לֹא יִמְנָעֵנִי מִמֶּךָּ nó prohibebit me à te. Et in nifhál, Ioél 1.13,נִמְנַע prohibita eſt &c. Nume.22.15,אַל־נָא תִמָּנַע ne quæſo prohibearis(prohibeas te)à veniendo ad me.

מָנַר Vnde מָנוֹר, Lignum teres,& oblógum,cui tela, aut pannus circunuoluitur. 1.Semu.17.7,& haſtile lãceæ eius כִּמְנוֹר אֹרְגִים ſicut liciatorium texentiũ.

מָסַס Liqueſcere,diſſolui. Ieſah.10.18,& erit כִּמְסֹס נֹסֵס ſicut diſſoluit vexillifer.i.Et erunt caſtra eius, ſicut caſtra quæ diſſoluit vexillifer, quia cadẽt omnia caſtra,vt exponit R.Dauid in cómen. Tharghũ,Et erit cõtritus,& fugatus.i.erũt cõtriti,& fugiẽtes.acſi dicat, Pauci qui remanebunt,fugient. Et eſt Macór. Et in nifhál, Exo.16.21, Et incaleſcet ſol,וְנָמָס & diſſoluetur. diſſoluet ſe,liqueſcet. Pſal.112.10, dẽtibus ſuis frendet, וְנָמָס & diſſoluetur. Pſal.22.15,cor meum ſicut cæra נָמֵס liquefactũ eſt. 1.Semu.15.9, & omnis ſubſtãtia cõtemptibilis,וְנָמֵס & diſſoluta. Pſal. 97.5, montes ſicut cæra נָמַסּוּ liquefacti ſunt. 2.Semu.17.10,הִמֵּס יִמָּס liqueſcendo liquefiet. Ieſah.13.6,cor hominis יִמָּס liqueſcet.diſſoluetur. Et in hifhíl,Deuter.1.27, Fratres noſtri הֵמַסּוּ אֶת־לְבָבֵנוּ diſſoluerũt cor noſtrum. Nomen,præpoſito ת, Pſal. 58.9, Sicut limax תֶּמֶס liquefactionis.vel diſſolutionis.i.qui liquefit, & diſſoluitur. Eſt inſtar תֶּבֶל à בָּלַל. Et cũ ה noſépheth, הֲמָס, Ieſah.64.2,ignis הֲמָסִים liquefactionũ. diſſolutionũ. i.liquefaciẽs, diſſoluẽſque omnia. Et ſecundũ normã,ס debuerat dagheſſari ob defectum alterius ס. Eius ſingulare eſt הֲמָס inſtar תֶּמֶס. Il-

lud autẽ Iiób 6.14, לַמָּס מֵרֵעֵהוּ חָסֶד viro flagellis dissoluto, ab amico suo consentaneũ est vt impẽdatur misericordia. Est tóar loco nifhál. i. liquefactus, dissolutus. Vel est tóar transitiuum. i. liquefaciens, dissoluens. Et hæc est opinio R. Ionáh qui trãsitiuum scripsit esse verbum. At rectum est vt sit intransitiuum. acsi dicat, Dicunt quòd illũ qui est dissolutus flagellis magis, quàm proxim' suus, misericordia Omnipotẽtis dereliquit, & propterea venerũt super illũ flagella. Tharghũ, Vir qui prohibuit à socio suo misericordiã (beneficentiã) timorem Dei omnipotentis derelinquet. pro derelinquit. R. Moséh filius Nachmán in cõment. ל dicit esse loco מִן, sicut 1. Semu. 9.20, וְלָאֲתֹנוֹת & de asinis quæ periereũt &c. Et Iiób 4.12, וְאֵלַי & à me &c. Et sic לַמָּס à dissoluẽte. i. prohibẽte à proximo suo misericordiã sicut vos, expulsa est sapiẽtia, aut lex: & ab eo periit auxiliũ, & timorem Dei dereliquit, quia non misertus est amico suo. Et R. Abrahám Perusól bifariã exponit: Nã מַס est tributũ. & tóar, liquefactus, dissolutus infirmitate, & afflictionibus. חֶסֶד etiã est misericordia, & probrũ, siue opprobriũ. Exponitur ergo prius sic, Profecto meo intellectu expẽdi, consideraui que cõueniens esse vt viro seruienti tributo, ab amico suo misericordia impẽdatur, & beneficẽtia ad consolandũ illum. & qui hoc nõ efficit, timorẽ Dei dereliquit. Deinde sic exponitur, Num consentaneũ est vt vir dissolutus vltione terribili, qualis est hæc quã patior, ab amico suo probris afficiatur, dicátq; de illo amicus suus, ob peccata sua merito hæc pati, quòd timorẽ Omnipotentis dereliquerit? Et sic R. Leui in cõment. Vel, Num æquũ est vt contra dissolutũ, cõtritúmque excandescat amicus eius, quia miseri-

cordiã,& timorem Omnipotẽtis dereliquit? R.Mithri datus ita vertit, Decétne contritũ,ab amico ſuo exprobrari? Hinc eſt & מַס, Tributũ.1.Reg.5.13, Et aſcẽdere fecit rex Selomóh מַס tributum de omni Iſraél, & fuit הַמַּס tributũ triginta milia virorũ.Deuter.20.11,erũt tibi לָמַס in tributũ.i.tributarii.Exod.1.10,principes מִסִּים tributorũ. Hinc eſt & מִסָּה,Sufficiẽtia.Deute.16.10,& facies ſolennitatẽ hebdomadarum Domino Deo tuo: מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ ſecundum ſufficientiam volũtatis (ſpõtis) manus tuæ erit quod dabis. i. quantũ potuerit manus tua ſpontanea . Tharghum, Deuter. 15.8,pro דַּי ſufficientia:habet מִסַּת. R.quoque Selomóh in cõment.exponit דַּי ſufficientiã. R.vero Abrahám in cõment. hoc pacto ſcribit,מִסַּת dagheſſatur ס,vt abſorbeatur נ.& deducitur à נֵס,Signum,vexillum. Ieſah.62.10,eleuate נֵס ſignum ſuper populos. לְמַסַּת Quære in נָסָה. non eſt enim ex hac radice,vt quidam putauerunt.

מָסָה Eſt מָסַס,Liqueſcere,diſſolui. Et in hifhíl,Liquefacere,diſſoluere.Iehoſ.14.8,& fratres mei qui aſcẽderũt mecũ, הִמְסִיו אֶת־לֵב הָעָם diſſoluerũt cor populi.Scripſit R.Iehudáh,הִמְסִיו cũ chólem venire more linguæ Aramææ,vt Daniél 5.4,אִשְׁתִּיו חַמְרָא biberunt vinum.Et ſic dixit more Aramæo,Pſa.116.12,תַּגְמוּלוֹהִי:ſicut שְׁקוּהִי,Dani.4.20: & קַדְמוֹהִי,Dan.6.19: & 2.33,עֲלוֹהִי. At Hebræo more dicẽdum eſt inſtar perfectorũ הִמְסִיו, vt נִטָּיו, vide נָטָה. Pſal.6.7, עַרְשִׂי אַמְסֶה lectum meũ diſſoluã.vel liqueſcere faciã, pro feci.Pſal.39.12,וַתֶּמֶס & liqueſcere feciſti ſicut tinea deſideriũ eius.Vt enim tinea celeriter veſtẽ,pãnúmque corrodit,ſic liqueſcere feciſti,& diſſoluiſti deſideriũ eius. תֶּמֶס nomen,vide מָסַס.

מָסַךְ Miſcere.Pſal.102.10, & potum meum cũ fletu מָסָכְתִּי miſcui.Proue.9.2,מָסְכָה יֵינָהּ miſcuit vinũ

suum. Iesah.5.22, לִמְסֹךְ שֵׁכָר ad miscendũ sechár. Nomen cũ sex punctis, מֶסֶךְ, Mistio. Psal.75.7, מָלֵא מֶסֶךְ plenus mistione.sub.calix. Alia forma, Prouer.23.30, ad inquirendũ מִמְסָךְ mistionẽ.i.vinũ mistum. R.Ionáh putauit esse ex hac radice illud Iechez.28.13, Omnis lapis pretiosus מְסֻכָתֶךָ mistio tua.i.mistus est tecũ. At rectum est vt sit ex שׂוּךְ, Sepire, vt sit acsi dicat, Omni lapide pretioso septus es. Vide שׂוּךְ.

מָסַר Tradere, dare. Nume.31.16, לִמְסָר־מַעַל ad dandũ præuaricationem in Dominũ. Et in nifhál. Nume.31.5, וַיִּמָּסְרוּ Et traditi sunt ex milibus Israél, mille per tribum. Est etiã dare seu tradere se toto cordẽ, & ponere seipsum in potestate alterius: & dicitur tam de rebus, quàm de corpore. Latine dicitur, dedere se. Et in hac significantia sæpius Hebræorũ magistri hoc vtuntur verbo. Et sic Tharghum pro נָתַן, sæpe habet מְסַר.

מָעַד Nutare, declinare, labi. 2.Sem.22.36, Et nõ מָעֲדוּ nutauerunt tali mei. vel lapsi sunt. Iiób 12.5, paratus (vel parata, sub. tæda) לְמוֹעֲדֵי רָגֶל nutãtibus (labẽtibus) pede. R.Mosẽh in cõment. paratus ad nutandum pede.i. vt nutét, vacilléntq; pedes eius, & cadat. Idẽ R. Abrahám. Et in hifhil, Psal.69.24, Et lũbos eorũ sem per הַמְעַד nutare (vel labi) fac. Sunt qui exponũt per metathesin literarum, ex hac radice illud Iechez.29.7, וְהַעֲמַדְתָּ לָהֶם כָּל־מָתְנָיִם & nutare facies eis omnes lũbos. At R.D. in cõment. rectũ esse scribit vt exponatur, Et statues (aut stare facies) eos super lũbos. vt scilicet tibi amplius non innitantur. Tóar fœmineum ex puhál, Prouerb.25.19, pes מוּעָדֶת lapsus.

מָעָה Vnde מְעִי, instar כְּלִי פְּרִי, Interaneũ, seu intestinum. Cõprehendit omnia mẽbra interanea, vt

cor, hepar, pulmo &c. vnde & pro corde nõnunquam capitur. Eius singulare, in Scriptura nõ inuenitur. Plurali vtũtur cõmuniter doctores secundũ formã dualis. In regimine, numero multitudinis, Ionáh 2.1, & fuit Ionáh בִּמְעֵי הַדָּג in interioribus piscis. 2.Semu.20.10, & effudit מֵעָיו intestina eius super terrã. Cant.5.14, מֵעָיו.i. בִּטְנוֹ vẽter eius vt candidũ ebur. vel, vt vas eburneũ, R. Abrahám in comment. Genes.25.23, מִמֵּעַיִךְ è vẽtre tuo.

Alia forma, מֵעָה. plurale מְעוֹת. In regimine, & cũ pronomine, Iesa.48.19, & sicut arena semẽ tuũ, וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ & filii vẽtris tui sicut lapilli eius. Tharghũ habet, כְּפִרוּדוֹהִי sicut grana parua eius. Sunt lapilli arenæ qui sunt grana parua, inquit R.D. in lib. rad. & in cõmen. Sunt tamen (ait idẽ) qui exponũt, sicut interiora eius. sub. maris. i. sicut pisces qui sunt intra mare. & est secũdum illud Gene.48.17, & multiplicẽtur instar piscium in multitudinem. R. quoque Abrahám in cõment. ait dictionem significare interiora, aut ventres piscium.

מָעַט Minuere, diminuere, imminuere: Paruum aut minorẽ esse, quãdo est intrãsitiuum. Leuit.25.16, וּלְפִי מְעֹט הַשָּׁנִים & secũdum diminuere annorũ. i. secundũ quòd diminuti fuerint anni. Vel est nomẽ, pro secũdum diminutionem, &c. Exo.12.3, Et si יִמְעַט parua fuerit domus. i. familia. Iesah. 21. 16, Fortes filiorum Chedár יִמְעָטוּ diminuẽtur. Et in pihél, Ecclesi.12.3, Et cessabũt molares, quia מִעֲטוּ diminuerũt. Est enim verbum transitiuũ. acsi dicat, Diminuerunt molitionẽ. i. non potuerũt dentes cõtundere, & cõminuere cibum. R. quoque Abrahám in cõment. verbũ dicit esse trãsitiuum, diminuerũt. i. moluerunt. Et in hifhíl, Leuit. 26.22, וְהִמְעִיטָה אֶתְכֶם & diminuet (aut diminuere faciet)

vos.Irme.10.24,ne forte תְּמַעֲטֵנִי diminuas me. est sine י coniugationis. Nomen,מְעַט,Parũ,pauxillum,Paucitas:& sic tóar,Paucus.Deuter.28.62,cũ viris מְעָט paucitatis.i.paucis.2.Semu.12.8, Et si מְעָט parũ. Iechez.11.16, Et ero eis לְמִקְדָּשׁ מְעַט in sanctuariũ paruũ. est tóar, quia לְמִקְדָּשׁ est cũcamés,& sic non est in regimine.Gene.18.4,מְעַט־מַיִם parũ aquæ.Exod.23.30,מְעַט מְעַט paulatim,paulatim eiiciá eũ.Iesa.1.9,Nisi,&c.כִּמְעָט quasi parũ(.i.ferè)sicut Sedóm fuissemus. Prou.10.20,Cor impiorũ כִּמְעָט quasi parũ.sub.electũ. i.pauxillum. Plurale cum daghés, Psal.109.8,Sint dies eius מְעַטִּים pauci.

מעך Cóprimere,Frangere,Figere.Leuit.22.24,וּמָעוּךְ & cõpressus.i.cópressos habẽs testes, siue testiculos.1.Sem.26.6,Et lancea eius מְעוּכָה־בָאָרֶץ fixa in terra. Et in puhál,Iechez.23.2,Ibi מֹעֲכוּ compressa fuerũt vbera earum.

מעל Præuaricari:& כִּחֵשׁ שֶׁקֶר, Negare,mẽtiri.Iehos.22.20,מָעַל מַעַל præuaricatus est præuaricationẽ. Primũ est præteritum,& longũ propter sequentem dictionem longam:alterũ est nomen,quanquá R.Iehudáh scripserit prius esse breue:sed nó est ita in libris correctis.Tharghú,שְׁקַר שִׁקְרָא mẽtitus est mendaciũ.2.Paralip.28.19,וּמָעוֹל מַעַל & præuaricãdo præuaricationẽ in Dominũ. מָעוֹל est macór:& fieri potest vt sit præteritũ instar יָכֹל,secũdũ R.Ionáh,hoc sensu, præuaricatus est præuaricationẽ,&c.Prouer.16.10,In iudicio לֹא יִמְעַל־פִּיו non præuaricabitur os eius. Vel,nó mentietur,secundum Tharghú. Nomen,מַעַל, Præuaricatio,Mendacium.Ieche.39.26,Et omnẽ מַעֲלָם præuaricationẽ eorũ.

Hinc est & מְעִיל, Pallium ornatũ, aut gloriosum.1.Sem.2.19, וּמְעִיל קָטֹן & palliũ paruũ faciet(pro faciebat)

ei mater eius. Iiób 1.20, Et ſcidit אֶת־מְעִלוֹ palliũ ſuum. Ieche.26.16, Et remouebunt אֶת־מְעִילֵיהֶם pallia ſua.

מַעַן Præpoſito מ dicitur לְמַעַן, Vt, propter. Ieſah.62.1, לְמַעַן propter Siión nõ tacebo. Pſal.130.4, Quia tecũ eſt venia, לְמַעַן תִּוָּרֵא vt timearis. i. vt ſciant homines quòd in manu tua eſt facultas puniẽdi, & ſimul venia: vt ſi peccauerint, ad te cõuertantur, téque timeãt, ne vlterius peccãtes pœnas luãt. Vide in יָרֵא in nif hál, Prou.16.4, Omnia operatus eſt Dominus לַמַּעֲנֵהוּ propter ſeipſum.

מַעַר Vnde מְעָרָה, Spelunca. Geneſ.19.19, Et manſit בַּמְּעָרָה in ſpelũca. Et 23.9, Et det mihi אֶת־מְעָרַת ſpeluncã duplicitatis. i. duplicẽ. Ieſa.32.13, בְּעַד מְעָרוֹת in ſpeluncas. Secũdum R. Ionáh eſt ex hac radice illud 1. Reg.7.36, כְּמַעַר־אִישׁ tãquam nuditatẽ viri. i. ſimilitudinem hominis nudi. Vide עָרָה. Et ſic illud Iudi.20.33, מִמַּעֲרֵה־גָבַע à decliuo Ghábah. Vide עָרָה.

מַץ Vnde מַצָּה, Azymũ, infermentatũ, cum ה ſigno fœmineo, quanquam poteſt eſſe à מָצַץ, vel נָצָה, ſicut נֵסָה à מַסָּה, quod probat daghés. Nume.6.19, Et placentam מַצָּה אַחַת infermentatã vnam. Exod.12.17, Septem diebus מַצֹּת azyma (ſiue infermẽtata) comedetis. Et 19, Comedetis מַצּוֹת infermentata.

מָצַץ Sugere. Ieſah.66.11, Vt תָּמֹצּוּ ſugatis. הַמֵּץ, Quære in מִיץ.

מָצָא Inuenire, Euenire, contingere, Sufficere. Gen. 2.20, Et Adæ non מָצָא עֵזֶר inuenit adiutorium. 2. Reg.7.9, וּמְצָאָנוּ & inueniet nos pœna iniquitatis. Nume.11.22, nũquid pecus, & bos iugulabitur eis, וּמָצָא לָהֶם & inuenietur eis? Vel, & ſufficiet eis? R. Ioſéph exponit, Nũ pecora & boues iugulabũtur eis, etiã ſi vbique liceret

liceret ea iugulare:& sufficiet eis vere?Nã multa erant pecora,& multi boues, ex quibus tamẽ edere nó poterãt,nisi prius offerrẽt ad ostiũ tabernaculi,&c.Leuit.eis 17.3,& 8.Gen.38.21,Non מְצָאתִיהָ inueni illã. Nume.20.14, Tu nosti omnẽ laborem qui מְצָאָתְנוּ inuenit nos. 1. Reg.21.19,הַמְצָאתַנִי אֹיְבִי nũ inuenisti me inimicũ meũ? R.D.in cómen.exponit,Num inuenisti mihi locum, vt me delinquere(aut desolare)facias? Gene.4.16, מֹצְאוֹ inueniens eum.2.Semu.18.22,Et tibi non merces nuntii מֹצֵאת cótingit.euenit,datur.i.non eueniet tibi merces pro nuntio. Gene.33.7,לִמְצֹא־חֵן vt inueniã gratiam. Et 32.20,בְּמֹצַאֲכֶם אֹתוֹ quú inueneritis vos eum.protrahitur accentus eius ad dilatãdum א. Prouerb.3.3, Scribe, &c.וּמְצָא־חֵן & inueni(pro inuenies)gratiã. Gene.18.26, Si אֶמְצָא inuenero,&c.Et 44.34,Ne forte videam malum quod יִמְצָא אֶת־אָבִי inueniet patrẽ meum. vel, eueniet patri meo. Hose. 12.8, Non יִמְצְאוּ־לִי עָוֺן inuenient mihi(pro in me)iniquitatẽ.Prouerb.1.28,Et nó יִמְצָאֻנְנִי inuenient me.prius נ redundat. Et in nifhál,Gene. 44.16,נִמְצָא inuẽtus est.Irme.29.14,וְנִמְצֵאתִי & inueniar vobis. Deuter.20.11, Omnis populus הַנִּמְצָא־בָהּ inuẽtus in ea.1.Semu.13.14,הַנִּמְצְאִים qui inuenti sunt.צ cum seuá pro camés.Et cum camés,2.Paralip.5.11,הַנִּמְצָאִים.Iesah.22.3,Omnes נִמְצָאַיִךְ qui inuenti sunt in te.Exod.22.3,Si הִמָּצֵא תִמָּצֵא inueniẽdo inuẽtum fuerit.Iehos.17.16, Non יִמָּצֵא לָנוּ, id est יִסְפִּיק sufficiet nobis. Idẽ Tharghũ,

Et in hifhíl, Leuit.9.13, וְאֶת־הָעֹלָה הִמְצִיאוּ אֵלָיו & holocaustum parare fecerũt ei.vel tradiderũt ei. Tharghũ, אַמְטִיאוּ parauerũt,peruenire fecerũt. 2.Semu.3.8,Et nõ הִמְצִיתִיךָ peruenire feci(aut tradidi) te in manu Dauid. Venit more desinentiũ in ה,cum permutatione א in ה,

ſecundum normam, inquit R.D. in lib. ra. & in Michlól, & in cōment. Tharghú ſimiliter, מְסַרִיתָךְ tradidi te. Leuit. 9.12, וַיַּמְצִאוּ tradiderunt. eſt ſine י coniugationis. Iiób 37.13, יַמְצִאֵהוּ inuenire faciet illam. ſub. pluuiam.

מָצַר Vnde מְצוּדָה, Arx, turris alta, & petra, munitio. Idē מָצָד .1. Paralip. 11.7, Et manſit Dauid בַּמְּצָד in arce. מ, ſecundum normā dagheſſandum, eſt lene. Plurale fœmineū, Iudic. 6.2, וְאֶת־הַמְּצָדוֹת munitiones. Ieſa. 33.16, מְצָדוֹת munitiones petrarū. Alia forma, Ecclesi. 9.14, מְצוֹדִים גְּדוֹלִים munitiones magnas. Alia itē, cum ה fœmineo. Iiób 39.31, Super dentē petræ, וּמְצוּדָה & ſaxi ſublimis. aut munitionis. Ieſah. 29.7, וְכָל־צֹבֶיהָ וּמְצֹדָתָהּ & omnes militātes contra eā, & ædificantes aduerſus eā. ſub. ad capiēdum eam. & eſt cū chólem. Pſal. 31.3, in locum מְצוּדוֹת munitionū. Illud autē 2. Semu. 5.15, & deſcendit אֶל־הַמְּצוּדָה ad munitionē: oſtendit in petra ipſa fuiſſe ſpeluncā, quia inueniūtur ſpeluncæ multæ in petris: vel oſtēdit locū in quo erat Dauid, fuiſſe ſubliniorē munitione. Et ſic Iudic. 11.36, Et deſcendā ſuper montes. i. vt ambulē ſuper montes, vt habes in יָרַד. Et non eſt, Et deſcēdit, pro aſcendit, vt expoſuit R. Ionáh: quia deſcendere & aſcendere ſunt oppoſita.

מָצָה Eſt מָצַץ, Premere, exprimere. Ieſah. 51.17, Bibiſti, מָצִית expreſſiſti. Pſal. 75.7, Verūtamen fæces eius יִמְצוּ exprimēt, bibēt. Iudic. 6.38, וַיִּמֶץ טַל & expreſſit rorem de vellere. Et in nifhál, Leuit. 1.15, וְנִמְצָה & exprimetur ſanguis eius.

מֵצַח מ cum ſerí, Frons. Irm. 3.3, וּמֵצַח & frōs. Ieſa. 48. 4, וּמִצְחֵךְ נְחוּשָׁה frons tua ærea. Item מִצְחָה, id eſt טֵס, Lamina: ſic appellata quòd ſit inſtar frōtis. 1. Semu. 17.6, וּמִצְחַת & ocrea æris (pro ærea) in pedibus eius.

Tharghum,וּטְרַקְלִילִין & ocreæ.

מֵצַר Instar דָּבָר עָנָב,cuius plurale est מְצָרִים:quanquá hoc sit ex daghessatis,& illa ex raphatis:Angustia,siue locus angustus vnde non potest quispiã fugere. Thren.1.3,Omnes persecutores eius apprehenderũt eã inter הַמְּצָרִים angustias.vel loca angusta. Acsi dicat, inter duas macerias,vná hinc,alterá inde,vnde nó valeas fugere huc & illuc. Vel est à מֵצַר,cuius radix est יָצַר aut צָרַר,vt habes in יָצַר.Et sic doctores Hebræorũ dicũt, אִילָן הַסָּמוּךְ לַמֵּצַר arbor quæ coniuncta est maceriæ, aut loco angusto. מְצָרִים הִרְחִיב לוֹ macerias (aut loca angusta)dilatare fecit ei.& similia. Vidẽtur autẽ sensisse מ esse radicale,quia dixerũt מֵצַר לוֹ מְצַר רְאוּבֵן.At rectũ est vt radix sit צָרַר,& erit מְצָרֵי prædictum,instar מֶרֶד à מְמָרֵי.

מָקַק In nifhál,Liquescere,dissolui,corrũpi.& in hifhíl, Liquefacere, dissoluere, sicut מִיק suprà dictum. Iesah.34.4,וְנָמַקּוּ & liquescent(dissoluentur,corrumpentur)omnis militia cæli. Iechez.24.23,וּנְמַקֹּתֶם & dissoluemini(peribitis)propter iniquitates vestras. Et in hifhíl,Zechar.14.12,הָמֵק בְּשָׂרוֹ liquescere(aut dissolui,pro liquefiet, aut dissoluetur) caro illius. Est enim macór pro futuro.Tharghũ,יִתְמְסֵי dissoluetur.R.D.in cõment.exponit,יִמַּסּוּ dissoluentur caro eius,& mẽbra.

Nomen,מַק, Fœtor,putredo. Iesah.3.23,pro aromate מַק יִהְיֶה fœtor erit.A dissoluẽdo sic appellatus.Vt enim aroma suauissimi odoris carnẽ cõfortat & roborat, sic contrà fœtor liquefacit atque dissoluit. In cõmen.exponit,dissolutio carnis.Et 5.24,Radix eorum כַּמַּק sicut fœtor(aut putredo)erit. Vel,sicut dissolutio, quia dissoluetur radix eorum, inquit R. Abrahám. Vtranque expositionem affert R.D.in comment.

מַקֵּל Virga, baculus. ק cum daghés: quod tamen potest esse à נָקַל. & sic daghés est loco נ, & מ est nominis cōstitutiuū. Irme.1.12, מַקֵּל שָׁקֵד virgā amygdalinam ego video. Nume.22.26, Et percussit asinam בַּמַּקֵּל virga. vel baculo. Et cum patháh, Gene.30.36, מַקַּל, virgam populeam. Cum pronomine, & in plurali est sine daghés. Hose. 4.12, וּמַקְלוֹ & virga eius. Zecha.11.7, Et accepi mihi שְׁנֵי מַקְלוֹת duas virgas.

מָקוֹם Locus, Quære in קוּם.

מַר Gutta. Iesah.40.15, כְּמַר sicut gutta de situla. Rectum est vt radix מַר sit מָרַר, quod secundum vnā significātiā est גָּבַהּ eleuare. & sic appellabitur מַר, quòd gutta cadat ex alto de situla in cisternā quando ascendere faciunt situlam de ipsa cisterna.

מָרַר Amarescere, amarū esse, Mutari. & inuenitur in cal, quia est cū patháh. Ruth 1.14, כִּי־מַר־לִי מְאֹד מִכֶּם quia doleret mihi magis quàm vobis. Vel est substantiuum, non tóar, vt sit, quia amaror esset mihi valde plus quàm vobis. 1.Sem.30.6, Quia מָרָה amaruit (amaruerat, amara erat) anima omnis populi. Et in pihél, Iesah.22.4, אֲמָרֵר amarescam in fletu. Vel potius, quia est trāsitiuum, amaritudine afficiā, sub. animam meā, vel audientes, vt exponit R. Abrahám, & R.D. in lib. rad. & in cōment. Tharghū, flebo in amaritudine.

Et in hifhíl, Iiób 27.2, הֵמַר נַפְשִׁי amaritudine affecit animam meā. Zechar.12.10, וְהָמֵר עָלָיו כְּהָמֵר עַל־הַבְּכוֹר & amaritudine afficietur super eum, sicut amaritudine afficitur quispiā super primogenitū. Est vtrūque macór, pro amaritudine affici, aut afficere. Et in nifhál, Irme.48.11, Et odor eius לֹא נָמַר nō est mutatus. Vel, non

est remissus, aut debilitatus. Et sic habet Tharghũ, פַּג, quod est נֶחֱלַשׁ debilitatus. acsi dicat, non est debilitata vis vini, nec illius odor. Iesah. 24.9, יֵמַר amara erit sechár bibentibus illã. & est instar illius Gene. 16.4, וַתֵּקַל.

Et in hithpahál geminato, Eleuare, Insurgere. Dani. 8.8, וַיִּתְמַרְמַר אֵלָיו & eleuauit se contra illum. Nomen adiectiuũ, & substantiuũ, Iesah. 38.17, מַר־לִי מָר, amaritudo mihi amara. 1. Semu. 22.2, omnis vir מַר־נֶפֶשׁ amarus (tristis) animo. Iesa. 33.7, מַר amare flebũt. Et 38.15, Super מַר amaritudine animæ meæ. R.D. in lib. rad. & Targhum. Exod. 15.23, quia מָרִים הֵם amaræ erãt. sub. aquæ. Iudic. 18.24, מָרֵי־נֶפֶשׁ amari animo. Fœmineũ, 2. Semu. 2.25, מָרָה Amaritudo. Ieche. 27.30, Et clamabunt מָרָה amare. Iiób 21.26, Et iste morietur בְּנֶפֶשׁ מָרָה animo amaro. Et cum א vice ה, Ruth 1.20, מָרָא. Prouerb. 14.10, Cor quod cognoscit מָרַּת amaritudinẽ animi sui. ר est cum daghés. Et sic secũdum R. Iehudáh, Gene. 26.34, Et fuerunt מֹרַת רוּחַ amaritudo spiritus ipsi Ischác, & Ribcáh. debuerat daghessari, & esse cũ camés chathéph. At rectum est vt sit ex מָרָה. Alia forma, defectiuũ. Proue. 17.24, וּמֶמֶר & amaritudo. Et perfectum, מְרוֹר. Exo. 12.8, עַל־מְרֹרִים cum amaritudinibus comedẽt illum. Alia item, Iiób 9.18, Saturabit me מַמְּרוֹרִים amaritudinibus. Plurale fœmineũ, Deute. 32.32, Botri מְרֹרֹת amaritudinum eius. Sunt qui exponunt, fellis. Alia præterea, מְרִירוּת, Iechez. 21.6. Alia postremo, Irme. 31.21, Pone tibi תַּמְרוּרִים titulos excelsos. Et sic Hose. 12.14, irasci fecit (irritauit) Ephráim תַּמְרוּרִים titulis excelsis. aut statuis excelsis. acsi dicat, In statuis (aut titulis) quæ fecit, irasci fecit Deum. potest tamen exponi, irasci fecit Ephráim ira amaritudinũ. R.D. in cóm. irasci fecit Deũ

in tamrurim.i.in altaribus quæ ſunt ſicut cumuli,& tituli.Sũt autẽ qui exponũt, ira amaritudinũ.i.ira mala & amara. Tóar maſculeum,Deuter.32.24,Et morſu מְרִירִי amaro.Quidã exponunt, æſtu vehementi ſimili veneno mortifero.Iiób 3.4,Terreant eũ כִּמְרִירֵי יוֹם ſicut amaros die.i.qui diẽ habent amarũ,& durum planetã. Sunt qui dicunt כ redundare,ſicut Hoſe.5.10,Fuerunt principes Iehudáh כְּמַסִּיגֵי גְבוּל contingẽtes terminum. ſub.alienũ.Alii dicunt כ poni pro vere in hoc loco.R. Abra.Peruſól,Terreãt eũ,illique maledicãt ſicut amari die,& duri tẽpore,qui Deo maledicunt in diebus amaritudinũ propter accidentia quæ illis eueniunt,qui iugiter diei maledicunt.Vel,terreãt eum vapores qui aſcendunt propter æſtũ naturalem.Nam illis aſcẽdentibus,multiplicata quãtitate,& qualitate, tenebreſcit, & obſcuratur ſol,hominéſque terrẽtur.Et כ in כִּמְרִירֵי,erit radicalis à כָּמַר,geminato ר,& erit inſtar סַגְרִיר.Thre. 5.10,Pelles noſtræ ſicut clibanus נִכְמָרוּ exuſtæ ſunt.Vel eſt à מָרַר,& כ ſignificat ſicut. Alia forma,מְרוֹרָה, Fel. Iiób 20.14,מְרוֹרַת fel aſpidum.

מרא Vnde מְרִיא,Species bouis maioris.Vel hoc nomine, omne animal pingue appellatur vt dicunt nõnulli.2.Sem.6.13, ſacrificabat bouẽ וּמְרִיא & bubalum.Tharghũ,bouẽ וּפַטִּים & pinguẽ.Ieſah.1.11, & adipem מְרִיאִים bubalorum. Hinc verbũ in hifhíl, pro Eleuare. Iiób 39.21, in excelſum תַּמְרִיא eleuabit ſe.pro eleuatur.exaltatur.

מרג Vnde מוֹרַג,Tabulæ in quibus ſunt claui lignei, aut ferrei quibus fruges triturãtur.tribulã quidam vertũt.Ieſah.41.15,ecce poſui te לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ in tribulam,(&)traham nouã. חָרוּץ, pro וְחָרוּץ & traham.

Eſt autem חָרוּץ idē quod מוֹרַג tribula ad triturandū facta. Et parū diſcriminis eſt inter מוֹרַג & חָרוּץ, quia vel vnū eſt altero maius, vel ſunt alterius diſpoſitionis. vi de חָרוּץ. Forſan ſunt ſynonyma. nā Ieſa. 28.27, pro בֶחָרוּץ tribula: Tharghum habet בְּמוֹרִיגֵי בַרְזְלָא tribulis ferreis. Hoc tamē loco Tharghū habet, in tribulam forté nouam, plenā clauis. In plurali dagheſſatur. 2. Semu. 24. 23, וְהַמֹּרִגִּים & tribulæ. aut trahæ.

מָרַד Deficere, rebellare, Attenuare, humiliare. 2. Re. 18.20, מָרַדְתָּ בִּי, defeciſti à me. vel rebellaſti contra me. Ieche. 2.3, ad gētes הַמּוֹרְדִים אֲשֶׁר מָרְדוּ־בִי rebellātes, quæ rebellauerunt contra me. Illud autem Iiób 24.13, ipſi fuerūt בְּמֹרְדֵי־אוֹר exponitur, inter rebelles luminis. acſi dicat, rebellarunt contra lumen. At rectum eſt vt מ redūdet, à יָרַד deſcendit, & legatur, in deſcenſu luminis. acſi dicat, Veſperi & in tenebris ibant ad perfodiendū parietes. Vide יָרַד. Ieho. 22.16, לִמְרָדְכֶם vt rebelletis. 2. Reg. 18.7, וַיִּמְרֹד & rebellauit. Nomē, מֶרֶד, Defectio, rebellio. Iehoſ. 22.22, vtrum בְּמֶרֶד propter rebellionē, &c. Alia ſignificatio: Ieſah. 58. 7, Et pauperes, מְרוּדִים attenuatos (humiliatos) introduces in domum. ſic R.D. in lib. rad. at in commen. exponit vt Tharghum, מְטַלְטְלִין vagos. Aliud, מָרוּד, Tenuitas, Paupertas, Demigratio. Thren. 3.18, recordare afflictionis meæ, וּמְרוּדִי & paupertatis (aut humilitatis, vel vagationis) meæ.

מָרָה Mutare, tranſgredi rē, & præceptū, Deficere, ſiue rebellare, non parêre. 1. Reg. 13.27, מָרָה אֶת־פִּי יְהוָה nō obtemperauit ori Domini. Tharghū, דְסָרֵיב qui rebellauit. Pſa. 5.11, quia מָרוּ בָךְ nō obtemperauerūt tibi. Et 105.28, & nō מָרוּ אֶת־דְּבָרָיו inobediētes fuerunt verbo eius. i. ſignis quæ poſuit in eis: quemadmodū præcepit,

ſic venerunt ranæ &c.vel verbis eius.i.Moſéh & Aharón quos miſerat ſuper plagas.Irm.4.16,quia אֹתִי מָרָתָה mihi non obtẽperauit.vel,mihi inobediẽs fuit. Tharghum,עַל־מֵימְרִי סָרֵיבְתְּ cótra ſermonem meũ rebellauit. R.D.in cõment.Me,vel mihi.i.verbo meo per manu prophetarũ:quia eius ſermo,eſt ipſemet. Vel dixit אֹתִי, quia hoc verbũ conſtruitur cũ אֶת.Vel אֹתִי ponitur pro בִּי cótra me.2.Reg.14.26,quia vidit Dominus afflictionem Iſraél מֹרֶה מְאֹד mutabilem valde. aut mutãtem ſe valde.Geneſ.26.35, & erãt(.i.vnaquæque earũ erat)מֹרַת רוּחַ rebellans ſpiritu &c.Vel eſt nomen inſtar תּוֹעָה.Vide in מָרַר. Et in hifhíl,Pſal. 106.33, Quia הִמְרוּ אֶת־רוּחוֹ inobedire(aut rebellare)fecerũt ſpiritui eius.i.quia inobedire fecerũt Moſéh & Aharón verbo Domini,& ſpiritui eius,propterea iurauit Moſéh & Aharón non ingreſſuros terrã.Sic etiã R.Abrahám in cõment. ſimul dixit,rectũ eſſe vt ſit,ſpiritum eius.i. ſpiritũ Moſéh. & ſic R. Ioſéph, & R. Himmanuél. & propterea locutus eſt quod nõ erat conueniẽs, Audite quæſo inobedientes &c. Deuter.9.9,מַמְרִים inobediẽtes. Ieſah.3.8,לַמְרוֹת עֵנֵי כְבוֹדוֹ ad irritandum oculos gloriæ eius.ponitur pro לְהַמְרוֹת inquit R.D.in lib.ra.& in cõment. Et R.Abra. in cõment.ait ל eſſe cum pathách, quòd deficiat ה cõiugationis.idem Pſal.78.17, לַמְרוֹת. Iiób 17.2, וּבְהַמְּרוֹתָם & quum irritant ipſi, pernoctat oculus meus.i. vigilo ſemper. מ eſt cũ daghés euphoniæ gratia. Iehoſ.1. 18, omnis vir יַמְרֶה אֶת־פִּיךָ qui non paruerit ori tuo. Nomen,Iechez.2.5,בֵּית מְרִי domus rebellionis.aut inobedientiæ. Tóar quoq; eſt ſecundũ eandẽ formã,Ieche. 2.8,ne ſis מְרִי כְּבֵית הַמֶּרִי rebellis ſicut domus rebellionis. Prius eſt tóar,alterũ ſubſtãtiuum. vel vtrũque eſt ſubſtantiuum,

ſtantiuum:& tũc eſt defectiua locutio,vnde ſubaudiẽdũ אִישׁ,vt ſit,ne ſis vir rebellionis,ſicut domus rebellionis.Et ſic Pſal.109.4.,& ego oratio.i.vir orationis.Iiób 23.2,etiã hodie מְרִי שִׂחִי rebellio eſt eloquiũ meũ.vel,in rebellione.eſt enim ſubſtantiuum.Tharghum,מְרִיר amarus eſt ſermo meus.R.Moſéh,Etiam hodie מְרִי,hoc eſt בִּמְרִירוּת in amaritudine eſt ſermo meus. ſcilicet vobiſcum.Etiã hodie quũ locuti eſtis multũ,non fuit mihi aliqua cõſolatio in verbis veſtris, & ſermo meus vobiſcum eſt in amaritudine.R.Abra.Peruſól dixit,Profecto etiam hodie additur mihi מְרִי שִׂחִי,hoc eſt מְרִירוּת כַּעְסִי amaritudo iræ meæ. additur enim ſuper dolorem meũ veſtra querela,&veſtra murmuratio.Neche.9.17, בְּמִרְיָם in rebellione ſua.מ cũ chiric.Secundũ hanc ſignificantiã iuxta Tharghũ eſt illud Irme.50.21,ad terram מְרָתַיִם rebellionum aſcende:quod eſt,Super terrã דְעַמָּא סָרְבָן populi rebellis.R.D.in commen.Appellauit (inquit)regnũ Babél terram מְרָתַיִם à מְרִי rebellione &c. Et eſt nomen duale. Aliud,מוֹרָה, Nouacula. Iudic.13.5, וּמוֹרָה & nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

מָרַח Eſt חָבַשׁ,Alligare:חָתַל Ligare,circunligare,operire,faſciare.Ieſah.38.20,וְיִמְרְחוּ עַל־הַשְּׁחִין & alligabũt(faſciabunt,cooperient)vlcus.Leui.21.19,אוֹ מְרוֹחַ אָשֶׁךְ vel cõpreſſus teſticulo.i.Compreſſum & cõtuſum habẽs teſticulũ:vel is cuius teſticuli ſunt alligati.Tharghum,מְרִיס פַּחֲדִין diſſolutus(aut attritus)teſticulos.

מָרַט Depilare,decaluare,radere pilũ,Tergere,polire. Hezr.9.3,וָאֶמְרְטָה מִשְּׂעַר רֹאשִׁי וּזְקָנִי & euulſi pilũ capitis mei,& barbæ meæ.Ieſa. 50. 6, & genas meas לְמֹרְטִים euellẽtibus pilos.Iechez.21.9,gladius acutus,& etiã מְרוּטָה politus.terſus. Et in nifhál,Leui.13.39,quũ

יִמָּרֵט depilatũ fuerit caput eius. Et in pihél, 1. Reg. 7. 45, ære מְמֹרָט terso. polito. Est participiũ passiuum sicut מְבֹרָךְ. Et in puhál, Iechez. 21. 10, Vt sit ei fulgor מֹרָטָּה tersus est. ט est cum daghés euphoniæ gratia. Toar ex puhál, Iesa. 18. 2, Ad gentem tractam וּמוֹרָט & depilatã.

מרץ Est חָזַק תָּקַף, Roborare, fortificare. In nif hál, Micháh 2. 10, וְחֶבֶל נִמְרָץ corruptione roborata. R. D. in cómen. חָזָק מְאֹד forti valde. Iiób 6. 25, מַה־נִּמְרְצוּ, quàm fortia sunt. 1. Reg. 2. 8, maledixit mihi maledictione נִמְרֶצֶת forti. aut vehementi. Et in hif hil, Iiób 16. 2, אוֹ מַה יַּמְרִיצְךָ vel quid roborabit te? Sic etiam R. Mo séh in comment.

מרק Tergere, abstergere, polire, Fricare. Irm. 46. 4, מִרְקוּ הָרְמָחִים polite láceas. Et in puhál, Leuit. 6. 28, וּמֹרַק & tergetur (fricabitur,) & lauabitur aqua.

Nomẽ, aliud significãs. Iudi. 6. 19, וְהַמָּרָק & ius posuit in olla. Aliud, præposito ת, תַּמְרוּק quod est קִשּׁוּט הַנָּשִׁים cultus aut ornatus muliebris: sic appellatus quòd carnis remoueat sordes, illámque mũdet. Estér 2. 12, in aromatibus וּבְתַמְרוּקֵי הַנָּשִׁים & ornatibus mulierũ. Aliud, תַּמְרִיק. Prou. 20. 30, Liuores vulneris תַּמְרִיק בְּרָע tersio in malo. Scribitur cũ י, & legitur cũ ו, תַּמְרוּק, quia duplex est lectio, תַּמְרִיק & תַּמְרוּק. Liuores qui fiút causa vulneris, tergunt hominẽ malum: vel sunt medicinæ hominum malorũ, quia verbis nó corriguntur, sed virga disciplinæ, & flagellis. Vel liuores vulneris, & תַּמְרוּק cótritio, vt plurimũ in homine malo inueniũtur, aut homini malo eueniunt. Hæ sunt expositiones R. Himmanuél in comment. Aliud, Estér 2. 12. sic implebantur dies מְרוּקֵיהֶן purificationum earum.

משש Palpare, cõtrectare. Gene. 27. 20, וַאֲמֻשְּׁךָ & palpabo te. Est lene, quod secundũ normã debue

rat daghessari. Et 31.36, מִשַּׁשְׁתָּ אֶת־כָּל־כֵּלַי cõtrectasti omnia supellectilia mea. Iiób 5.14, & sicut in nocte יְמַשְׁשׁוּ palpabunt in meridie.

מָשָׁה Extrahere, educere. Exod. 2.10, מְשִׁיתִהוּ extraxi eú. Sunt qui exponunt iuxta hoc, illud Iesah. 63.10, & recordatus est dierũ seculi מֹשֶׁה עַמּוֹ educẽtis populum suũ. Vel est nomẽ propriũ, & deficit ו, vt sit, Moséh & populi sui. In cõment. R.D. dicit deficere ל, לְעַמּוֹ quãdo misit Moséh ad populũ suum. Tharghũ, Et recordatus est bonitatis suæ, quæ est à seculo, & fortitudinũ quas fecit per manus Moséh populo suo. Et in hifhíl, 2. Semu. 22.17, יַמְשֵׁנִי, Educet me de aquis multis.

Hinc est מֶשִׁי, pãnus sericus, aut vestis serica. Iechez. 16.12, & vestis tua byssina וָמֶשִׁי & serica.

מָשַׁח Vngere. Nume. 35.26, מָשַׁח אֹתוֹ, Vnxit eũ. Exo. 29.2, & lagana infermentatorum מְשֻׁחִים vncta oleo. Irm. 22.14, וּמָשׁוֹחַ & pictã sinopide. Est proprie tóar instar קָרוֹב רָחוֹק. Tharghum, וּמְצַיַּר & pictã. R.D. in cóment. & pictã minio. Exod. 29.29, לְמָשְׁחָה vt vngerẽt. מ cũ camés chatéph. 1. Sem. 15.1, לִמְשָׁחֲךָ vt vngeré te in regé. ש est cũ camés lato, & ח cũ camés chatéph. Iesa. 21.5, מִשְׁחוּ מָגֵן vngite clypeũ. i. regem qui est populi clypeus. nã Belsesár mortuus est. Sũt qui exponũt, Vngite clypeum atque humectate ad liniendũ illum, ne per illũ instrumenta transeant bellica. & sic exponunt illud 2. Semu. 1.21, ibi abiectus &c. clypeus Saúl בְּלִי מָשִׁיחַ בַּשָּׁמֶן acsi non fuisset (clypeus ipse) vnctus oleo. Hamós 6.6, יִמְשָׁחוּ vngẽt se. Et in nifhál, 1. Paral. 14.7, quòd נִמְשַׁח vnctus esset. Tóar, מָשִׁיחַ, Vnctus. Leuit. 4.3, sacerdos הַמָּשִׁיחַ vnctus. Psal. 2.2, & aduersus מְשִׁיחוֹ Christũ eius.

Nomen, מִשְׁחָה, Vnctio. Leui. 7.34, מִשְׁחַת vnctio Aha-

rón. Alia forma, cum camés chathéph, מָשְׁחָה, ſicut חָכְמָה. Et cũ pronomine, Exo.40.15, מָשְׁחָתָם vnctio eorũ.

Tóar, Ieche.28.14, Tu Cherúb מִמְשַׁח vnctus. vel magnus. Tharghum, Tu rex vnctus ad regnum. R. D. in comment. Tu Cherub.i.rex: dictus Cherúb ob eius màximam dignitatem. Et ſic Pſal.105.15, ne tãgatis בִמְשִׁיחָי chriſtos meos.i. reges, & magnates.

מָשַׁךְ Trahere, protrahere.1.Reg.22.33, מָשַׁךְ traxit arcu. Iudic.4.6, nõne præcepit Dominus Deus, &c. וּמָשַׁכְתָּ & trahes in mõtem? pro, trahe populũ ad te in mõtem Tabór.q.d. educes cogens eos, & illis ſuadebis verbis vſqueadeò donec ducas illos ad præliũ. Erãt enim timidi ob exercitũ Siſerá. Irm.31.3, Idcirco מְשַׁכְתִּיךָ חָסֶד traxi te miſericordia. ablatiu'. Vel potius, Traxi ad te miſericordiã: iuxta illud, Et inclinauit ad eũ miſericordiã, Gene.39.20. Pſal.109.12, ne ſit ei מֹשֵׁךְ חָסֶד trahẽs miſericordiã. Exod.19.13, בִּמְשֹׁךְ quũ protraxerit(.i. longiorem ſonitũ dederit) cornu. Eccleſ.2.3, לִמְשׁוֹךְ בַּיַּיִן אֶת־בְּשָׂרִי vt traherẽ in vinum carnem meã. R. Abrahám in cõment. Quũ vidi ſapientiam ſolam generare dolorẽ, & riſum non prodeſſe, ſcrutatus ſum viam vt concordarẽ vtrunque: traxi igitur carnẽ meã(.i. corpus meũ) in vinũ, vt lætarer: & cor (.i. intellectũ & animũ meũ) aſſueſcerem in ſapientia. vel ducerẽ in ſapientiã. vel, & cor meũ duceret (regeret) res ſuas in ſapientia. In comment. vt traherẽ, & oblectarẽ in conuiuio vini carnem meã. Nomine vini appellatur omnis delectatio. Pſal. 36.10, מְשׁוֹךְ חַסְדְּךָ trahe miſericordiã tuam ad ſciẽtes te. Can.1.4, מָשְׁכֵנִי trahe me. מ cũ camés chathéph. Exo.12. 21, מִשְׁכוּ trahite. מ cũ ghahiá. Iechez.32.19, מָשְׁכוּ אוֹתָהּ trahite eã. מ legitur cũ camés chathéph ſecundũ normam imperatiui: quia imperatiuũ ſingulare eſt מְשׁוֹךְ cũ chó

lé, & ita recepimus eius lectioné cú camés chatéph, & ſic in libris correctis inueni. Idem dicit Maſóreth. Hoſe.11.4, funibus hominũ אַמְשְׁכֵם trahá eos. כ cũ ſeghól, ſed in margine ſcribitur cú ſerí. R.D. in cóment. exponit, Quia cóparauit Ephráim vitulæ quæ trahitur funibus, dixit, Ego traxi Iſraél funib' hominũ, & nó funib' vitulæ quæ vi trahitur. homines vero nó vi, ſed amore trahũtur: vnde ſequitur, Funib' amoris. Et in nifhál, Iechez. 12.28, תִּמָּשֵׁךְ protrahetur. ſingulare pro plurali.

Et in pihél participiũ paſſiuũ, Prou.13.11, Spes מְמֻשָּׁכָה protracta. Nomẽ, מֶשֶׁךְ, cũ ſex pũctis. Pſal.126.6, Eũdo ibit, & flebit, portás מֶשֶׁךְ הַזָּרַע pretioſum ſemẽ. R. Abrahám, vas eſſe dicit in quo eſt ſemẽ .i. caniſtrũ. Iiób 28. 18, וּמֶשֶׁךְ & protractio ſapientiæ ſupra margaritas. i. pretiũ ſapiẽtiæ. Et vocatur res pretioſa מֶשֶׁךְ protractio: quia nomẽ ſuũ in lóginquas regiones protrahit. Hæc R.D. in li. rą. & cómét. in pſal.126.6. Tharghũ, Et tractio ſapi entiæ plus quàm margaritæ. R. quoq; Leui & R. Moſéh exponũt, Et tractio ſapientiæ. i. & ſapiẽtia quæ eſt tracta, aſcẽdit ſupra margaritas. i. dignior eſt margaritis. Pſal.120.5, heu mihi quia inhabitaui מֶשֶׁךְ Méſech. Eſt nomẽ gẽtis, מושקנה. Iuxta hũc ſenſum exponit R. Moſéh filius Hezrá, מַשְׂכִּים, Irm.5.8, equi bene paſti מַשְׂכִּים Tuſci fuerunt. E Tuſcia enim veniebant equi fortes.

מָשַׁל Dominari, præeſſe, Cóparari, aſſimilari, Parabolice loqui. Dan.11.3, Et ſtabit rex fortis וּמָשַׁל מִמְשָׁל רַב & dominabitur dominio multo. Zechar.6.13, וּמָשַׁל עַל־כִּסְאוֹ & dominabitur ſuper ſoliũ eius. Deut.15. 6, וּמָשַׁלְתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים & dominaberis gẽtibus multis. 2. Semu.23.3, מוֹשֵׁל בָּאָדָם צַדִּיק מוֹשֵׁל יִרְאַת אֱלֹהִים qui dominatur homini, iuſtus, qui dominatur in timore Dei. R.D. in

cóment. Dixit Deus Iſraél mihi, locutus eſt fortis Iſraél. Idem repetit more linguæ: Dixit mihi.i.locutus eſt de me ad Semuél prophetã quòd dominabor homini,& vnxit me in regẽ,& quòd erit dominium meũ in timore Dei,& ero iuſtus. Et opinio Tharghũ, eſt, egreſſurũ ex eo Maſiach, qui dominaretur in timore Dei. Ieche.16.44,omnis הַמֹּשֵׁל עָלַיִךְ יִמְשֹׁל parabolice loquẽs, ſuper te parabolice loquetur, dicẽdo, Sicut &c. Zecha. 9.10,וּמָשְׁלוֹ & dominãs ipſe à mari. pro dominatur. vel eſt macór, & dominari illius, pro dominiũ illius. Iiób 17.6,& ſtatuet me לִמְשֹׁל עַמִּים vt parabolice loquãtur populi. Iechez.18.2,מֹשְׁלִים אֶת־הַמָּשָׁל הַזֶּה parabolice loquere parabolam hãc. Gene.4.6,תִּמְשָׁל־בּוֹ dominaberis ei. Et in nifhál, Pſal.49.13,נִמְשַׁל כַּבְּהֵמוֹת, Cõparatus eſt animalibus. Et 28.1,וְנִמְשַׁלְתִּי עִם־יוֹרְדֵי בוֹר & aſſimilabor(comparabor)cũ deſcendentibus in ſepulchrũ. Et in pihél, Iechez.20.49, Nóne מְמַשֵּׁל מְשָׁלִים הוּא parabolice loquitur parabolas iſte? Et in hifhíl, Dan.11.40,וְהִמְשִׁילָם בָּרַבִּים, Et dominari faciet eos multis. Iiób 25.2,הַמְשֵׁל dominari,& pauor eſt cũ eo. Eſt macór pro nomine. R. Abrahám Peruſól ſcripſit in cóment. eſſe ſubſtantiuũ.i.dominium. Et ita habet Tharghum, שׁוּלְטָנָא. Ieſah.46.5, וְתַמְשִׁלוּנִי & cóparabitis me. Et in hithpahál, Iiób 30.19, וָאֶתְמַשֵּׁל כֶּעָפָר & cóparatus ſum puluere. Nomen, מָשָׁל, Parabola, ſimilitudo, vt in imperatiuo. 1.Semu.24.13, quemadmodũ dicit מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי prouerbium antiqui.i. prouerbiũ antiqui prouerbiãtis, ſiue loquẽtis prouerbia. eſt in regimine. Vel eſt alterius ſpeciei,& abſolutũ. i.prouerbiũ antiquũ. Eccleſ.12.9,מְשָׁלִים parabolas. Iiób 13.12, memoriæ veſtræ מִשְׁלֵי־אֵפֶר inſtar cineris. Tóar, 1.Para.26.6,הַמִּמְשָׁלִים ſimiles domui patrũ ſuorum. ac-

si dicat, qui erãt similes in robore suo illis. nam viribus fortes fuerant. Et מ est cum chiric, vt in הַמִּבְדָּלוֹת, & in מִרְשַׁעַת. Singulare, מִמְשָׁל, vt in præterito cal. Alia forma, מֶמְשָׁלָה. Michah 4.8, Et veniet הַמֶּמְשָׁלָה הָרִאשֹׁנָה dominiũ primũ. Et cũ ת in fine, Gen. 1.16, לְמֶמְשֶׁלֶת dominiũ. Psal. 136.9, lunam & stellas לְמֶמְשְׁלוֹת ad dominia in nocte. Iesah. 22.21, וּמֶמְשַׁלְתְּךָ & dominium tuum. Et מ cum patha'ch, Psal. 114.2, Israél מַמְשְׁלוֹתָיו potestates eius.

מֶשֶׁק Vnde secundũ R. Ionáh, מִמְשַׁק, quod secúdum R.D. in lib. rad. & in cõment. est מוֹצָא, Exitus. Sephan. 2.9, מִמְשַׁק חָרוּל exitus vrticæ, vel cardui. acsi dicat, ibi ob desolationẽ & ariditaté, germinabũt vrticæ, aut cardui. Sũt, inquit, qui deducũt à שָׁקַק, Incedere, pedetentim ire. Et exponunt acsi dicat, locus ille plenus erit vrticis (aut carduis) ita vt transiens illac, audiat sonitum vrticarum (aut carduorum) euntiũ alterã super alterã, aut se inuicẽ collidentiũ, flante in illas véto. R. verò Ioséph deducit à מֶשֶׁק: quod secundum ipsum est relinquere. acsi dicat, locus erit derelictus vrticis, aut carduis. Et sic habet Tharghũ, מִשְׁמַט מְלוּחִין relictio vrticarũ, vel carduorũ. i. derelicta vrticis, aut carduis. Et sic exponit R. Ioséph illud Gen. 15.2, Et filius מֶשֶׁק procuratoris domus meæ, &c. i. in cuius manu relinquam omnia quæ sunt mihi, & est Dámésec Elihézer. Tharghum, Et filius פַּרְנָסָא gubernatoris eius qui est in domo mea, ipse Damascenus Elihézer. Tota enim domus eius ad illius imperium gubernabatur, inquit R. Selomóh. דַּמֶּשֶׂק, Quære in litera ד inter quadrata.

מֶתֶג Cum sex punctis, Frænũ, vulgari lingua פְּרֵאן. Et idem est quod רֶסֶן, differens tantum dispositione. Aliis est camus, aliis lupatum. Psal. 32.9, בְּמֶתֶג וָרֶסֶן in lupato & fræno. 2. Semu. 8.1, Et tulit Dauid אֶת־

מֶתֶג frænũ aquæductus de manu Peliſtím.i.frænũ ciuitatis aquæductus. trãſibat enim per illã vrbẽ aquæductus veniẽs foris. Vel frænũ, eſt ciuitas Gath, quæ fuerat illis frænũ: vnde 1. Para. 18. 1, dicitur, Et percuſſit Dauid Peliſtím, & humiliauit eos, & accepit Gath, & oppida eius de manu Peliſtím. Tharghum, Et tulit Dauid יַת תִּיקוּן אַמְּתָא diſpoſitionẽ aquæductus. In illud Prouerb. 26. 3, Virga equo, מֶתֶג ſtimulus aſino, R.D. in lib. rad. ſcribit eſſe ſtimulum ferreum fixum in extremitate ligni, quo pungunt aſinum vt celerius eat.

מְתָה Vnde מֵתָה inſtar סְאָה, & מֵאָה, quanquã tantum pluraliter inueniatur, ſicut פָּנִים. Eſt ergo plurale מְתִים, Populi, homines, viri. & eſt cũ ſeuá ad diſcrimẽ מֵתִים cũ ſerí, à מוּת. Iiób 24. 12, De vrbe מְתִים viri clamabũt. ſub. ad Dominũ. i. viri de vrbe in qua ſunt viri multi. q.d. de ciuitate habitata. Pſa. 17. 14, מִמְתִים à viris (qui ſunt) manus (vel plaga) tua Domine, מִמְתִים à viris de tempore, (vel mũdo,) quorũ pars eſt in vita. R. Selomóh exponit, Erue me à viris qui ſũt plaga tua, quã hoc in mũdo hominibus immittis. Vel, è mortuis plaga aut percuſſione tua. q.d. eligo eſſe ex his qui mortui ſunt plaga tua in ſenectute, & è iuſtis quorũ pars eſt in vita futura. Priori modo exponit R. Abrahám, & R.D. in cõment. Tharghũ, Et iuſtorum qui tradũt animas propter te Domine in mortem, & exciduntur de terra, pars eorum in vita mũdi venturi, &c. Ieſah. 5. 13, Et (populus) gloriæ eius מְתֵי רָעָב viri famis. Vide מוּת circa finem. Gene. 34. 29, Ego מְתֵי viri (aut populus) numeri. i. viri numerabiles, ſiue paucus numero populus. Deut. 26. 5, בִּמְתֵי מְעָט cũ viris paucitatis. i. paucis. Et cum ם redundãte in fine, ſicut in שִׁלְשׁוֹם. Pſal. 38. 3, Nõ eſt מְתֹם hominis

hominis figura in carne mea.i.non remāſit in me figura humana. Vel,non eſt perfectio in carne mea. Et ſic Ieſa.1.6,nō eſt in eo מְתֹם figura humana.vel perfectio.

מתח Eſt מָשַׁךְ, Trahere,protrahere:& פָּרַשׂ,Expandere,extēdere. Ieſah.40.22, וַיִּמְתָּחֵם & extēdit eos ſicut tabernaculū. Nomē cū א nominis cōſtitutiuo, & ת fœmineo,quod quādo eſt ſine regimine, ſcribitur אֶמְתָּחָה inſtar אֲזְכָּרָה à זָכַר. Sed rectū eſt vt אַמְתַּחַת idē ſit in regimine & abſoluto: quod oſtendit cōiunctio eius cū pronominibus. Eſt autē אַמְתַּחַת,Saccus:à מָתַח,quòd quādo impletur,ſemper eſt expāſus.Gene.44.2,In ore אַמְתַּחַת ſacci iunioris. Et 42.26, in ore אַמְתַּחְתּוֹ ſacci ſui. Et 43.22,בְּאַמְתְּחֹתֵיכֶם in ſaccis veſtris.

מתי Quādo.Et iuncto ſibi עַד,ponitur vice אֲשֶׁר quo: & ſic quando præcedit אַחֲרֵי. Iiób 7.4,מָתַי quando ſurgam? Exod.8.9, לְמָתַי quādo deprecemur pro te. Irme.13.27,אַחֲרֵי מָתַי עֹד quouſque vltrà? ſub.eris immūda.Pſal.80.5,עַד־מָתַי vſquequo,&c.

מתן Vnde nomen duale,מָתְנַיִם,Lumbi. Exod.28.42, מִמָּתְנַיִם à lumbis.Ieſa.11.5,cingulum מָתְנָיו lumborum eius.

מתק Dulceſcere.Iiób 24.20,מְתָקוֹ רִמָּה dulcedinē ſenſit ex eo vermis.vel dulcuit ei vermis.vtroque modo exponi poteſt.Prouerb.9.17,Aquæ furatæ יִמְתָּקוּ dulceſcent. Tóar,Pſal.10.11,וּמְתוּקִים & dulciora melle.Eccle.5.11,מְתוּקָה dulcis ſomnus. Et in hifhíl,Iiób 20.12,Si תַּמְתִּיק בְּפִיו רָעָה dulcuerit in ore eius malū.Vel, quum dulceſceret,&c. Eſt verbū intranſitiuum, & per tranſlationē dictum. Et tranſitiuū,Pſal.55.15,Qui pariter נַמְתִּיק סוֹד dulceſcere faciemus ſecretum. futurum pro præterito. Tóar,מָתוֹק,Dulcis,dulce. Iudic.14.14,

egressum est מָתוֹק dulce.i.res dulcis. Iesah.5.20, Ponentes amarũ לְמָתוֹק in dulce. Nomen, מֹתֶק, Dulcedo. Iudic.9.11, Num cessare faciam אֶת־מָתְקִי dulcedinẽ meã? Alia forma, מֶתֶק, Prouerb.16.21.

VERBVM QVADRATVM.

מַהְמַהּ Est עִכֵּב, Morari, tardare. In hithpahál. Psal. 119.60, Festinaui, & nõ הִתְמַהְמָהְתִּי tardaui. 2. Semu.15.27, Ego מִתְמַהְמֵהַּ moror in cãpestribus deserti. Tharghú, מִתְעַכֵּב tardo. Iesa.29.9, הִתְמַהְמְהוּ וּתְמָהוּ tardate, & admiramini. R.D. in cõmẽ. Tardate, sub. in cogitatione vestra. i. prolõgate cogitationes vestras, & cogitate in corde vestro cũ mora & tarditate, vt intelligatis verbũ: & postquã illud intellexeritis, admiramini in vobisipsis quomodo factũ sit in vobis malũ hoc, quòd dimiseritis verba Dei viuentis, quæ dicunt vobis veri prophetæ. Exo.12.39, Et non potuerũt לְהִתְמַהְמֵהַּ tardare. moram facere. Gene.19.15, וַיִּתְמַהְמָהּ, & moram fecit.

נ

נ Litera interdum deseruit, vt habes lib. 1. cap. 20. Hebraic. instit.

נָא Est vbique עַתָּה, Nunc, teste R. Abrahám, & R.D. in lib. rad. Sunt tamen, inquit R.D. qui deprecantis, & obsecrantis particulã esse putant. Psal. 118.25, Saluum fac נָא nunc. vel quæso. Sunt qui deducunt hinc אָנָּא, præposito א. Sed rectum est vt prius א sit radicale. Vide אָן. Dicitur etiã נָא, Non coctum, siue crudum. Exod. 12.8, Ne comedatis ex eo נָא crudum.

נֹאד Vter vtris, quære in נוֹד. א enim est loco ו.

נָאַם Dicere,loqui, eloqui. Irme. 23.31, Ecce ego ad prophetas,נְאֻם־יְהוָה dicit Dominus, (aut dictū Domini,)qui accipiũt linguã suã,וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם & dixerũt, dicit.vel dictũ,aut sermo. Postremũ נְאֻם est nomẽ,instar זְבוּל.aliâs vel est nomẽ,vel est participiũ passiuum in regimine,vt sit,dictũ Domini,&c. R.Abrahám nomen scribit esse,quãquam verti soleat dicit,vel ait,nõ modo à Latinis interpretibus,verunetiam à Ionathán in Tharghũ, & ab Onchelos similiter in Tharghum. Psal.36.2, נְאֻם־פֶּשַׁע dixit præuaricatio impio, in medio cordis mei. R.D.in cõment.Ego dico in medio cordis mei,quòd præuaricatio.i.cogitatio mala, dicit impio, Fac quicquid volueris,quia non est pauor,&c.Et R.Abrahám, Cogitaui in corde meo,quòd præuaricatio al loqueretur impiũ his verbis,Ne timeas.Idcirco,Nõ est timor Dei,&c.Iiób 12.20,Remouens labiũ לְנֶאֱמָנִים elo quentibus. oratoribus. Sic dicũtur nitidi in sermone, & scientes sapienter loqui.Vide אָמַן.

נָאַף Adulteriũ cõmittere. Prouer.6.30,נֹאֵף אִשָּׁה qui adulterium cõmittit cum muliere, deficit corde.Nume.20.10,הַנֹּאֵף וְהַנֹּאָפֶת adulter,& adultera.Irme. 7.9,וְנָאֹף & adulteria committere. Leuit.20.10, qui יִנְאַף אֶת־אֵשֶׁת אִישׁ adulterium cõmiserit cum vxore viri.sub. alterius. Et in pihél,Iechez.23.37,נִאֵפוּ adulteria com miserunt.Hose.3.1,וּמְנָאָפֶת & adulterã.Irme.29.23,וַיְנַאֲפוּ אֶת־נְשֵׁי & adulteria cõmiserũt cum vxoribus amicorũ.

Nomẽ,נִאוּף,Adulterium. Irme.13.27, נִאֻפַיִךְ adulteria tua. Et geminatum,Hose.2.2,וְנַאֲפוּפֶיהָ & adulteria tua.

נָאַץ Est מָאַס,Abiicere,spernere,contẽnere,flocifacere,reprobare.Et quæ sunt cõiugationis grauis, sunt ferè significationis כָּעַס, Irritare, aut irasci facere.

Proue.5.12,וְתוֹכַחַת נָאַץ לִבִּי & increpationē flocifecit(reprobauit)cor meū. Et 15.5, Stultus יִנְאַץ מוּסַר אָבִיו flocifaciet correctionē patris sui. Irme.33.24, Et spreuit eos, וְאֶת־עַמִּי יִנְאָצוּן & populum meū spernent.i.& quū viderint Deū spreuisse ipsos, spernēt & ipsi inter se Israelē, ne sit vltrà gens ante eos, & non increpabūt eos, neque ducent per viā rectam, quia cogitauerunt deficere regnum & sacerdotiū. R. verò Ioséph exponit, Et cū viderit populus meus Deū spreuisse ipsos, etiā ipsi spernent eū. & אֵת est à parte agentis. Et in pihél, 2. Sem. 12.14, נִאֵץ נִאַצְתָּ אֶת־אֹיְבֵי יְהוָה flocifaciendo flocifacere fecisti inimicos Domini. Et נִאֵץ est macór, licet sit cum chiric instar præteriti. Et sic Leuit.14.42, חִלֵּץ. R.D. in cōment. exponit, cognominādo cognominare fecisti Dominū. Nume.14.23, מְנַאֲצַי flocipendentes me. Psal. 74.10, יְנָאֵץ אוֹיֵב שִׁמְךָ flocifaciet inimicus nomē tuum.

Et in hithpahál, Iesah.52.5, nomen meū מִנֹּאָץ spernitur. secundum normā debuerat esse מִתְנוֹאֵץ. Vel est cōpositum ex pohél & hithpahál. Illud autē Eccles.12.5, וְיָנֵאץ, vide in נוּץ. Nomen, נְאָצָה, Contēptus, Cōtumelia, Blasphemia. 2. Reg.19.3. Alia forma, נֶאָצָה instar לְהָבָה. Nechem.9.18, Et fecerunt נֶאָצוֹת גְּדֹלוֹת contumelias(irritationes)magnas. נ est cū seghól. Itē נ & א cum camés, Iechez.35.12, נָאָצוֹתֶיךָ cōtumelias tuas. cuius singulare est נָאָצָה, sicut פָּרָשָׁה.

נָאַק Est צָעַק, Clamare. Iechez.30.24, וְנָאַק נַאֲקוֹת & clamabit clamores. aut clamoribus. Nomen, נְאָקָה, Clamor, Vociferatio. Exod.6.5, Audiui נַאֲקַת clamorem filiorum Israél.

נֵאַר Est רִחַק, Elongauit: & הִשְׁלִיךְ מִן הַלֵּב & proiecit à corde. In pihél, Thren.2.7, נֵאַר מִקְדָּשׁוֹ elongauit

(aut proiecit) à corde sanctuarium suum. R. Iosēph in cóment. cessare fecit. R. Abrahám in cóment. עָזַב נָשָׂא dereliquit, abstulit. Et sic vterq; illud Psal. 89.39, נֵאַרְתָּה בְּרִית עַבְדֶּךָ proiecisti à corde pactū serui tui. in quo נ est cum serí. Et in cal instar יָכוֹל. vel est tóar instar קָרוֹב. Psal. 76.5, נָאוֹר אַתָּה, corrúpis (aut perdis) tu. R.D. in cōmen. ita scribit, Sunt qui dicunt נ esse radicale, à נָאַר, & esse tóar instar גָּדוֹל קָרוֹב. acsi dicat, eris perdēs tu inimicos. At rectū est vt sit nif hál ab אוֹר, sicut נָכוֹן: vt sit, Cóspicuus tu. Idem R. Abrahám. Et in nif hál, Malachi 3.9, maledictione estis נֵאָרִים maledicti. Vide אָרַר.

נְאוֹת Plurale à נָוֶה. Vide נָוֶה.

נבב Et נָבוּב, Quære in בִּיב.

נבא Vnde נִבָּא in nif hál, Vaticinari, prophetare. 1. Sem. 10.11, cū נְבִאִים נִבָּא prophetis prophetabat. Irme. 26.9, Cur נִבֵּיתָ prophetasti in nomine Domini? Venit more desinētiū in ה, & י est loco א. נִבָּא prophetans, aut prophetat. Iechez. 13.2, הַנִּבָּאִים qui prophetát. ב cum camés. cætera sunt cum seuá, vt eodem cap. 16, הַנִּבְּאִים. Irme. 26.12, לְהִנָּבֵא vt prophetarem. Zechar. 13.5, בְּהִנָּבְאוֹ dum prophetaret ipse. Est macór cū additione ת, inquit R.D. in Michlól, & lib. rad. Iechez. 11.4, הִנָּבֵא propheta. Hamós 3.8, quis nō יִנָּבֵא prophetabit? Et in hithpahál, 1. Sem. 10.7, וְהִתְנַבִּיתָ & prophetabis. Iechez. 37.10, וְהִנַּבֵּאתִי & prophetabo. pro הִתְנַבֵּאתִי. Et sic Irm. 23.13, הִנַּבְּאוּ, pro הִתְנַבְּאוּ. Et 26.20, מִתְנַבֵּא prophetans. 1. Sem. 10.13, Et cópleuit מֵהִתְנַבּוֹת prophetare. est secūdum morem desinentium in ה. 1. Reg. 22.8, יִתְנַבֵּא prophetabit.

Nomē, נָבִיא, Vates, propheta. Gen. 20.7, נָבִיא הוּא propheta est. Exo. 7.1, Et Aharón frater tuus erit נְבִיאֶךָ propheta tuus. quemadmodú dixit, Erit tibi pro ore. Quia

propheta iussu Dei loquitur ad populũ: & sic loquetur ipse iussu tuo, illud quod illi dicturus es, quemadmodũ dixit, Et tu eris illi in Deũ. Irme.23.15, מֵאֵת נְבִיאֵי à prophetis. Psa.105.15, וְלִנְבִיאַי & prophetis meis. Fœmineũ, נְבִיאָה. Exo.15.20, Miriám הַנְּבִיאָה prophetes. aut prophetissa. Iesah. 8.3, Et accessi ad הַנְּבִיאָה prophetissam. quia erat vxor prophetæ, appellata est prophetissa. Neche.6.14, Et Nohadiáh הַנְּבִיאָה prophetissæ. Nohadiáh fuit fœmina prophetissa mendacii, quã mercede conduxerunt Sanbaláth & Thobiáh ad terrẽdum Nechemiáh. Et ad hunc modum cõduxerant alios prophetas mendacii vt illum terrerent. Notandũ, hoc verbũ vtplurimũ venire in nishál, quòd significet receptionem prophetiæ à Deo, & sermonẽ quem iubet Deus vt loquatur vni aut pluribus. Substantiuũ, 2. Paralip. 15.8, וְהַנְּבוּאָה & prophetia Hodéd prophetæ. Cum non sit in regimine, opus est vt exponatur וְהַנְּבוּאָה נְבוּאַת & prophetia, prophetia Hodéd prophetæ. Trahit enim se, ait R. Abrahám, & alteram secum.

נבח Latrare. Iesah.56.10, Canes muti non valebunt לִנְבֹּחַ latrare.

נבט Aspicere, prospicere. Vnum inuenitur in Pihél, inquit R.D. in lib. ra. & in comment. licet alii dicant esse ex nishál. Iesah. 5.30, וְנִבַּט & aspiciet. Et in hifhíl est eius frequens vsus. Psal.33.13, E cælis הִבִּיט aspexit. Et 34.6, הִבִּיטוּ aspexerunt ad eum. pro aspicient. vel confluent. i. current velociter. Præteritum pro futuro, ait R.D. in commen. vbi sic exponit, Quum homines fuerint in afflictione, aspicient ad Deum, & instar fluuii velociter currẽt ad eum, vt currit homo ad turrim fortissimã, & nõ cõfundentur à spe sua. Iiób 6.19, הִבִּיטוּ aspexerũt semitas. Ionáh 2.5, addã לְהַבִּיט aspicere. vel vt

aſpiciã.Gene.15.5,הַבֶּט־נָא ſuſpice quæſo. Ieſah.38.11, nõ אַבִּיט אָדָם aſpiciã hominẽ. Nomen,מַבָּט,Aſpectus,proſpectus.Ieſah.20.6, ecce talis eſt מַבָּטֵנוּ aſpectus noſter. i.ſpes & fiducia.Et מ cum ſeghól,Zechar.9.5,quia confuſus eſt מֶבָּטָהּ aſpectus eius.i.confuſa eſt ſpes eius.

נָבֵל Cadere,decidere.Ieſah.40.8,נָבֵל צִיץ cecidit flos. Eſt præteritũ vt יָבֵשׁ.Prou.30.32,אִם־נָבַלְתָּ ſi cecidiſti quũ te efferres.i.Si cecidiſti à magnitudine tua,ideò fuit quòd efferebaris.Acſi dicat,Glorificaſti animã tuã, quanquã cecideris, vt glorificabas antea. Et ſi cogitaſti:manũ ad os.ſub.שִׂים,pone.Acſi dicat,Et ſi cogitaſti petere,pone manũ ad os vt non petas,nec facias quod nó conuenit.R.Leui.varie exponit,אִם־נָבַלְתָּ acſi dicat, Si roboraſti,& deieciſti te:ne paueas,cuſtodi animum tuũ ab omni turpi, & inhoneſto: tene bonitatẽ, ac rectitudinẽ. Et ſi cogitaſti: manũ ad os.i. Si venerit aliquod ſecretũ ad manum tuã, ne reueles illud,ſed claude os tuũ ne illud dicas.Vel,אִם־נָבַלְתָּ Si veneris ad ſtultitiam cauſa elationis tuæ,vt iraſcaris propter ſuperbiã cordis tui:vel etiã ſi cogitaſti in corde tuo vt iraſcaris, & necdũ iram oſtenderis: pone manũ tuã ad os tuũ,& illud claude,ne loquaris iracũdiæ verba.Vel אִם־נָבַלְתָּ Si feciſti hãc magnã ſtultitiã vt roborares teipſũ in ſuperbia,& efferres te vltra te:& ſi cogitaſti roborare te in ſuperbia,ne educas ex ore tuo cogitationẽ cordis tui.Appellauit elationẽ,ac ſuperbiã,ſtultitiã:quòd ſit res abominabilis.Ieſah.24.4,נָבְלָה,id eſt נָפְלָה ruit(cecidit)terra.Tharghum,חֲרוּבַת deſolata eſt.Et 28.1,וְצִיץ נֹבֵל & flori decidẽti. Et 4,וְהָיְתָה צִיצַת נֹבֵל & erit flos décidens. Dixit ſuprà,וְצִיץ נֹבֵל & flori decidẽti,genere maſculeo צִיץ:nũc fœmineo וְצִיצַת, & nó eſt in regimine,ſed ת eſt loco ה.

Et quia memorauit vtroque genere, dixit וְהָיְתָה fœmi neo verbo, & נָבֹל masculeo, inquit R.D. in comment. Exo. 18.18, נָבֹל תִּבֹּל cadendo cades. Et in hifhíl, Iesah. 64.6, וַנָּבֶל & cecidimus. venit cũ camés loco daghés: sicut & Gene. 25.29, וַיָּזֶד à נָזַד. nã secundũ normã ב & ז deberent habere daghés. Vel וַנָּבֶל est ex nifhál, pro וַנִּנָּבֶל. & quia caret נ radicali, trãslata est pũctatura eius. i. camés, in נ deseruiẽs secũdũ normã aliorũ carentiũ נ radicali.

Et in pihél, Nachũ 3.6, וְנִבַּלְתִּיךְ & deturpabo (aut vituperabo) te. acsi dicat, Ponã te turpitudinẽ, & vituperiũ, aut deturpatã, vituperatámque. vel sicut cadauer proie ctũ. sic R.D. in lib. ra. & in cõment. Deut. 32.15, וַיְנַבֵּל צוּר יְשֻׁעָתוֹ Et deturpauit (flocifecit) Deũ salutis suæ. sic R. Selomóh in cõment. & R. Abra. R.D. in lib. rad. exponit, Et descendere fecit (aut deposuit) à magnitudine sua, secundum scilicet cogitationes suas, & opera sua. Irme. 14.21, ne תְּנַבֵּל vituperes (flocifacias) soliũ gloriæ tuæ. vel, ne descẽdere facias. Hinc est & נָבָל, Homo vilis, abiectus, & stultus. Iesah. 32.6, quia נָבָל נְבָלָה יְדַבֵּר stultus stultitiam (aut vilis vilia) loquetur. 2. Semu. 13.13, vnus הַנְּבָלִים stultorũ. Fœmineũ, Iiób 2.10, vna הַנְּבָלוֹת stultarũ. Et נְבָלָה, Stultitia: vt paulo ante. Ge. 34.7, נְבָלָה stultitiam fecit in Israél. vel fœditatẽ, vituperiũ. Tharghum, קְלָנָא ignominiã. Alia forma, נַבְלוּת, Stultitia, fœda ac turpis res. Hose. 2.10, reuelabo נַבְלֻתָהּ ignominiã eius. vel stultitiã. Et sic Cadauer, à נָבוֹל cadẽdo, appellatur נְבֵלָה. Leui. 22.8, נְבֵלָה cadauer & raptũ nõ comedet. Deut. 28.26, נִבְלָתְךָ cadauer tuũ. Iesa. 26.19, viuent mortui tui, נְבֵלָתִי (cũ) cadauere meo surgẽt. Subauditur enim עִם. Et est à נְבֵלָה. quæ verò habent נ cũ chiric, sunt alterius speciei: vel sunt eiusdem, sed interdu mutãtur.

Aliud,

Aliud,cũ ſex punctis,נֵבֶל, Vter vtris,lagena, hydria. Irme.13.12,Omnis נֵבֶל יִמָּלֵא יָיִן vter implebitur vino. In quibuſdã libris, eſt cum quinq; pũctis. Eſt autem vter pelliceus, vel lagena,aut hydria fictilis:quia ſcriptum eſt Ieſah.30.14, & cõteret eam ſecundũ contritionem נֵבֶל lagenæ (aut hydriæ)figulorũ. Eſt etiã inſtrumentum muſicũ,ſiue cum ſex, ſiue cũ quinque punctis: & dicitur ſecundum aliquos, chorus:vulgo cornamuſa, quòd ſit inſtar vtris pleni.adiũgũtur enim fiſtulæ perforatæ,aut calami perforati, è quibus egreditur dulcis ſonus.1.Semu.10.5,& ante eos נֵבֶל chorus,& tympanũ. Secundũ tamen R.D.in lib.ra.eſt cũ quinque punctis, Ieſah.5.12,וָנֵבֶל.Pſal.71.22,Confitebor tibi בִכְלִי־נֶבֶל in inſtrumẽto chori.Et 92.4,in decachordo, & ĩ נֵבֶל choro. 1.Parali.13.8,& in citharis וּבִנְבָלִים & in choris. Eſt etiã נֵבֶל,Pluuia.Iiob 38.37, וְנִבְלֵי & pluuias cæli quis deſcendere faciet?R.D.in cõment.exponit,Et vtres cæli, qui ſunt nubes,quis deſcendere faciet?Sũt etiã(inquit)qui exponũt pluuias, & aquas.Et ſic exponit R.Leui. in cõment. & R. Moſeh,Et nubes quæ ſunt plenæ aquis, vt vter vino. Hinc dicitur & מַבּוּל pro מַנְבּוּל,Diluuium, inundatio.Gene.11.10,& nõ erit vltrà הַמַּבּוּל diluuium.

נָבַע Eructare,emanare,ſcaturire. Loqui:quòd vt aqua ſcaturit è vena & fonte,ita & ſermo ex ore. Prouer.18.4,Torrẽs נֹבֵעַ ſcaturiens,vena ſapiẽtiæ. Et in hifhil,Pſa.78.2,אַבִּיעָה חִידוֹת loquar ænigmata.Et 119. 171,תַּבַּעְנָה eructabũt(loquẽtur)labia mea laudẽ. Eccleſ. 10.1,muſcæ mortis (.i.quæque muſca mortua) fœtere faciet,יַבִּיעַ emanare faciet (ſub.fœtorem) vnguentum aromatarii. i. muſca fœtere facit vnguentũ aromatarii:& nõ modo hoc,verum etiã omni tempore emana

re faciet muſca fœtorē, illúmque proferet, educétque,

Et à ſcaturiendo appellatur מַבּוּעַ, Vena, & fons, aut ſcaturigo. Ieſah. 49. 10, Et ad מַבּוּעֵי מַיִם venas (ſcaturigines) aquarum ducet. Eſt exitus aquarū è vena. Eccleſi. 12. 6, & conteretur hydria ſuper הַמַּבּוּעַ fontē. Hydria, eſt fel: & fons, ſiue vena, eſt hepár illi coniunctum. Hepar enim eſt vena ſiue fons ſanguinis.

נֶגֶב Cú ſex punctis, eſt Meridies. 1. Sem. 27. 10, עַל־נֶגֶב contra Meridiē. Eſt etiam נֶגֶב, Terra arida & ſicca, deſertum, & locus ſiccus & aridus: & Planities, quia etiá deſertum eſt planities. Meridies etiá ideo vocatur נֶגֶב, quòd in plaga Meridionali ſit ſiccitas, & ariditas, vnde nó eſt habitabilis vt aliæ plagæ propter calorē. Iudic. 1. 15, quia terram הַנֶּגֶב ſiccitatis & ariditatis (. i. ſiccā & aridā) dediſti mihi. Pſal. 126. 4, ſicut torrētes בַּנֶּגֶב in Meridie. vel in terra arida & ſicca. Ieho. 15. 3, אֶל־מִנֶּגֶב ad locū (qui erat) à Meridie. Exod. 40. 22, נֶגְבָּה ad meridiē.

נָגַד Vnde verbū in hifhil, הִגִּיד, Nuntiare, annuntiare, indicare. Iudi. 13. 6, וְאֶת־שְׁמוֹ לֹא־הִגִּיד לִי, & nomē ſuum nó indicauit (nuntiauit) mihi. Deut. 17. 9, וְהִגִּידוּ לְךָ אֵת דְּבַר הַמִּשְׁפָּט & annuntiabút tibi verbū iudicii. 2. Semu. 4. 10, הַמַּגִּיד qui nuntiauit mihi. 1. Semu. 3. 14, timebat מֵהַגִּיד indicare viſionem. 2. Semu. 18. 21, הַגֵּד nútia regi. Pſal. 9. 12, הַגִּידוּ annuntiate. Et 75. 8, אַגִּיד annútiabo in ſeculū. Eccleſ. 10. 20, יַגִּיד דָּבָר annuntiabit verbū. Eſt cū ſeri, & י protractiuo. Iudic. 14. 2, וַיַּגֵּד & nútiauit. Irm. 20. 10, הַגִּידוּ וְנַגִּידֶנּוּ annuntiate, & annūtiabimus illud. i. annuntiate illi verbū mendax, & annútiabimus illud regi. quemadmodū dixit, Venite & percutiamus eū lingua &c. Et in hofhál, 1. Semu. 23. 13, ipſi Saúl הֻגַּד nuntiatú eſt. Ieho. 9. 24, הֻגֵּד הֻגַּד nuntiando nuntiatú eſt ſer

uis tuis. Differt autē hoc verbū à סִפֵּר, quòd סִפֵּר dicatur duntaxat de præterito: hoc verò tā de præterito, quàm de futuro. Hinc est & נֶגֶד cū sex pūctis, Corā, ante, e-regione, cōtrà. Et præposito מ, significat מֵרָחוֹק à longinquo, delonge, procul. Gen.31.31, נֶגֶד אַחֵינוּ corā fratribus nostris. Exod.10.10, נֶגֶד פְּנֵיכֶם ante faciē vestrā. 2. Reg.1.13, לְנֶגֶד ante Eliiáhu. Prouе.21.30, Et nō est consiliū לְנֶגֶד contra Dominū. 2. Sem.18.13, & tu stabis מִנֶּגֶד álonge. procul. 2. Reg.2.7, & steterunt מִנֶּגֶד מֵרָחוֹק eregione procul. vel procul procul. i. valde procul. Vel addidit procul, declarationis gratia. Ieho.6.4, & ascendit populus vnusquisque נֶגְדּוֹ contra se. aut eregione sui. Iesah.40.17, omnes gētes tanquā nihil sunt נֶגְדּוֹ corā eo. aut respectu illius. Gen.2.18, faciā ei adiutorium כְּנֶגְדּוֹ profecto coram eo. acsi dicat, vt sit iugiter ante illum, ministrétque illi. Et כ est expressiuū veritatis, vt Gene.25.33, iura mihi כַּיּוֹם verè tempore hoc &c. vt dictū est in יוֹם. Iehos.5.13, vnusquisque stat לְנֶגְדּוֹ eregione sui. Psal. 38. 10, נֶגְדְּךָ ante te. Hamós 4.3, vnaquæque נֶגְדָּהּ contra se. cum mappic. Et cū ה redundante sine mappic, Psal.116, 14, נֶגְדָה נָּא corā nunc omni populo eius. Hinc est & נָגִיד; Dux populi: sic appellatus, quòd populus cōuertat faciē suam & respiciat ad eū in omnibus negotiis suis. 1. Sem.9.16, & vnges eum לְנָגִיד in ducē. Iechez.28.2, dic לִנְגִיד צֹר duci Sor. i. Tyri. Illud autē Prouer.28.16, נָגִיד חֲסַר תְּבוּנוֹת וְרַב מַעֲשַׁקּוֹת dux deficiens intelligētiis, multiplicabit rapinas: & odiō habēs auaritiam multiplicabit dies: R.D. in lib. rad. sic exponit, Ex fine versus docet nos exponere principiū eius. caret enim verbo יָמוּת morietur. Sic enim est mos Scripturæ in locis multis. Vnde sic exponendus est totus versus, Dux carēs intelli

gentiis,& multiplicás rapinas,morietur:(nempe in di midio dierũ ſuorũ:)& odio habẽs auaritiã,prolongabit dies. R. Ioséph deducit נָגַר à נָגִיר Chaldæo verbo quod eſt trahere,& mori. vnde exponit,Extrahetur de mundo quiſquis multiplicauerit rapinas. Vel dicit,morietur ante tempus ſuum quiſquis &c. & hoc eſt magis rectũ. R. Leui,נָגִיר Dux,dominus,vel iudex,ſi contigerit illũ non habere intelligentiã, ob defectum intelligentiæ ad hoc perueniet vt rapiat, opprimátque illos qui ad illius venerint iudiciũ. ab illo enim peruerſum egredietur iudicium:& qui rapit,& opprimit, ſuos nõ prolongabit dies. Si cõtrà,prolõgabit &c. Hinc dicũtur נְגִידִים,Verba bona,& ſapiẽtia. Prou.8.6,audite,quoniã נְגִידִים magna loquar.aut verba bona & ſapiẽtia. R. Himma.in cõment. exponit, verba glorioſa. aut glorioſa,id eſt de rebus glorioſis,vel hominum magnorũ verba.Tharghum,רִשְׁרִירוּתָא honorabilia,dignáque.

נָגַהּ Eſt זָהַר,Splendere,ſplendeſcere,lucere.Ieſah.9.2,Lux נָגַהּ ſplenduit ſuper eos. Iiób 18.5,Et non יִגַּהּ ſplendebit ſcintilla. Et in hifhil,Ieſa.13.10,Et luna non יַגִּיהַּ אוֹרוֹ ſplendeſcere faciet lumen ſuũ. 2.Sem. 22.28, Dominus יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי illuminabit tenebras meas.

Nomẽ,Ieſa.50.10,Et non eſt נֹגַהּ לוֹ ſplendor ei.Prouerb.4.18,Et ſemita iuſtorũ כְּאוֹר נֹגַהּ ſicut lux luciferi. Eſt enim נֹגַהּ(inquit R. Himmanuél in cõment.) ſtella cuius lumen non occultatur aſcendente aurora,ſed procedit & illuminat donec oriatur ſol. Ieſa.62.1,כַנֹּגַהּ vt ſplendor. Pſal.18.13,מִנֹּגַהּ propter ſplendorem.

נָגַח Cornupetere. Exod.21.28, וְכִי־יִגַּח שׁוֹר אֶת־אִישׁ & ſi cornupetierit bos virum. Et in pihél,Dani.8.4, Vidi arietẽ מְנַגֵּחַ cornupetentẽ ad Occidentẽ. Deut.

33.17, Populos יְנַגַּח cornupetet. Et in hithpahál, Dan. 11.41, יִתְנַגַּח cornupetet cũ eo rex Austri. Et tóar, נַגָּח, Cornúpeta. Exod. 21.28, Et si bos נַגָּח cornúpeta erat.

נגל Vnde מַגָּל, Falx. & daghés est ob defectũ נ. Quære in מַגָּל.

נגן Manu pulsare musicũ instrumẽtum: sicut שִׁיר est Ore canere. Vnde Psal. 68.26, vtrunque ponitur, Præuenerunt שָׁרִים אַחַר נֹגְנִים cantátes, postea pulsantes. Post illos enim qui ore canebãt, erant pulsantes musica instruméta. Et in pihél, 1. Sem. 16.16, מְנַגֵּן בַּכִּנּוֹר pulsantẽ in cithara. Est participiũ, & non infinitiuũ. Et 18. 10, מְנַגֵּן pulsabat manu sua. Nomen, Psal. 61.1, in titulo, Victori עַל־נְגִינַת super neghináth: instrumentũ musicum sic appellatũ. aut super pulsationem. Et ponitur pro נְגִינָה. ת enim ponitur vice ה, inquit R.D. in lib. ra. & in cõmen. Tharghũ, Super תּוּשְׁבַּחְתָּן laudẽ. aut laudes. R. Abrahám in cómen. scribit esse in regimine, & subaudiri פִּיּוּט precationis. Thren. 3.13, נְגִינָתָם pulsatio eorũ tota die. Tharghũ, Et cantabãt super me tota die. Psal. 69.13, וּנְגִינוֹת & pulsationes (laudes, cãtationes cũ instrumento) bibentes sechár. Chabac. 3.19, Victori בִּנְגִינוֹתָי in pulsationibus meis. Alia forma, מַנְגִּינָה. Thren. 3.63, Ego מַנְגִּינָתָם pulsatio eorum.

נגע Tangere, attingere, cõtingere, pertingere, Peruenire, appropinquare, Percutere, flagellare. 1. Semu. 10.26, אֲשֶׁר־נָגַע אֱלֹהִים בְּלִבָּם quorũ tetigerat Deus cor eorũ. Irme. 4.18, Quia נָגַע עַד־לִבֵּךְ tetigit cor tuum. aut peruenit ad cor, siue appropinquauit cordi tuo. Chag. 2.15, וְנָגַע בִּכְנָפוֹ & perueniet orâ suâ ad panẽ. Tharghum, Et appropinquabit operiméto suo ad panẽ. Genes. 26.29, Quéadmodum נְגַעֲנוּךָ tetigimus te. est sicut

426

נְגַעֲנוּךְ,inquit R.Abrahám,id eſt,non læſimus te,neque nocuimus tibi.Nume.31.19,נֹגֵעַ בֶּחָלָל tangens vulneratum.Leuit.15.26,וְכָל־הַנּוֹגֵעַ בָּם & omnis tangens ea. Ieſah.53.4,נָגוּעַ plagatú(percuſſum)Dei. Gen.20.6,Nó permiſi tibi לִנְגֹּעַ אֵלֶיהָ vt tangeres eam. Pſal. 144.4, גַּע בֶּהָרִים tange montes.Leuit.12.4,לֹא־תִגָּע tanget. Et in nifhál, Iehoſ.8.15,וַיִּנָּגְעוּ & percuſſi ſunt Iehoſúah,& omnis Iſraél ante eos,& fugerunt. Oſtenderunt ſeipſos perinde acſi percuſſi eſſent:quia corá illis,vt abſtraherẽt eos ab vrbe,fugiebant. Et rectum eſt vt exponatur quòd vere fuerint percuſſi.Quum enim fugerint,non eſt conſentaneũ vt dicatur non fuiſſe vere percuſſos. non enim reducebãt bellatores ad inſequẽdum illos. Quòd ſi voluiſſet dicere quòd oſtendebant ſe percuſſos, dixiſſet in hithpahál, וַיִּתְנַגְּעוּ vt mos eſt Scripturæ.

Et in pihél,2.Reg.15.5, וַיְנַגַּע יְהֹוָה אֶת־הַמֶּלֶךְ & percuſſit Dominus regẽ. Et in hifhíl inuenitur intranſitiuũ, & tranſitiuũ: quanquã ſi ſubtiliter expenderis, cóſideraueríſque omne hifhíl,eſt tranſitiuũ. Ieſah.25.12,הִגִּיעַ peruenit ad terram.vel peruenire fecit.2.Paralip.28.9, Vſque ad cælum הִגִּיעַ peruenit.Eccleſi.12.1,וְהִגִּיעוּ & appropinquent anni . Ieſah. 5.8, Væ מַגִּיעֵי attingere facientibus domum domum.Et 8.8, Vſque ad cælum יַגִּיעַ perueniet . Item 6. 7, וַיַּגַּע עַל־פִּי & peruenit ad os meum.aut attingere fecit os meum. ſiue,peruenire fecit (ſub.angelus carbonem)ad os meum. Irm.1.9,וַיַּגַּע עַל־פִּי & attingere fecit (ſcilicet manum ſuam) os meum. Leuit.5.7,Et ſi non תַגִּיעַ יָדוֹ דֵּי שֶׂה attingere fecerit ſufficientiam pecoris. i.ſi non fuerit ei tanta ſubſtantia vt poſſit ex ea cóparare pecus. Exod.4.25, וַתַּגַּע & tangere fecit pedeſeius.R.Selomóh exponit,Et proiecit eum

ante pedes eius, scilicet Moséh. Idé R. Abrahám. Tharghum appropinquauit. Psal.32.6, Ad eum non יַגִּיעוּ appropinquabunt. Et in puhál, Psal.73.5, non יְנֻגָּעוּ flagellabuntur. Nomé, נֶגַע, Plaga, percussio. masculeú. Exod.11.1, נֶגַע אֶחָד plagam vnam adducá. Leuit.13.8, נֶגַע צָרַעַת כִּי תִהְיֶה בְּאָדָם plaga lepræ quum fuerit in homine. Verbú fœmineum nó refertur ad נֶגַע, sed ad צָרַעַת.

נגף Percutere, cædere ad mortem, & interdum citra mortem, Impellere, impingere. Iesah.19.22, וְנָגַף יְהוָה אֶת־מִצְרַיִם נָגֹף וְרָפוֹא & percutiet Dominus AEgyptú percutiendo, & sanádo. Exo.21.22, וְנָגְפוּ אִשָּׁה הָרָה & percusserint mulieré prægnantem. Psal.89.24, אֶגּוֹף percutiam. Et intransitiuú, Proue.3.22, Et pes tuus לֹא תִגּוֹף nó impinget. vel offendet. Psal.91.12, Ne forte תִּגּוֹף offendas (impingas) in lapidé pedem tuú. Et in nif hál, 2. Semu.10.15, Et vidit Arám quòd נִגַּף cæsus fuisset corá Israél. Est præteritú, quia est cum pathách. Sed Iudic. 20.39, נָגוֹף נִגָּף cædendo cæditur: est participiú, quia est cum camés. Et 31, נִגָּפִים cæduntur ipsi ante nos. 1.Sem. 4.2, וַיִּנָּגֶף & cæsus est Israél. Et in hithpahál, Irme.13. 16, Et antequá יִתְנַגְּפוּ impingant pedes vestri. Nomé cum sex púctis, נֶגֶף, Percussio, plaga. Iehos.22.17. Alia forma, præposito מ, 2. Semu.17.18, מַגֵּפָה plaga in populo. Exod.9.14, omnes מַגֵּפֹתַי plagas meas.

נגר Fúdere, diffundere, Defluere, decurrere. In nifhál. Psal. 77.3, plaga mea נִגְּרָה defluxit. diffudit se. Thren.3.49, Oculus meus נִגְּרָה defluxit. aut diffudit se. sub. in lachrymas. 2.Semu. 14.14, sicut aquæ הַנִּגָּרִים quæ defluunt (decurrút, effundunt se) super terrá. Iiob 20.28, נִגָּרוֹת defluentes in die furoris eius. R.Moséh in cóment. Migrabit. i. festinabit migratio perfecta sicut

aqua defluens in deſcenſu,quæ non cõgregatur,in die qua venerit ad eũ furor Domini. Tharghũ, oleũ eius, vinúmque eius migrabunt in die furoris eius. Et in hifhíl, Micháh 1.6, וְהִגַּרְתִּי לַגַּי אֲבָנֶיהָ dispergere faciam in vallem lapides eius. Irme.18.21, וְהַגִּרֵם & dispergere fac eos. Micháh 1.3, aquæ מֻגָּרִים effuſæ in præceps. Ieche.35.5, וַתַּגֵּר אֶת־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל & diſperſiſti filios Iſraél. Vel effudiſti ſanguinem filiorum Iſraél.

נגשׁ Appropinquare, accedere. Nume. 8.18, בְּגֶשֶׁת quum acceſſerint. Ieſa.49.20, גְּשָׁה־לִּי accede ad me.i.propter me. Et cũ chólem, Iehoſ.3.9, גֹּשׁוּ הֵנָּה accedite huc. Pſal.91.7, ad te לֹא יִגָּשׁ non accedet.appropinquabit. Et in nifhál, Gene.33.7, נִגַּשׁ appropinquauit. Ieſah.29.13, Pro eo quod נִגַּשׁ appropinquauit populus iſte. Sic ſcribit R.Ionáh:& ita eſt in quibuſdã libris, & quadam hãmaſóreth. In aliquibus verò libris eſt cum ש punctato in ſiniſtro cornu: quod ſequitur Ionathán in Tharghũ, qui vertit, Pro eo quòd רְאִיתְרַבְרַב ſuperbiuit(vel magnificauit)ſe.i.ſunt magni in oculis ſuis,& oſtẽdunt ſe tãquam נוֹגְשִׂים exactores reſiduo populi ad honorandũ Dominũ ore ſuo,& precandũ ante illum. Etiã R.Abrahám in cõment. exponit cũ puncto in ſiniſtro cornu שׂ, quod pronũtiatur vt ס: vnde exponit, Pro eo quòd arctatus fuit.aut oppreſſus,& afflictus. Citatur etiã à R.D.in נגשׁ & in נִגַּשׂ, & vtroque modo exponit, Appropinquãt mihi apparẽter. Et, arctatus, ſiue afflictus.i.tẽpore afflictionis ſuæ glorificat me ore ſuo.

Et in hifhíl, Exod.21.6, וְהִגִּישׁוֹ & accedere faciet eum. Hamós 5.25, Sacrificia & oblationẽ הִגַּשְׁתֶּם־לִי appropinquare feciſtis (.i. obtuliſtis) mihi. Malachi 2.12, וּמַגִּישׁ מִנְחָה & offerens oblationẽ Domino. Et 1.11, מֻגָּשׁ offertur

tur nomini meo. Gene. 27.25, הַגִּשָׁה לִי affer mihi. Iesah. 45.21, Annuntiate, וְהַגִּישׁוּ & accedere facite. sub. alterū ad alterū, ante maiores suos ducite eos, inquit R.D. in cóment. Vel, & appropinquate, secundū Ionathán qui vertit, וְאִתְקְרַבוּ. Iiób 40.14, יַגֵּשׁ חַרְבּוֹ applicabit (sub. ei) gladiū suum. Genes. 27.24, וַיַּגֶּשׁ־לוֹ & attulit ei. Et in hofhál, 2. Semu. 3.34, Et pedes tui nó compedibus הֻגָּשׁוּ appropinquare facti sunt. Et in hithpahál, Iesah. 45. 20, הִתְנַגְּשׁוּ accedite pariter.

נָגַשׂ Cū puncto in sinistro cornu, Exigere, repetere, Artare, coartare, affligere, opprimere. 2. Reg. 23. 35, נָגַשׂ אֶת־הַכֶּסֶף exegit argentū. Zecha. 9.8, Et non trāsibit super eos amplius נֹגֵשׂ exactor. Iesah. 9.4, Virgam הַנֹּגֵשׂ exactoris. Et 14.2, Et dominabuntur בְּנֹגְשֵׂיהֶם exactoribus suis. Item 58.3, Et omnes substantias vestras תִּנְגֹּשׂוּ exigetis. repetetis. pro exigitis. Et in nifhál, Iesah. 29.13, Vide נָגַשׂ in nifhál. Et 53.7, נִגַּשׂ וְהוּא נַעֲנֶה oppressus fuit, & ipse afflictus fuit.

נֵד Vnde נֵד, Aceruus, cumulus. Iehos. 3.13, Stabunt נֵד אֶחָד aceruo vno. Psal. 33.7, Cógregans כַּנֵּד tāquam aceruum aquas maris. Potest hoc nomen deduci à נוּד.

נָדַד Est נוּעַ, Mouere, vel mouere se, & demigrare: itē רָחַק, Elongare se, siue fugere. Iesah. 22.3, Omnes principes tui נָדְדוּ יַחַד elongauerunt se (.i. fugerunt) pariter. Tharghú, demigrarunt. Iesah. 10.14, Et non erat נֹדֵד כָּנָף qui moueret alam. vel moueret se alâ. auferendi casu. Potest enim esse intransitiuū: acsi dicat, moués se alis suis, id est ex parte alarum: sicut dicitur Iesah. 1. 30, Quercus decidens foliis suis. i. cuius folia decidunt. Nachú 3.17, Sol ortus est, וְנוֹדַד & elógauit se. siue demigrauit, sub. vnaquæque locusta. intransitiuū verbū. Se-

cundú R.D.in cõment. eſt ex verbis geminatis ex cõiugatione quæ eſt ſimilis quadrato, quòd ſit cum paṫhác ſicut & עוֹלֵל: quãuis propter accentú zachéph, habeat camés. quòd ſi eſſet à נוד, eſſet cum ſerí, vt כּוֹנֵן. At R.Abrahám & R.Ioſéph ſcripſerũt eſſe ex puhál, & ex verbis quorum ſecunda quieſcit litera, id eſt נוד, ſicut חוֹלַלְתִּי à חול. Nachum 3.7, יִדּוֹד elongabit ſe à te. R.enim Abrahám exponit יִרְחַק. Tharghũ ſimiliter, יִתְרְחַק elongabitur. Pſal.68.13, Reges exercituũ (ſcilicet Gentium) יִדֹּדוּן יִדֹּדוּן elongabuntur, elongabuntur. ſiue fugiẽt, fugient. ſub. à facie veſtra. ſic R.Abrahám & R.D. in cõment. Et in hofhál, Iiób 20.8, וְיֻדַּד & elongabitur ſicut viſio nocturna. Et in hifhíl, Iiób 18.18, De orbe יְנִדֻּהוּ elongabunt eũ. vel demigrare facient eũ. Hithpahál, quære in נוד, &c. Nomen, Pſal.55.8, Elongabo נְדֹד elongationẽ. vel fugam. Vel eſt macór ſecundum Tharghum, Ecce elongabo אֲתַר לְמִינְדַּד locũ ad fugiendum. vel fugiẽdo. Et cum ſúrec, נְדוּד. Iiób 7.4, Et ſaturatus fui נְדֻדִים euagationibus vſque ad crepuſculum. i. curis animũ diſtrahentibus. Tharghũ, fuga ſomni. R. Abrahám Peruſól in cómẽt. ſcribit eſſe pahúl ex cal. aut הַנְּדֻדִים eſt tóar mẽbris. Alia forma, præpoſito מ, מִדַּד, cuius perfectũ eſt מִנְדַּד inſtar מִשְׁקָל. Iiób 7.4, וּמִדַּד עָרֶב & elongatio veſperæ. Alii (vt R.Iehudáh & R.Leui) exponunt, & mẽſus eſt (ſub. cor meũ) veſperam. à מָדַד. quantum ſcilicet nox eſſet longa, ob priuationẽ ſomni, ait R.Leui in cõment. Vel vt inquit R.Moſéh in cóment. Et mẽſus eſt (ſub. homo) noctẽ, ſiue veſperam. Vel מִדַּד eſt ſicut מוֹדֵד menſurans. Sed R. Abrahám Peruſól in cóment. ſcribit eſſe macór à מָדַד, pro, & menſurãdo veſperam. i. longitudinẽ veſperæ. Ex hac radice eſt נִדָּה,

Immunditia, menſtruũ, Elongatio. licet à nõnullis ponatur in radice נָדָה, ſed prius eſt rectũ. Et ſecũdum hãc formã eſt & nomen tóar, Immũda. Leuit. 20. 21, Et vir qui acceperit vxorẽ fratris ſui נִדָּה הִוא immunda eſt: ſic appellata, quòd à viro & tẽplo elongabatur. Vel fœditas aut immũditia eſt: ſi nominaliter capiatur. i. res fœda, & immũda eſt. R. Selomóh exponit, Coitus iſte immundus eſt & prohibitus. Tharghum, מְרַחֲקָא הִיא immunda eſt. aut immundum, & abominabile. Nume. 19. 12, aqua נִדָּה ſeparationis. vel elongationis. ſic dicta, quòd erat ob neceſſitatẽ elongationis. i. immunditiæ. Tharghum habet אַדְיוּתָא aſperſionis. Leuit. 18. 19, Et ad mulierem בְּנִדַּת טֻמְאָתָהּ in menſtruo immunditiæ ſuæ non appropinquabis. נִדָּה quære in נָדָה.

נָדַב Sponte aliquid elargiri, donare, dare, aut offerre de ſuo vt par eſt. Exo. 35. 29, quorũ נָדַב לִבָּם אֹתָם ſponte obtulit cor illorũ ea. Et 25. 2, יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ ſponte offeret cor eius. Et in hithpahál, 1. Parali. 29. 17, הִתְנַדַּבְתִּי כָל־אֵלֶּה ſpõte obtuli vniuerſa hæc. Hezræ 1. 6, לְבַד עַל־כָּל־ הִתְנַדֵּב præter omne quod ſponte oblatũ eſt. altera redũdat dictio. Sufficiebat enim dicere לְבַד ſine עַל, vel עַל ſine לְבַד. Sed hæc additio facta eſt ad maiorẽ declarationem ſecundũ morẽ Scripturæ. 1. Parali. 29. 9, עַל־הִתְנַדְּבָם eo quòd ſponte offerrẽt. Tóar, נָדִיב, Spõtaneus, voluntarius, liberalis, Princeps, à liberalitate ſic appellatus. Ieſa. 32. 8, וְנָדִיב נְדִיבוֹת יָעָץ וְהוּא עַל־נְדִיבוֹת יָקוּם & liberalis liberalia cõſuluit, (aut cogitauit,) & ipſe propter liberalia ſtabit. aut ſurget: ſub. ad maiorẽ dignitatem. 2. Paral. 29. 30, נְדִיב לֵב ſpontaneus corde. 1. Semu. 2. 8, vt collocet cum נְדִיבִים principibus. Fœmineum, Pſal. 51. 14, Et ſpiritu נְדִיבָה ſpontaneo (volũtario, liberali) ſtabilias

me.R.Abrahám in cõment.Et ſpiritus ſpontaneus ſtabiliat me.Vtroque modo poteſt exponi.R.D.in comment.Et ſpiritus ſpótaneus cõfirmet me.i.ſpiritus ſanctitatis (.i.ſanctus) qui eſt gaudiũ animæ,& ſalus,quo ſponte dãtur Deo verba cantici,& laudis.Vel, & ſpiritu ſpon.confir.me ô Deus.& ſic ſubauditur ב. Iiób 30.15, perſequetur ſicut ventus נְדִיבָתִי ſpontaneã meam.i.animã meã liberalẽ. vel vt R.Moſéh, principatũ meũ: quia princeps erat populorũ. Tharghũ,רַבָּנוּתִי principatũ meũ. Plurale,נְדִיבוֹת vt ſuprà in נָדִיב. Subſtantiuũ, נְדָבָה,Spóte,Voluntas,liberalitas,Principatus. Leuit.7.16,& ſi voto,vel נְדָבָה ſpõte.Hoſe.14.5,diligam eos נְדָבָה ſponte.Prædicta ſubſtãtiua expoſuimus aduerbialiter, quòd Hebræi careant aduerbio,& pro illo vtãtur nomine ſubſtãtiuo ſcripto,aut ſubintellecto.ponũtur enim pro בִּנְדָבָה in ſponte aut voluntate.Nume.15.3,ad ſeparandũ votum,vel בִּנְדָבָה ſpóte. ſub. oblatum.i.ſpontaneã oblationem.Hamós 4.5,& vocate(ſub.ad ſolennitatẽ) נְדָבוֹת הַשְׁמִיעוּ ſpóte oblata cógregare facite. quod R.D.in cõment.ſic exponit,Vos facitis מִקְרָא קֹדֶשׁ conuocationẽ ſanctitatis.i.ſanctã,hoc eſt ſolennitatẽ idólis:nam vocatis,& cõgregare facitis,vt afferat populus ſpontanea ad diẽ ſolennitatis. Pſal.68.10, pluuiã נְדָבוֹת voluntatum(.i.voluntariã.vel liberalitatum.i.liberales,largas,abũdantéſq; pluuias)eleuabis Deus.pro eleuaſti.Et 110.3,populus tuus נְדָבוֹת ſponte(ſub.veniet)in die exercitus tui.R.Abrahám in cõment.exponit,Populus tuus ſpõtaneus erit ad pugnandũ propter te.Vel (inquit)נְדָבוֹת eſt locutio abbreuiata, & ſubauditur pluuia:vt præcedẽti exẽplo Pſal.68,hoc ſenſu,Si opus fuerit vt bellum geras,populus tuus veniet ad te in die ſi-

cut pluuia נִדְבוֹת &c. Et R. Dauid, In die qua feceris exercitum ad pugnandú, veniet populus tuus ad te spóte. Et 119. 108, נִדְבוֹת פִּי voluntaria oris mei beneplacita fac quæso. Leui. 22. 18, & in omnibus נִדְבוֹתָם voluntariis suis. i. sponte oblatis.

נָדָה Est רָחַק, Elongare, fugare, inquiút R. Abrahám & R. D. Vnde verbú in pihél, Hamós 6. 3, הַמְנַדִּים לְיוֹם רָע qui elongatis (longú, distantémque putatis) dié malum. R. Abrahám, Qui elong. d. m. dicétes, In tempora longinqua iste prophetat: non venit tempus vltionis, ne timeatis peccare. Iesah. 66. 5, Dixerút fratres &c. מְנַדֵּיכֶם elongantes vos, secundú R. Abrahám in cóment. Sút tamē (inquit) qui exponút, qui existimamini מְנוּדִים elōgati, fugati in oculis eorú. Tharghú, מְרַחֲקֵיכוֹן elongantes vos. R. D. in commen. elongantes vos, eo quòd pauetis ad verbú Do. Potest (inquit idé) ex hac radice esse נִדָּה, Immunda. & daghés erit loco נ deficiētis, pro נִנְדָּה instar נִגְלָה, de quo in נָדַד. Aliud nomen, נֵדֶה, quod est מַתָּן, Donú, & merces. Iechez. 16. 32, Omnibus meretricibus dant נֵדֶה donum. mercedem. Et cú נ loco ה, vel redundante. Ibidem, אֶת־נְדָנַיִךְ dona tua.

נָדַח Impellere, expellere, siue eiicere, propellere, dispergere. Deuter. 20. 19, Non destrues arborem eius לִנְדֹּחַ vt impellas super illā securim. Potest esse & intransitiuú, pro, vt nō impellatur super illam securis. 2. Sem. 14. 14, vt nō יִדַּח מִמֶּנּוּ נִדָּח expellat à se expulsum.

Et in Nifhál, Deute. 4. 19, וְנִדַּחְתָּ, & impellaris. Tharghú, וְתִטְעֵי & erres. sicut homo (inquit R. Abrahám) qui impellitur & cadit. Iiób 6. 13, & sapientia נִדְּחָה expulsa est à me? Tharghú, Et sapiētia fugata est à me? Deute. 22. 1, nó videbis bouem fratris tui, aut pecus eius נִדָּחִים

VV. iii.

422

expulſos. aut errantes. Tharghũ, errantes in via. Et ſine daghés, Pſal. 147.2, נִדְחֵי expulſos Iſraél cógregabit. Poteſt eſſe & tóar lene inſtar יְשָׁרֵי. Vel eſt ex nifhál à דָּחָה vbi & citatus eſt locus iſte. Participiũ paſſiuum in pihél, Ieſa. 8.21, Et ad caliginé מְנֻדָּח impulſum. ſub. ſe videbit. Acſi dicat, videbit ſeipſũ ad tenebras, caliginémque impulſum. Et in hifhil, 2. Semu. 15.14, וְהִדִּיחַ עָלֵינוּ אֶת־הָרָעָה & impellat (aut impellere faciat) ſuper nos malũ. Irm. 8.3, הִדַּחְתִּים expuli eos illuc. Ieſah. 13.14, & erit כִּצְבִי מֻדָּח ſicut ceruus eiectus. i. qué expellũt, & perſequuntur vt capiãt. Deut. 13.11, quæſiuit לְהַדִּיחֲךָ expellere te à Deo tuo. Pſa. 5.11, הַדִּיחֵמוֹ expelle eos. 2. Reg. 17. 21, וַיַּדַּח & expulit Iarobhám ipſũ Iſraël. R. D. in cómen. Scribitur (inquit) וַיַּדַּא, & legitur וַיַּדַּח cũ ח. Tharghum, וְאַטְעִי errare fecit. Nomé, מַדּוּחַ. cuius plurale, Thre. 2. 14, Et viderũt tibi prophetias médacii, וּמַדּוּחִים & expulſiones. i. ea quæ te expellebant à me, vel à via recta, inquit R. Abrahám in comment.

נדן Vagina. 1. Paral. 21.27, Et conuertit gladiũ ſuum אֶל־נְדָנָהּ in vaginã ſuam. Sic appellata, quòd gladius ſit in medio eius. Vnde & corpus appellatur in lingua Aramæa נִדְנֶה, quòd ſpiritus ſit in medio eius vt gladius in vagina. Dani. 7.15, territus erat ſpiritus meus, &c. in medio נִדְנֶה vaginæ. i. corporis. Sunt qui deducunt ab hac radice illud Gen. 6.3, nó יָדוֹן רוּחִי erit detẽtus tanquam in vagina, ſpiritus meus. Vide דון. נֶדֶן, Donum, merces, quære in נָדָה.

נדף Eſt דָּחַף, Impellere, propellere, expellere, propulſare. Pſal. 68.3, כְּהִנְדֹּף עָשָׁן תִּנְדֹּף, Quemadmodũ expellitur fumus (vel, expellit, ſub. ventus, fumũ: ſub. ſic tu) expelles. ſub. inimicos tuos. R. D. in cómen. & in li.

rad. sic scribit, הִנְדֹף est macór ex nifhál, vt dicunt nonnulli: & ponitur pro הִנָּדֵף, נ cũ camés. At opinione mea est macór ex hifhíl, & perfectum. R. Himmanuél, Hæc dictio הִנְדֹף est cõposita ex נְדֹף instar זָכוֹר, quod est macór ex cal: & הִנָּדֵף instar הִנָּתוֹן, quod est macór ex nifhál, & ת in תִּנְדֹּף potest esse tertiæ personæ fœminei, & secũdæ masculei. i. quemadmodũ expellitur fumus, quum expellit eum vẽtus, sic expellet eos plaga tua, aut manus tua: vel expelles eos tu Domine. Et est תִּנְדֹּף secundũ morem verborum perfectorum. Psal. 1.4, Sicut gluma quam תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ proiiciet eam vẽtus. Et in nifhál, Leui. 26.36, Et persequetur eos sonitus folii נִדָּף impulsi. Prouerb. 21.6, הֶבֶל נִדָּף vanitas impulsa.

נדר Vouere. 2. Semu. 15.8, נֶדֶר נָדַר votũ vouit seruus tuus. Ionáh 2.10, נָדַרְתִּי voui. Malachi 1.14, וְנוֹדֵר & vouet. Num. 6.2, לִנְדֹּר נֶדֶר, vouẽdo votum. Psal. 76.11, נִדְרוּ vouete, & reddite. Ionáh 1.16, וַיִּדְּרוּ נְדָרִים & vouerũt vota. Nomẽ, נֶדֶר cum sex pũctis omnia, vt in macór: præter quinque, quæ sunt cũ quinque pũctis: quorum vnum habes in præterito. 2. Sem. 15.7, אֶת־נִדְרִי אֲשֶׁר־נָדַרְתִּי, votum meum quod voui. נְדָרִים vt in futuro. Psalm. 22.26, נְדָרַי, vota mea.

נהה Queri, lamentari. Micháh. 2.4, וְנָהָה נְהִי נִהְיָה אָמַר, lamẽtabitur lamentũ, lamentũ dixit. Ieche. 32. 17, נְהֵה lamentare. 1. Semu. 7.2, וַיִּנָּהוּ & lamentati sunt omnis domus Israél post Dominũ. Acsi dicat, Et luxerunt super operibus suis malis, & conuersi sunt, eundo post Dominũ. Vel, & cõgregati sunt. nam Irm. 3.17, vbi dicitur, וְנִקְווּ & congregabũtur: Tharghũ habet, וְיִתְנְהוּן.

Nomen, נְהִי, Querimonia, lamentũ. Vide in principio. Hamós 5.16, & planctum ad sciẽtes נֶהִי lamentũ. i.

& ad planctũ ſcientes lamẽtũ. Alia forma, נִהְיָה vt in præterito. Et eſt inſtar שִׁפְלָה. Poteſt tamẽ eſſe ex nifhál ab הָיָה eſſe, & conterere. Vide חָיָה. Alia, Ieche.7.11, Et non erit נֹהַּ בָּהֶם lamentũ in eis. aut propter eos. i. nõ remanebit quiſpiã qui fleat lamentetúrque eos. R.D. in cõment. Non erit lamentũ, neque vlulatus in eis propter multitudinẽ afflictionum: nõ flebunt viuentes ſuper mortuos quemadmodũ dixit Irme.16.4, Nõ plangẽtur, neque ſepeliẽtur. Tharghum, Nõ de filiis eorũ, neque de filiis filiorũ eorũ. Poteſt etiã exponi, Et nõ נֹהַּ (pro מִנְּהֶ)ex cõgregatione quæ eſt in eis. ſicut dixerat, Nõ ex eis &c. נֹהַּ venit inſtar שֹׁד à שׁוּד. Nã hoc quanquã eſt ex verbis quorum vltima quieſcit, litera tamẽ quieſcens venit geminata, in ſecũda vel tertia litera, ſicut alia geminata. & נֹהַּ ſecũdum normã debuerat eſſe נֹהַהּ vt נֹגַהּ. ſed cadit alterũ ה, lenitatis gratia more geminatorũ. Alia itẽ, נִי inſtar רִי, à רָוָה. Ieche.27.32, Et aſſumẽt ſuper te בְּנִיהֶם in lamẽtatione ſua. Et eſt inſtar בְּפִיהֶם, Et י quieſcẽs in בְּנִיהֶם, eſt loco ה ſecũdæ radicalis. quanquã enim nõ ſit conſuetudo vt ה ſit occultũ, quando eſt prima radicalis, vel ſecunda, ſed quãdo eſt vltima: tamen in dictione iſta venit occultatũ propter coniunctionẽ ה & ם ſigna pronominis. quãquã & ם ſolũ ſine ה, poteſt facere pronomẽ, vt Pſal.19.4, קַוָּם linea eorũ. Sed R. Iehudáh & R. Ionáh poſuerũt נֹהַּ & נִיהֶם ex radice נָוָה. At rectũ eſt (inquit R.D.) in oculis meis illud quod ſcripſi de eis ſecundũ ſignificationem eorũ: ſed ſecundum grammaticam rectum eſt quod illi ſcripſerunt.

נָהַג Ducere. Thren.3.1, אוֹתִי נָהַג me duxit. 1. Sem.30.20, נָהֲגוּ duxerũt (ſub. pecudes & oues) ante pecus ipſum. Acſi dicat, Omnia ſicut accepit Dauid, omnia duxerunt,

duxerunt,nil dimiſerunt, quia non pauebant. Et pars eorũ iuit ante pecudes,dicẽtes,Hæc ſunt ſpolia Dauid. Ecclesi.2.3, & cor meũ נֹהֵג ducens in ſapientiã. Acsi dicat, Ipſummet ducens in ſapientiam. R.Abrahám dicit eſſe verbũ tranſitiuum,& deficere perſonam patientem: vt ſit,Et cor meũ.i.intellectus, animúſque meus ducẽs,ſub.דְּבָרָיו res ſuas in ſapientia,nec multú retinet de ſtultitia,quæ eſt deſiderium huius mũdi. Ieſah.60. 11,נְהוּגִים ducti.ſub.erunt.i.ducẽtur.2.Reg.9.20,quia furioſe יִנְהַג ducet.pro ducit, ſub.מַחֲנֵהוּ caſtra ſua.Vel ſeipſum, vt alii exponũt.i.incedit, ambulat. R.D.in cõment. ſubaudit רִכְבּוֹ currũ ſuum. Tharghú, Quia בְּנִיחַ מַדְבַּר quiete(pedetentim)ducit. Et in pihél,Exod.10. 13,Et Dominus נִהַג רוּחַ קָדִים duxit(aut ducere iuſſit) vẽtum Orientalé in terram.Deut.4.27,יְנַהֵג ducet Dominus vos. Exo.14.25,וַיְנַהֲגֵהוּ & duxit eũ in grauitatem.i. locum grauiũ,hoc eſt in profundum. Nomé,2.Reg. 9.20,וְהַמִּנְהָג כְּמִנְהַג יֵהוּא & ductus,ſicut ductus Iehú.

נהל Eſt נָהַג,Ducere.In pihél, Exo.15.13,נֵהַלְתָּ duxiſti. Ieſa.40.11,עָלוֹת יְנַהֵל fœtas ducet.Pſal.23.2,ad aquas requierũ יְנַהֲלֵנִי ducet me.i.quũ voluerit paſtor potú mihi præbere,ducet me ad aquas quæ vadũt quiete, nõ vt torrẽs inundans. Gene. 47.17,וַיְנַהֲלֵם & duxit eos pro pane.ita Hebræi doctores. Tharghú, וְזַבִּנִינוּן Et emit eos pane.2.Para.32.22,וַיְנַהֲלֵם & duxit eos de circuitu.miſericordiâ ſcilicet ſuâ, ne pauerẽt ab omnibus qui erãt in circuitu eorũ.Pſa.31.4, propter nomẽ tuũ duces me וּתְנַהֲלֵנִי & deduces me.R.Abra.in cõm.dixit duces me, propter difficultaté aſcenſus in monté.& deduces me, pedetẽtim.R.Himmanuél, duces me per viã planam, & deduces me pedetentim. Nomen,נַהֲלוֹל,Genus ar-

boris humilis, vilísque. Iesa. 7.19. Vide הָלַל, in qua radice ponitur secundum R. Ioséph in alia significatione.

נָהַם Est שָׁאַג, Rugire. Prouer. 5.11, וְנָהַמְתָּ & rugias in nouissimo tuo. Iesah. 5.29, וְיִנְהֹם & rugiet, & capiet prædam. Nomen, נְהָמָה, Rugitus. Iesah. 5.30, וְיִנְהֹם & rugiet super eũ in die illa כְּנַהֲמַת יָם secundum rugitũ maris. Psal. 38.9, מִנַּהֲמַת לִבִּי à gemitu cordis mei.

נָהַק Est הָמָה, Tumultũ, strepitũq; facere, Sonare, resonare: & צָעַק, Clamare. Iiób 6.5, הֲיִנְהַק nunquid tumultũ faciet (aut clamabit) onager &c. Et 30.7, & inter arbusta יִנְהָקוּ clamabũt. pro clamabãt. R. Leui, Inter arbores clamabunt præ inopia cibi, fame & nuditate.

נָהַר Currere pro voluntate, seu beneplacito, & libere. Illuminare. Iesah. 2.2, וְנָהֲרוּ & cõfluent ad eũ. R. Abrahám currẽt, à נָהָר quod est flumẽ, propter illius cursum. sic etiã R. D. in lib. ra. & in cõment. Vnde & locus cursus aquarũ multarũ, appellatur נָהָר fluuius. Psa. 34.6, aspexerũt, (pro aspiciẽt,) וְנָהָרוּ & illuminabuntur. R. Abrahám & R. D, Sũt tamẽ (inquiunt) qui exponũt, & confluent, aut current: sub. ad eũ. R. Himmanuél vtroque modo exponit. Iesah. 60.5, tũc videbis וְנָהַרְתְּ & illuminaberis. R. Abrahám, & curres. Nomen, נָהָר, Fluuius. Psal. 66.6, בַּנָּהָר in flumine. Plurale, Iesa. 18.2, נְהָרִים flumina. Duale, Gen. 24.10, & iuit in אֲרַם נַהֲרַיִם Arám duorũ fluuiorũ. i. sitam inter duo flumina, nẽpe Euphraten & Tigrim. Græce, Mesopotamiã. Iiób 20.17, nõ videat riuulos נַהֲרֵי flumina, torrẽtes mellis. i. flumina mellis, torrentésque mellis. Est enim in regimine. Forma fœminea, Iesah. 19.6, Et elongare fecerũt נְהָרוֹת flumina. Psa. 137.1, super נַהֲרוֹת בָּבֶל flumina Babél. Ieche. 32.14, וְנַהֲרוֹתָם & flumina eorũ. Aliud, נְהָרָה, Lux.

Iiób 3.3, Et ne ſplendeat ſuper eú נְהָרָה lux. Tharghum pro אור,Gen.1.3,ſit אוֹר lux: habet נְהוֹרָא. Et præpoſito מ, Iudi.6.2, Fecerunt ſibi filii Iſraël הַמִּנְהָרוֹת ſpeluncas. antra,ſic appellata propter feneſtrá per quá ingreditur lumé,quemadmodú vocatur מְאוּרַת,Ieſa.11.8.Vide אור.

נוא Vnde הֵנִיא in hifhíl,Frangere,infringere verba, cogitationéſq;, & illa facere irrita.Num.30.6,Et ſi הֵנִיא irrita fecerit (.i.nő ratú eſſe voluerit) pater eius illud.Pſal.33.10,הֵנִיא מַחְשְׁבוֹת עַמִּים irrita fecit(infregit)cogitationes populorű.Et 141.5,& oleum(ſeu vnguentű) præcipuum ne יָנִי רֹאשִׁי frangat caput meum.Scribitur abſque א. R.Abra.etiã exponit יְשַׁבֵּר frangat. Teſtatur autem hoc,illud quod ſequitur,Et oratio mea propter mala eorű.Vel,vt à malis eorum,ſub.eripiar.Vel,vt veniat ſuper eos malű.Mos enim vnguẽti eſt,capitis remouere fracturã:propterea fuit oppoſitum.Et dixit יָנִי cőtra illud quod dixerat,Frangat (percutiat)me iuſtus in miſericordia.R.D.in cőment. Ipſa percuſſio nő frãget caput meum:ſed reputabitur vt vnguentű optimű quo vngitur plaga.At R.Ioſéph de impiis ſcriptum eſſe putat.Dixit,Percuſſio & correctio iuſti,bona eſt mihi,& mecum miſericordiá facit.Cæterű ſi impius oleo præcipuo vnxerit caput meű,clamabo,ac dicã, Ne frãgat caput meum.Num.32.9,וַיָּנִיאוּ אֶת־לֵב & fregerűt cor filiorum Iſraél. Nomé,תְּנוּאָה,Cőtritio,fractio.Num. 14.34, Et cognoſcetis אֶת־תְּנוּאָתִי fracturã (contritioné) meam.Tharghum,Et cognoſcetis quòd murmuraſtis aduerſum me. Iiób 33. 10, תְּנוּאוֹת occaſiones aduerſum me inuenit.vt ſcilicet moueat me ſtatu meo.ita R.Moſéh & R. Abrahám Peruſól. Tharghű, תַּרְעוּמְתָא querelas.murmurationes. Occaſiones, & mendacia dicűtur

תְּנוּאוֹת quia ſunt irrita,& non veritas.

נוב Germinare, fructificare, augeſcere, creſcere. Significatio eius(inquit R.D.in lib.rad.)eſt exitus fructuum herbarúmque, & incrementũ vtrorunque. Loqui item,& Lætari. In Cal,Pſal.62.11, Ne euaneſcatis ſi ſubſtãtia יָנוּב creſcat. R.Abrahám,multiplicetur. Prouer.10.31,Os iuſti יָנוּב חָכְמָה loquetur ſapientiã. Trãſlatio à fructibus.nã ſermo eſt fructus linguæ. Pſal.92.14,adhuc יְנוּבוּן creſcẽt (multiplicabuntur)in ſenectute.Et Zecha.9.17,quæ bonitas eius?& quid pulchritudo eius?frumentũ, iuuenes: & vinum nouũ יְנוֹבֵב creſcere faciens virgines.Dixit,Quid bonũ?Frumentum, & vinũ quod creſcere facit iuuenes, & virgines,tẽpore quo poſtulant à Domino pluuiã,vnicuique herbæ in agro. Idcirco auxilio Dei multiplicatur frumentũ , & vinũ nouum,& bonitate illius erũt iuuenes,virginéſque decori fortéſque. ſic exponit R.Ioséph pater R.D. Et eſt verbũ quadratum vt כּוֹנֵן,& tranſitiuũ in tertium,ſecũdũ R.Abrahám.Ipſe vero R.D.in li.ra. ſic,frumentũ, & vinum lætificabit iuuenes,ac virgines,& loqui(.i.cãtare)faciet eos cantica laudéſque:quia comedẽt ac bibent,& lætabuntur in die ſalutis. Nomẽ,Ieſah.27.6, Et implebunt ſuperficiẽ orbis תְּנוּבָה germine. Deficit ב.Vel fructu,vt R.Abra.in cõmen.Tharghũ,Filiis(vel filii) filiorũ.Secũdum R.D.deficit כ, ſicut germen aut fructus.Iudic.9.11,וְאֶת תְּנוּבָתִי & fructum meũ.Thre.4.9, tranſfixi מִתְּנוּבוֹת propter fructus agrorum. Vide זוב.

Alia forma,ניב. Ieſah.57.19, Creans נִיב fructũ labiorum. vel ſermonẽ qui eſt fructus linguæ. ſic etiã R.Abrahã.Malachi 1.12,וְנִיבוֹ & fructus eius contẽptibilis.i. ſermo eius ſacerdotis qui offert.Et in cõment. inquit, fructus autem altaris,ignis eſt:cibúſque ignis,hoſtiæ.

נוד Mouere, Migrare, demigrare, vagari, Cósolari lugenté, & narrare illi afflictiones quæ similiter cótigerút nobis, aut aliis, vt mos est cósolantium lugentes. Gen. 4.13, נָע וָנָד vagus, & mobilis. R. Abrahám dicit quosdá interpretari, & lamētabatur. Irme. 50.3, נָדוּ, moti sunt. emigrarunt. Et 8, נֻדוּ, migrate. Psa. 11.1, נוּדוּ הַרְכֶם צִפּוֹר, Scribitur cum ו, & legitur cum י, quia duplex est lectio, נוּדִי transmigra, & נוּדוּ transmigrate. In צִפּוֹר deficit כ, ait R. Abrahá, & R.D. sicut & Iesa. 21.8, Et clamabit אַרְיֵה עַל־מִצְפֶּה (sicut) leo super custodiá. Dominus enim erat qui clamabat. Et testis est מִצְפֶּה quod est cum seghól, quia nó est in regimine. Est auté sensus, Quomodo dicitis, ô inimici impii, animæ meæ, נוּדִי tráſmigra à teipsa in mótem nostrú? quia tu es sicut auis, (Lectio est נוּדִי transmigra, pro tráſmigrabis) & peribis cú corpore ob ĩpietaté. Scriptura est נוּדוּ tráſmigrate: sub. ô anima & corpus. Quomodo dicitis vt migret à móte vestro, quæ venit vt euadat in monté vestrum? הַרְכֶם enim est sicut מֵהַרְכֶם à monte vestro. Et sic 2. Semu. 23.24, Elchanán filius patrui eius (de) Bethlechém. Et Iehos. 10.13, Donec vlcisceretur se gẽs אֹיְבָיו. pro מֵאֹיְבָיו de inimicis suis. Psal. 69.21, Et expectaui לָנוּד vt consolaretur, & non fuit. Vel, vt condolerem. i. aliquem cum quo dolerem. Iesa. 51.19, מִי יָנוּד לָךְ quis condolebit tibi? vel consolabitur te? 1. Reg. 14.15, vt יָנוּד mouebitur (pro mouetur, aut mouet se) arundo in aqua. Et in hisphil, 2. Reg. 21.8, Et non addá לְהָנִיד רֶגֶל יִשְׂרָאֵל vt mouere (emigrare) faciá pedem Israél. 2. Semu. 23.6, sicut spina מֻנָד mota. Et in hithpahál, Irme. 31.18, audiui אֶפְרַיִם מִתְנוֹדֵד Ephráim plangentem. q.d. narrantem alii quæ sibi acciderút. Iesa. 24.20, וְהִתְנוֹדְדָה כַּמְּלוּנָה & monebit se

ſicut tuguriū. Irme.48.27, כִּי־מִדֵּי דְבָרֶיךָ בּוֹ תִּתְנוֹדָד quia ex quo allocutus es eū, mouiſti te. vt ſcilicet homo moués ſe & tripudiás propter lætitiā. Nomen, Gen.4.18, Et habitauit in terra נוֹד Nod. quod ſignificat cōmotionem & demigrationé. Tharghū, in terra דְנוֹד Nod. Alii tamen codices habent גָּלֵי וּמְטַלְטַל migrans, & emigrans. R. Selomóh, in terra Nód, ad quá demigrabant profugi, quó & pater eius demigrauerat, quū è paradiſo Héden fuit eiectus. dictū eſt enim, Et collocauit ante hortū Héden, Gene.3.24. Vel, in terra Nod, inquit: quia quocunque ibat, terra ſubter illū mouebatur: dicebántque creaturæ, Recedite: hic eſt qui fratré ſuum occîdit. R. Abrahám, Appellauit eam Nod, quia fuerat vagus, migrans, ſiue exul. Pſal.56.9, נֹדִי motioné (demigrationé) meam numeraſti. Et præpoſito מ, Pſal.44.15, מְנוֹד cómotionem capitis. Alia forma, ניד. Iiób 16.5, וְנִיד & motioné labiorum, &c. Et cū ה in fine, Thre.1.8, לְנִידָה in cōmotionem. Aliud, נֵד, Aceruus, cumulus. require in נֵד. Aliud cū א loco ו, נאד, Vter vtris. Iudic.4.19, Et aperuit אֶת־נֹאוד vtrē lactis. Pſal.56.9, Pone lachrymam meam בְנֹאדֶךָ in vtre tuo. Iehoſ.9.4, וְנֹאדוֹת יַיִן & vtres vini.

נוה Eſt שָׁכַן, Habitare. Chab.2.5, Et nō יִנְוֶה habitabit. ſub. in habitaculo. ſic etiā R. Abrahā in cōment. Et in hifhíl, Exo.15.2, וְאַנְוֵהוּ & habitaculum faciā ei. Tharghú, Et ædificabo ei ſanctuariū. Hinc eſt & נָוֶה, Habitaculū hominū & animaliū. Ieſah.27.10, נָוֶה מְשֻׁלָּח habitaculū dimiſſum eſt. Ieche.34.14, Ibi cubabūt בְּנָוֶה טוֹב in tugurio bono. aut caula bona. aut paſcuo bono. Irme.31.23, נְוֵה־צֶדֶק habitaculum iuſtitiæ. Ieſa.32.17, בִּנְוֵה in habitaculo pacis. Et 35.7, בִּנְוֵה in habitaculo draco-

num. Iiób 5.23, נָוְךָ habitaculú tuú. Irme. 49.20, נְוֵיהֶם habitacula eorú. Tóar fœmineű mulieris manẽtis iugiter in domo. Irme. 6.2, הַנָּוָה mulieri iugiter habitanti domi, & delicatæ. Pſal. 68.13, וּנְוַת & inhabitatrix domus diuidet ſpoliű. pro ſpolia. Tharghú, יַאֲוַת pulchritudini. R. Abrahám in cõmen. exponit, Et cõgregatio quæ remanſit in Ieruſaláim, quæ non eſt ad bellum egreſſa, diuidet ſpolia. Et R.D. in cóment. Et congregatio domus meæ. i. cógregatio Iſraél, quæ eſt congregatio Domini, & habitaculũ eius, diuidet ſpolia inimicorũ. Iiób 8. 6, Et pacificá reddet נְוַת domũ (ſeu habitaculũ) iuſtitiæ tuæ. R. Moſéh in cóment. Et reſtituet habitaculum iuſtitiæ tuæ. i. filios, opes, & facultates in habitaculo iuſtitiæ quæ erit tibi, eo quòd periit habitaculum prius in quo fuerunt peccatores. R. Abrahám Peruſól, Et pacificũ reddet habitaculum, ſi fuerit in iuſtitia, ſanabit te, & in pace requieſces. Sephan. 2.6, נְוֹת habitacula. Et cũ א loco ו, Pſal. 65.12, Stillabunt נְאוֹת מִדְבָּר in cãpeſtribus (vel paſcuis) deſerti. R. Abrahám, in tuguriis deſerti. Paſtorú enim tabernacula ſunt in deſerto, ait R.D. in lib. rad. Et in cóment. Stillabũt (ſub. nubes) pluuiá in paſcuis deſerti, vt ſit animalibus cibus, & potus. Et 23.2, בִּנְאוֹת in paſcuis germinis accubare faciet me. i. in locis vbi ſunt germina, aut teneræ herbæ. Vel, in habitaculis, aut tuguriis accubare faciet me in meridie, quando cubare ſolent pecudes.

נוּחַ Quieſcere, requieſcere. Iiób 3.25, Et nõ נַחְתִּי quieui. 2. Semu. 17.12, וְנַחְנוּ & requieſcemus ſuper illũ ſicut cadit ros ſuper terram. Alii, caſtrametabimur aduerſus eú. Macór pro præterito, Eſtér 9.16, Et reſiduũ, &c. וְנוֹחַ & quieſcere (pro quieuerunt) ab inimicis ſuis.

Vel ו ponitur pro vt, vt ſit, vt quieſcerent. Nechem. 9. 28, וּכְנוֹחַ & quũ requiem præſtaret illi. Chabac. 3. 16, Vt אָנוּחַ requieſcã. 1. Semu. 25. 9, Et venerũt pueri (.i. ſerui,) &c. וַיָּנוּחוּ & quieuerunt. quia ſcilicet erant feſſi ex itinere. Et narrauit hoc, vt innueret nõ quieuiſſe eos donec locuti eſſent ei verba nomine Dauid. Tharghũ, & ceſſauerũt. ſub. loqui vltrà, donec eius audirẽt reſponſionem. Et in hifhı́l, Iehoſ. 22. 4, הֵנִיחַ requiẽ præſtitit. Iechez. 16. 41, וַהֲנִחֹתִי & requieſcere feci. Et cum י & ו, 1. Paral. 22. 9, וַהֲנִיחוֹתִי. Et cum י ſine ו, 2. Semu. 7. 11, וַהֲנִיחֹתִי. Deuter. 25. 19, בְּהָנִיחַ quũ requiem dederit. Prouerb. 29. 17, וִינִיחֶךָ & requieſcere faciet te. Nomẽ, præpoſito מ, מָנוֹחַ, Requies. 1. Paral. 6. 31, מִמָּנוֹחַ à requie arcæ. i. à tempore quo arca requieuit. Plurale cũ ſúrec loco chólem, Pſal. 116. 7, Conuertere anima mea לִמְנוּחָיְכִי ad requies tuas. Alia forma, Gene. 49. 15, Et vidit מְנֻחָה requiem. Irme. 51. 58, Et Seraiáh princeps מְנוּחָה requiei. Sunt qui dicunt fuiſſe amicũ regis, qui erat cum rege tempore quietis ſuæ, vt lateri eius adhæreret, ſpatiaretúrque cũ illo, & recrearetur. Tharghum verò exponit acſi dicat, מִנְחָה muneris. pro munerum. ſic enim habet, princeps תּוּקְרְבָא oblationis. aut muneris. Priorẽ expoſitionẽ ſequitur R. D. in cõment. Ieſah. 11. 10, מְנֻחָתוֹ requies eius. Et 66. 1, Et quis locus (pro) מְנוּחָתִי requie mea? aut, ad requiẽ meam? Nam מָקוֹם non eſt in regimine: ideo opus eſt ſubaudire ל deſeruiens. Pſal. 23. 2, iuxta aquas מְנוּחוֹת requierũ. Alia forma, נוֹחַ aut נֹחַ. 2. Parali. 6. 41, לְנוּחֶךָ in requiem tuã. Alia item, נַחַת. Eccleſi. 4. 6, נַחַת cum requie. Et geminato ח, נִיחוֹחַ inſtar נִיצוֹץ à נוץ. Exod. 29. 18, רֵיחַ נִיחוֹחַ in odorem quietis. quia ſcilicet ſit voluntas mea, ait R. Selomóh in cõmen. Et 25, לְרֵיחַ נִיחוֹחַ in odorem

rem quietis. Tharghum, לְאִתְקַבָּלָא בְּרַעֲוָא vt ſuſcipiatur cum beneplacito. vel beneuolentia. Gene. 8. 21, Et odoratus eſt Dominus odorẽ הַנִּיחוֹחַ quietis. Tharghum, Et ſuſcepit Dominus cũ beneplacito oblationem eius. R. Abrahám in cõmen. Abſit, abſit vt Deus odoretur: ſed eſt ſenſus, quòd ſuſcepit holocauſtũ, & placuit in oculis eius, ſicut homo qui odoratur odorẽ bonũ, ac ſuauem. & נִיחוֹחַ eſt מְנוּחָה quies, requies, à נוּחַ geminato ח, ſicut geminatur פ in נַאֲפוּפִים à נַאַף. Et dicitur odor quietis, quia requieſcere faciebat ab ira, aut quia quieſcere faciebat potentiã Altiſſimi. Nume. 28. 2, Odorem נִיחֹחִי quietis meæ obſeruabitis. Iechez. 20. 28, odorẽ נִיחוֹחֵיהֶם quietũ eorũ. Alia forma, הֲנָחָה. Eſtér 2. 18, וַהֲנָחָה & requiem prouinciis fecit. Prius ה, eſt nominis cõſtitutiuum. Omnia prædicta ſignificant requiem, aut quietẽ vel ab opere, vel à negotiis, vel à laboribus, & afflictionibus: ſiue cum locatur res in loco in quo eſſe debet.

נוט Eſt מוט, Nutare, labi, ruere, cadere, declinare. Pſa. 99. 1, תָּנוּט nutabit terra. Alibi non inuenitur.

נום Dormitare, ſiue paululũ dormire. Pſal. 76. 6, נָמוּ שְׁנָתָם dormitauerunt ſomnũ ſuum. Ieſah. 56. 10, Amantes לָנוּם dormitare. Pſal. 121. 3, Non יָנוּם dormitabit. Nomen, præpoſito ת, Pſal. 132. 4, Palpebris meis תְּנוּמָה dormitationẽ. Prouer. 6. 9, Parũ תְּנוּמוֹת dormitationum. Alia forma, Prouerb. 23. 21, נוּמָה dormitatio.

נוס Fugere. Deuter. 34. 7, Et non נָס fugit viror eius. Dixit per tranſlationẽ, quòd nõ fugerit, ſiue abierit viror, aut humor eius. R. Ioſéph in libro captiuitatis exponit, Non aruit: ex lingua Harabica in qua נס dicitur ſiccus. & pulchra eſt eius expoſitio. quænam eſt enim cõuentio fugæ ad viriditatẽ & humorẽ? R. Abra-

hám in cōment.exponit;non retraxit ſe.dicit enim נַס eſſe oppoſitū (quãtum ad ſenſum) verbo מָתַח quod eſt trahere,protrahere.2.Reg.9.3,וְנַסְתָּה & fugies. Zech.14 5,וְנַסְתֶּם גֵיא & fugietis ad vallē montiū,quia pertinget vallis montiū ad Aſál,וְנַסְתֶּם & fugietis,quēadmodum נַסְתֶּם fugiſtis à facie tonitrui in diebus Huzziáh regis. Et וְנַסְתֶּם(inquit R.D.in lib.ra.)legimus ſicut וְשַׁבְתֶּם & וְקַמְתֶּם. ſed Tharghū legit acſi eſſet nifhál,וְנִסְתַּם à סָתַם, claudere.i.& claudetur vallis. (& ita ſcribitur in margine.) Sic enim habet,וְיִסְתְּתִים חֵילָא quod idē ſignificat. Idem in cōment. Quando ſcindetur mons, fugietis à facie ſonitus tonitrui,fugietíſque ad vallem montiū: quia pertinget vallis montiū quæ fiet in ſciſſura ipſa, ad locū Aſál.acſi dicat,extra mōtes erit exciſio ipſa vſque ad Aſál,& fugietis illuc putátes liberari extra mōtes, & inuenietis ibi ſimiliter vallē, & fugietis quēadmodum fugiſtis. i.quēadmodum fugerunt patres veſtri à facie terræmotus.Dixerunt enim,illud quod dixit Ieſah.6.4,Et mouerunt ſe ſuperliminaria cardinū: tunc fuiſſe,ſcilicet terræmotū. Irme.48.19, Interroga נָס fugientē.Nume.35.6,לָנֻס vt fugiat. Geneſ.19.19,לָנוּס ad fugiendum.Irme.49.8,נֻסוּ fugite.Exod.14.25,אָנוּסָה fugiam.Ieſah.30.16,Et dixiſtis,non:ſed ſuper equū נָנוּס fugiemus.Ideo תְּנוּסוּן fugietis. Hunc locū R.Ionáh ſic exponit, Super equū aſcendemus, iuxta illud Zechar. 9.16,מִתְנוֹסְסוֹת eleuabant ſe(aſcendebant) ſuper terram ſuam.At non eſt opus vt educatur à propria ſignificātia,quæ eſt,ſuper equū fugiemus.acſi dicat,Iá dixi vobis quòd in medio terræ veſtræ ſeruabimini , ſaluíque eritis ab inimicis,ſi mihi obtēperaueritis.Verū obtemperare renuiſtis, dixiſtíſque, Nequaquā: ſed ſi venerit

inimicus, fugiemus ad Assúr, & AEgyptũ pro auxilio: idcirco secundũ verba vestra fugietis huc atque illuc, vt ab inimico liberemini, quũ venerit in terrã vestrã, at non seruabimini in ipsa fuga, quẽadmodum putastis: sed vos inimici vestri attingent, atque capient. Et hoc est quod dixit, Propterea leues, velocésque erunt persecutores vestri. Irme. 50.16, יָנוּסוּ fugient. Illud autẽ Nume. 35.32, Nõ accipietis redemptionẽ (vel pretium) לָנוּס ad fugiẽdum in ciuitatem refugii sui. i. ab illo cui est fugiendũ, non accipietis pretium, vt reuertatur ad habitandũ in terra, donec moriatur sacerdos magnus. acsi dicat, Non accipietis ab illo mercedem, vt fugiat, sed fugiat ad ciuitatẽ refugii sui secũdum iudicium, & morẽ errantis. Et si fugerit illuc, non accipietis ab illo mercedẽ vt reuertatur ad habitandum in terra, donec fuerit mortuus sacerdos magnus. R. Selomóh scribit esse nomen tóar. acsi dicat, Ab illo qui fugit ad ciuitatem refugii sui, non accipietis pretiũ vt reuertatur ad habitandum, &c. Et pulchra est expositio. Et in hifhíl, Exo. 9.20, הֵנִיס אֶת־עֲבָדָיו fugere fecit seruos suos. Iudic. 6.11, לְהָנִיס vt fugere faceret à facie Midián. id est, vt fugere faceret patrẽ suum senem in domũ suam, qui frumenta excutiebat, quia nõ potuisset fugere à facie Midián. Iudic. 7.21, וַיָּנִיסוּ & fugauerunt. vel fugerũt. Est enim duplex lectio, וַיָּנִיסוּ & fugauerũt, & וַיָּנוּסוּ & fugerunt. Nomẽ, præposito ם, מָנוֹס, Fuga. Irm. 46.5, וּמָנוֹס נָסוּ & fuga fugerunt. Et cũ pronomine, chólem mutatur in súrec, 2. Semu. 22.3, וּמְנוּסִי & refugiũ meum. Et cum ה fœmineo, Iesah. 52.12, וּבִמְנוּסָה & cum fuga non ibitis. Leuit. 26.36, Et fugient מְנֻסַת־חֶרֶב fugam gladii. Psal. 142.5, periit מָנוֹס fuga à me.

נוע Mouere, vagari. Iesa.29.9, נָעוּ moti sunt, (aut mo uerunt se,) & non sechár. Prouer.5.6, נָעוּ mobiles fuerunt semitæ illius, & nescies. Gen.4.13, נָע vagus, mobilis, & profugus. 1.Sem.1.13, labia eius נָעוֹת mouebãtur. Iesa.24.20, נוֹעַ תָּנוּעַ mouẽdo mouebitur (mouebit se) terra. Iudic.9.9, לָנוּעַ vt promoueat super ligna. Iesah.7.2, וַיָּנַע לְבָבוֹ & motũ est cor eius.i.& expauit. Est ex cal, & נ cũ pathách propter ע, inquit R.D. in commẽt. Et in nifhál, Hamós 9.9, vt יִנּוֹעַ mouebitur (pro mouetur, cõcutitur) in cribro. sub. triticum. Nachum 3.12, Si יִנּוֹעוּ concussæ fuerint, cadent. Et in hifhíl, 2. Reg.18.34, Vbi sunt dii Sepharuáim? הֵנַע וְעִוָּה mouit, & peruertit (aut subuertit) sub. eos omnes è terra, secundum R.D. in lib.ra.& cõment. & ita Tharghũ, in quo sic legitur, הֲלָא טַלְטִילִנּוּן וְאַגְלִיאִנּוּן nónne emigrare fecit eos, & captiuos ducere fecit eos? Ipse verò dicit nomina esse prouinciarũ, vel deorũ aliorũ. Psal.59.12, הֲנִיעֵמוֹ cõmoue eos fortitudine tua. Iiób 16.5, וְאָנִיעָה & mouerem super vos caput meũ. 2.Semu.15.19, Et hodie אֲנוֹעֲךָ mouebo (demigrare faciã) te nobiscũ. Scribitur cũ ו, & legitur cũ י, & idẽ est sensus: nisi quòd cũ ו est ex cal, & cũ י est ex hifhíl, ait R.D. in cõment. Hinc nomen instrumenti musici quod quidam sistrũ vertunt. 2.Semu.6.5, in tympanis וּבִמְנַעַנְעִים & in sistris. Hoc tamen apud AEgyptios vocẽ tubæ exhibebat. Est autem nomen geminans primã & vltimam literã radicalem: & ע est cum pathách ad dilatandum. & est appellatum à mouendo, quòd moueret corpus, & subsiliret.

נוף Effundere, aspergere, Stillare, Suffire, Leuare, eleuare, Cribrare, Concutere. Proue.7.17, נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי suffiui cubile meũ myrrha, &c. Tharghũ, רַסִּית stillare feci &c. Et in hifhíl, Exo.35.22, הֵנִיף תְּנוּפַת זָהָב לַיהוָה ele

uauit eleuationẽ auri Domino.i.obtulit oblationẽ. Di cunt doctores Hebræorũ, in sacrificiis duplicem fuisse eleuationẽ. Prior sursum fiebat, ac deorsum: & dicitur תְּרוּמָה. altera, antrorsum, & retrorsum, dextrorsum, & sinistrorsum, & dicebatur תְּנוּפָה. Iesah.11.15, וְהֵנִיף & eleuabit manum suã. Leuit.7.29, לְהָנִיף ad eleuandũ. Iesah. 30.27, לַהֲנָפָה גוֹיִם בְּנָפַת שָׁוְא ad cribrãdum gẽtes cribro vanitatis. vel mendacii. Est cũ ה redundãte, quanquã possit esse & nomen, ait R.D. in lib. ra. & cõment. & לַהֲנָפָה est sicut לְהָנִיף. q.d. spiritus eius veniet ad cribrãdum gẽtes, quæ sunt in castris Assúr, cribro vanitatis. Cribrũ fit ad purgandũ frumentũ à palea: sed hoc cribrũ quo cribrabit Deus gentes, erit cribrũ vanitatis, quia nõ remanebit in illo quicquã, sed omnia ibunt in perditionẽ. R. Abrahám in cõment. Multi expositores dicũt לַהֲנָפָה esse sicut לְהָנִיף. At R. Mosch dixit esse nomen sicut & רֶסֶן, quod mox sequitur: & esse sicut קֶשֶׁר. Iesa.13.2, הָנִיפוּ יָד eleuate manũ. Leuit.23.11, יְנִיפֶנּוּ eleuabit illum sacerdos. Psal.68.10, Pluuiã liberalitatũ תָּנִיף: id est תַּזִּיל וְתַטִּיף fluere & stillare facies, pro stillare fecisti. acsi dicat, Super inimicos stillabis guttas iræ, furorísque: sed super Israél qui est hæreditas tua, stillabis pluuiã copiosam. R. Himmanuél, Nõ imbrẽ, (ait) sed pluuiã voluntatũ.i. quã tua voluntate stillare fecisti ob necessitatẽ tẽporis quando lex dabatur super Israél hæreditatẽ tuã. Et in pohél, Iesah.10.32, יְנֹפֵף יָדוֹ, Eleuabit (vel agitabit, aut mouebit) manũ suam mons filiæ Siión &c. iuxta illud 2. Reg.19.21, post te caput mouit filia Ierusaláim. Nã flocifaciẽs quippiam, eleuat, mouétque manũ suam & caput: & sic qui vocat quempiã, eleuat manũ suam vt ad se veniat. Et iuxta hoc, dictũ est Iesah.19.16, In die illa

erit AEgyptus ſicut mulieres, & pauebit formidabitque à facie תְנוּפַת eleuationis manus Domini exercituum, quã ipſe מֵנִיף eleuat ſuper eum. Acſi dicat, Quã ipſe eleuat, vt pugnet cum illo, adducátque contra illũ bellatores. Et ſic 13.2, הָנִיפוּ eleuate manũ, & ingrediantur portas duces. Quod R.D. in cómen. ſic exponit, Dixit metaphorice, ſuper montẽ excelſũ eleuate vexillũ, exaltate vocẽ ad eos, eleuate ad eos manũ vt cito veniãt ad Babél, vt perdant eã, ſub. Medi ac Perſæ. Et eleuatio manus eſt vt quũ quiſpiã vocans aliquem, qui propter diſtantiam non poteſt audire, manum eleuat, innuens vt veniat. Nomen, תְּנוּפָה, Eleuatio: vt paulo antè, Ieſa.19.16. & Leuit.14.21, לִתְנוּפָה ad eleuationem. Aliud, נֹפֶת, inſtar בֹּשֶׁת à בּוּשׁ, Stillatio & fluxus faui, quum ſtillat mel, atque fluit: & quum nõ iungitur ei צוּף fauus, aut בֶּשֶׂם aroma, eſt defectiuum, niſi intelligatur ex loco alio ſibi coniuncto. Prouerb.5.3, quia נֹפֶת ſtillationem (.ſub. mellis, aut faui, aut aromatis) ſtillabunt labia extraneæ. Pſa.19.10, dulciora mellé, וְנֹפֶת צוּפִים & ſtillatione fauorum. vel, & ſtillatione (ſcilicet faui, aut aromatis, &) placẽtis melle cõfectis. & ſic deficit i. צוּפִים enĩ ſũt placẽtæ mellis, vt Prou.16.24, צוּף־דְּבַשׁ placẽta mellis. R. verò Selomóh reſumẽdũ ſcribit, & dulciora placentis mellis. Hinc eſt & נָפָה, Cribrũ, incerniculũ. Et in regimine, נָפַת, Vide ſuprà in hifhíl, Ieſa.30.28. Hinc & נוֹף, quod eſt מָחוֹז & פֶּלֶךְ, Prouincia, regio, terminus: & ſecundum R. Ioſéph, clima. Pſal.48.2, יְפֵה־נוֹף מְשׂוֹשׂ כָּל־הָאָרֶץ pulcher termino, (aut regione, climate,) gaudiũ vniuerſæ terræ. R. Ioſéph, Creator excelſus mundũ creans, diuiſit illum in ſeptẽ partes, quæ vocantur Harabicè אַקְלִימִים, & in lingua Sãcta נוֹפוֹת. Quodlibet autẽ clima, proprium habet aerẽ. Et qui egreditur de proprio

climate,& alterum ingreditur, vtplurimũ ægrotat ob aeris proprii temperati mutationem. At Ierusaláim in pulcherrimo est climatũ: infirmus qui ingrediebatur illam ex aliis climatibus, sanus, & perfectus fiebat: quia aer ille erat tẽperatus, & optimus. Et hoc est quod dixit, Gaudiũ vniuersæ terræ. Et sic dictũ est de illa, Et nõ dicat habitator (sub. Ierusaláim,) AEgrotaui. R. Himmanuél dicit, terram Israél in vniuersali, esse habitaculum electum præ omnibus locis terræ. Et נוף est עָנָף ramus: acsi terra habitata (.i. orbis) esset instar arboris: & loca particularia essent rami arboris. Rami autem arboris, (vt notũ est,) nõ sunt æquales: & propterea dixit quòd terra Israél est ramus pulcher. acsi dicat, locus electus præ aliis locis orbis. R. Abrahám in cõment. dicit hanc opinionẽ non habere rationẽ, dicens נוף esse מָחוֹז terminũ. Alia forma. 1. Reg. 4. 9, Filius Abinadáb omnis נָפַת prouincia (aut regio, & terminus) Dor. & sic habet Tharghum. Ieho, 17. 11, Et habitatores Meghidó, & villæ eius, tres הַנָּפֶת termini. siue regiones. Vnde & Tharghum habet, tres פִּילְכִין.

נוץ Florere. In hifhíl, Canti. 6. 9, an floruerit vitis, הֵנֵצוּ floruerint malogranata. Et cũ א quiescẽte vice י, aut certe redundante, Eccles. 12. 5, וְיָנֵאץ הַשָּׁקֵד & florebit amygdalus. R. Abrahám in commen. dicit nonnullos scripsisse וְיָנֵאץ esse à נִצָּה flos, Gen. 40. 10, נִצָּהּ flos eius. acsi dicat, Et incanescet vt flos albus. Alios, הַשָּׁקֵד esse membrũ virile: cuius canities est post canitiẽ capitis & barbæ. atque ita וְיָנֵאץ erit sicut illud Thren. 2. 6, וַיִּנְאַץ & reprobauit (flocifecit) in ira furoris sui regẽ, & sacerdotem: hoc sensu, & reprobabit coitũ ob multam debilitatẽ. quemadmodum dixit postea, Et dissipabitur

voluptas. Doctores Hebræorũ(ait R.D.in cõmẽt.)exponũt הַשָּׁקֵר esse קְלִיבֹּסֶת partẽ coxæ, quæ vulgo dicitur *bãcba*. Et ita וְיִנָּאֵץ est וְיִתְגַּדֵּל & crescet: quia illud os quod est supra nates, crescet: & per hoc ostenditur tẽpore senectutis macrescere, & attenuari carnem, & virorẽ desiccari. הַשָּׁקֵר est arbor amygdalarum: acsi dicat, contrahetur, & festinabit senectus sicut amygdalus floret ante alias arbores. Nomen, Iesa.18.5, Et vua eius maturuerit, erit נִצָּה flos. ה non habet mappic, signũ pronominis fœmineũ. Gen.40.10, עָלְתָה נִצָּהּ ascẽdit flos eius. ה est cũ mappic, cuius singulare est נֵץ, vel נִצָּה cũ ה, & secũdum normã debuerat esse נִצָּתָהּ, sicut Prou.7.8, פִּנָּהּ pro פִּנָּתָהּ. quod rectũ est propter עָלְתָה fœmineũ. Cũ נ redundãte, Cãt.2.11, הַנִּצָּנִים flores. & daghés in omnibus prædictis est loco ו literæ quiescẽtis. Aliud geminatũ, נִיצוֹץ, instar נִיחוֹחַ à נוּחַ, Scintilla. Iesa.1.31, & opus eius לְנִיצוֹץ in scintillã. R.D. in cõment. exponit, Dixit, Et operãs illã, scilicet imaginem: in scintillã. quia faciens illã, est causa combustionis illius. Vt scintilla ignis comburit stuppã: & quum scintilla apprehẽderit stuppam, breui admodũ tempore cũ stuppa extinguitur (quia scintilla non est ignis permanens nisi paruo tẽpore: stuppa itidem ardens, breui ardet tẽpore, & extinguitur) sic erũt imaginum, sculptiliũmque factores, quia pariter cõsumentur. Nã in destructione Ierusaláim, domus cũ idólis fuerunt combustæ, & idolorum fabricatores occisi.

Nomẽ tóar, Ieche.1.7, וְנֹצְצִים scintillantes secundũ colorem æris tersi. Et est instar לְצֹצִים à לוּץ. quanquã R. Iehudáh scribat esse ex נָצַץ, sed rectum est vt sit נוּץ.

נור Vnde נִיר cum chiric, & נֵר cũ seri, Lucerna. Et præter vnum sine י, alia sunt נִיר cũ י. 1.Reg.11.36, Vt sit

ſit נִיר lucerna(.i.dux, vel regnum) Dauid ſeruo meo. Appellatur lucerna,regnú,aut rex,quia eſt tanquá lucerna populo ad illuminádú illũ. Proue.24.20,נֵר lucerna impiorũ.2.Sem.22.28,נֵירִי lucerna mea.Sine י, Pſal. 18.29,נֵרִי lucerná meã. Leu.24.4,ordinabit אֶת־הַנֵּרוֹת lucernas. Verbum in hifhil,pro Arare:& per trãſlationé,Cogitare.Vnde 1.Sem.8.12,vbi dicitur וְלַחֲרֹשׁ חֲרִישׁוֹ & ad arandú arationẽ ſuá: Tharghũ habet לְמִינַר נִירֵיהּ. Irm.4.3,נִירוּ לָכֶם נִיר arate vobis arationem,& ne ſeratis ſuper ſpinas. R.D.in cõment.נִירוּ eſt vt הָנִירוּ,ſicut שִׂימוּ pro הָשִׂימוּ.nam ה cõiugationis cadit leniendi gratia: & ניר eſt aratio agri antequá ſeratur, in qua arationeſpinæ euelluntur,eradicãtur herbæ malæ ex agro, vt ſit aptus ſationi. Proue.13.23, רָב־אֹכֶל נִיר רָאשִׁים multus cibus in aratione(id eſt,in agro)pauperũ:& eſt perditus abſque iudicio.Vel,multitudo cibi.nam רָב־ eſt in regimine, à רָבַב,inſtar חָק־ à חָקַק.acſi dicat,Multitudo cibi inuenitur in agro pauperum:quia eſt eis cura, ac ſolicitudo vt diſponatur terra,atque colatur. Et eſt ager perditus, neque eſt in eo fructus, eo quòd non diſpoſuerunt illum vt opus erat. Vel, & eſt vir qui perit, quia neſcit ſationis conſuetudiné, vt Ieſa.28.26,וְיִסְּרוֹ לַמִּשְׁפָּט & erudiet illum(ſub.ſatoré)ſecúdum normá.Vel,multitudo cibi inuenitur in agris magnatum.i.diuitú,quibus eſt facultas colendi terrá,& faciendi quæcúque illi ſunt neceſſaria ob multitudiné diuitiarũ. Et eſt homo qui perit,& fame conficitur,eo quòd nõ eſt ei facultas cõducendi operarios, vt eius terrã colãt: interim terra deſolatur,& deſtruitur,& pariter illius dominus. Tharghum,Multus cibus in terra pauperũ,& eſt vir qui deficit abſque iudicio. Vide סָפָה & רוש. Illud auté Prouer.

21.4,נֵר lucerna impiorũ peccatum.i.cogitatio.acsi dicat, Extollentia oculorũ,& latitudo cordis:& hoc est נֵר impiorũ quæ est peccatum. Et dixit נר aratio metaphorice de cogitationibus cordis: sicut suprà, Arate vobis arationẽ. Aliud nomẽ,מְנֹרָה, Candelabrũ:quod sic appellatur à ניר lucerna quæ ponitur super ipsum. Exod. 25.32,קְנֵי מְנֹרָה calami candelabri. Et 31,מְנֹרַת candelabrũ.

נושׁ Ponitur radix à R. Ionáh, quia inuenit Psal.69. 21, Opprobriũ contriuit cor meum,וָאָנוּשָׁה & dolui. Sed rectum est vt radix sit אָנַשׁ,ibi require.

נָזַד In hifhil, Coquere. Gene.25.29,וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד & coxit Iahacób coctionẽ. Et hannách in וַיָּזֶד est loco daghés, inquit R.D. in Michlól & lib.rad. quia secundum normã,ז debuerat daghessari ob defectũ נ.2.Reg. 4.40,& dum comederent מֵהַנָּזִיד de coctione.

נָזָה In cal, Aspergere. Leui.6.26, Et qui יִזֶּה aspersit de sanguine. Et in hifhil, Leuit.4.6,וְהִזָּה & asperget. Nume.19.19,וּמַזֵּה מֵי־הַנִּדָּה & aspergens aquas expiationis. Doctores (inquit R.D. in lib.rad.) exponũt de illo qui fert aquam expiationis. Vel מַזֵּה est nomẽ instar מַטֶּה,vt sit,& aspersionem aquæ expiationis, sub. ferens i. aquam expiationis. éstque sensus, Quisquis fert aquã expiationis, lauabit vestiméta sua. Num.8.7,הַזֵּה asperge. Iesa.52.15, sic יַזֶּה asperget gentes multas.i. alloquetur, inquit R.D. in lib.rad.& in cõment. R. Abra. in cõment. sparget.i. effundet sanguinẽ gentium multarũ.

נָזַל In cal, Fluere, defluere. est tam intransitiuũ, quã transitiuum. Iudi.5.5, Mõtes נָזְלוּ fluxerunt. Iesa. 64.1,נָזֹלּוּ Est cũ chólem, quia est in soph passúc. & daghés est euphoniæ gratia, vt חָדֵלּוּ. Psal.78.16,נוֹזְלִים fluenta de petra. Nume.24.7,יִזַּל־מַיִם fluet aqua. Et transitiuum, Iesa.45.8, Et nubes יִזְּלוּ־צֶדֶק fluere faciãt (stillẽt)

iustitiam. Iiób 36.28, quã יִזְּלוּ stillabunt (fluere facient) nubes. Et in hifhíl, Iesa. 48.21, Aquã de petra הִזִּיל fluere fecit eis. Nomen, 2. Reg. 23.5, suffientes ipsi Bahál, soli, & lunæ וְלַמַּזָּלוֹת & planetis. sic videlicet appellatis, quòd in cursu suo influant. Vel est nomẽ vnius stellæ.

נֶזֶם Cum sex pũctis, Inauris. Genes. 24.22, Et tulit vir נֶזֶם inaurẽ auream. Hose. 2.13, & ornauit se נִזְמָהּ inaure sua. Gen. 35.4, וְאֶת־הַנְּזָמִים & inaures quæ erãt in auribus eorum. Iesah. 3.20, וְנִזְמֵי & inaures nasi.

נֶזֶק Cũ sex punctis, Læsio, damnũ, nocumẽtum. Estér 7.4, בְּנֵזֶק in damnũ regis. & sic in lingua Aramæa, Hezræ 4.13, & tributũ regum תְּהַנְזִק lædetur. aut lædet. Dan. 6.3, & regi nõ לֶהֱוֵא נָזִק futurũ esset damnũ. Hebræi vtuntur hoc verbo in nifhál, hifhíl, & hofhál sæpius.

נָזַר Est פָּרַשׁ, Diuidere, separare. Iesah. 1.4, & Iechez. 14.5: quæ sunt citata in זור in nifhál, quæ possũt esse ex ista radice, instar יִכֹּלוּ. Et in nifhál, Zechar. 7. 3, Nũquid flebo &c. הִנָּזֵר separando me (sub. à cibis) quẽadmodũ feci iã tot annis? ita R. D. in lib. ra. & cõmen. & R. Abra. in cõment. Et est macór. Tharghũ, Nũquid prohibebo animũ meũ à deliciis? Ieche. 14.7, si &c. וְיִנָּזֵר מֵאַחֲרַי & separauerit se de post me. i. ne ambulet post me. Leuit. 22.2, וְיִנָּזְרוּ & separẽt se à sanctificatis filiorũ Israél. i. ab his quæ sanctificauerũt filii Israél. Et in hifhíl, Nũe. 6.12, וְהִזִּיר לַיהוָה אֶת־יְמֵי נִזְרוֹ & separabit se Domino dies separationis suæ. R. Selo. exponit, Redibit, numerabitque nazareatũ suũ à principio. Et 5, dies quibus יַזִּיר separauerit seipsum Domino. Tóar, נָזִיר, Naziræus, i. separatus. quia separabatur à vino. Nume. 6.13, Hæc est lex הַנָּזִיר naziræi &c. dies נִזְרוֹ separationis eius. Gene. 49.26, erunt capiti Ioséph, & vertici נְזִיר naziræi fratrũ

eius. siue separati à fratribus suis. Vel, vertici coronati fratrũ eius. à נֵזֶר corona, diadema. Est enim tóar, acsi dicat מְעֻטָּר coronati .i. super caput fratrum eius, & coronati. Tharghũ, Et viro separato fratrum suorũ.i.à fratribus suis. Leuit.25.5, Et vuas נְזִירֶךָ separationũ tuarũ. Est substantiuum secundũ formam nominis tóar, acsi dicat, Vuas à quibus separabas te, & nõ operam dabas illis vt colerẽtur. Tharghũ, vuas dimissionis tuæ.i. quas dimittis. R. Selomóh, Separationũ tuarum.i.à quibus separasti filios hominum. Et quia neziræus nõ tõdebat capillos capitis sui, Capillus longus, aut cæsaries, vocatur נֵזֶר. Irm.7.29, גָּזִּי נִזְרֵךְ tonde capillũ tuum. Est etiã נֵזֶר, Corona, diadema, cũ quinque punctis. Nume. 6.7, quia נֵזֶר separatio (vel potius corona) Dei sui super caput eius. Zechar.9.16, quia lapides נֵזֶר diadematis, siue coronæ &c. i. quia Iehudáh & Ephraím erunt sicut lapides diadematis eleuati super terrã suam. Tharghũ, lapides ephód. Tóar, Nachum 3.17, מִנְּזָרַיִךְ, Maiores tui sicut locusta. Acsi dicat, principes habẽtes coronam. נ est cũ daghés, ob decorem, sicut ק in מִקְּדָשׁ. R. Abrahám exponit, tui habentes coronam, sunt multi vt locustæ.

Alia forma, Iiób 38.32, מַזָּרוֹת planetas. Vide מַזָּר.

נָחָה Ducere. Iesah.58.11, וְנָחֲךָ & ducet te Dominus semper.i. Ducet te per viã. acsi dicat, prospiciet super te, & tui curam habebit. R. Abrahám, ducet te.i. erit tecũ in omni loco ad quem perrexeris. Exo.32.34, נְחֵה אֶת הָעָם duc populũ. Et in hifhíl, Gen.24.48, qui הִנְחַנִי duxit me. Neche.9.19, לְהַנְחֹתָם vt duceres eos per viam, Prouerb.18.16, ante magnates יַנְחֶנּוּ ducet eum.

מִנְחָה quære in מָנַח.

נָחַל Hæreditare, aut hæreditate accipere, Possidere. Exod.34.9, וּנְחַלְתָּנוּ & hæreditabis nos. vt videli-

cet ſimus hæreditas tua, vt dictú eſt Deuter.32.9, Quia pars Domini populus eius: Iahacób funiculus hæreditatis eius. Et 9.29, Et ipſi populus tuus, & hæreditas tua. Et ſic Zechar.2.12, וְנָחַל Et hæreditabit Domin' Iehudáh partem ſuã: acſi dicat, Iehudáh erit hæreditas Domini in ſeculum ſuper terrã ſanctitatis. Nume.34.18, לִנְחֹל אֶת־הָאָרֶץ ad hæreditandum terrã .i. ad diuidendum illam per hæreditates. Pſal. 82.8, Quia tu תִנְחַל בְּכָל־הַגּוֹיִם hæreditabis in omnibus gẽtibus. acſi dicat, Tu hæreditabis pauperes in qualibet gẽte: quia erũt pauperes, & oppreſſi ipſi populus tuus, & hæreditas tua, & tu hæreditabis eos, eruéſque illos è manu opprimẽtium. R. Abrahám in cõmẽt. exponit, tu hæreditabis omnes gẽtes. ב enim redundat in בְּכָל־, ſicut & Prouerb.9.5, Comedite בְלַחְמִי panẽ meum. & eſt verbũ tranſitiuũ. Nume.34.17, Iſta ſunt nomina hominũ qui יִנְחֲלוּ לָכֶם אֶת־הָאָרֶץ hæreditabunt pro vobis terrã. לָכֶם enim eſt בַּעֲבֻרְכֶם pro vobis, vt Deuter.3.22, pugnat לָכֶם pro vobis. R. Selomóh in comment. pro vobis, loco veſtri. Et in nifhál, Iechez.22.16, וְנִחַלְתְּ בָּךְ, Vide חָלַל in eius nifhál. Et in pihél, eſt Hæreditare facere, Iehoſ.13.32, Hæc ſunt quæ נִחַל hæreditare fecit Moſéh. נִחַל, Pollutũ eſt, Iechez.25.3, eſt nifhál ex חָלַל. Nu 34.29, לְנַחֵל vt hæreditare facerẽt filios Iſraél. Et in hifhíl, Irme.3.18, quã הִנְחַלְתִּי אֶת־אֲבוֹתֵיכֶם hæreditare feci patres veſtros. Deuter.32.8, בְּהַנְחֵל quando hæreditare faciebat altiſſimus gẽtes. i. quum ſingulas diuideret gentes ſecundum proprias hæreditates. Et 3.28, Et ipſe יַנְחִיל hæreditare faciet eos terrã. Et in hofhál, Iiób 7.3, Sic הָנְחַלְתִּי accipere factus fui mihi menſes vanitatis. i. vanos, mẽdacéſque. eſt verbũ paſſiuum. R. Abrahám in cõment. exponit, Datũ eſt mihi vt hære-

ditem menſes vacuos. Et in hithpahál, Leuit. 25.46, וְהִתְנַחַלְתֶּם אֹתָם לִבְנֵיכֶם & hæredes eritis de eis pro filiis veſtris poſt vos. Verbum enim in hac cõiugatione eſt intranſitiuũ ſecundum omnes grãmaticos Hebræos. R. D. in Michlól exponit אֹתָם pro מֵהֶם, ſicut Geneſ. 44.4, ipſi egreſſi ſunt אֶת־הָעִיר de ciuitate. אֶת, à quo eſt אֹתָם, pro מִן. Et eſt ſenſus, Vos eritis cauſa vt poſſeſſores ſitis eorũ, & dimittetis eos in poſſeſſionẽ filiis veſtris poſt vos, & eritis cauſa vt poſſeſſores ſitis eorũ, illóſque viuificetis, vt ſint vobis pro hæreditate. Ieſa. 14.2, וְהִתְנַחֲלוּם & erunt hæreditantes ex eis domus Iſraél. Vel, & erunt hæredes eorum domus Iſraél. Vel ſecundum R. Dauid in comment. & poſſeſſores erunt illorum domus Iſraél, vt in hæreditatem dimittãt eos filiis ſuis poſt ſe.

Nomen, נַחֲלָה, Hæreditas, poſſeſſio. Geneſ. 31.12, וְנַחֲלָה & hæreditas. Nume. 16.13, dediſti nobis נַחֲלַת hæreditatem agri. Pſalm. 16.6, Etiam נַחֲלַת hæreditas pulchruit mihi. ל cũ camés, ſicut in מְנָת, vide מָנָה: & in זִמְרָת, vide זָמַר. Deu. 18.1, וְנַחֲלָתוֹ & hæreditas eius. Aliud, נַחַל, Torrẽs, & vallis per quã defluit aqua, etiã ſi nulla in ea ſit. Nume. 13.24, Locũ ipſum vocauit נַחַל אֶשְׁכּוֹל torrẽtem Eſcól, propter eſcól. i. botrũ quẽ præciderũt inde. Pſal. 74.15, Tu rupiſti fontẽ, וְנַחַל & torrentem. Ieſah. 11.15, In ſeptem נְחָלִים torrẽtes. Et duale, Iechez. 47.9, נַחֲלַיִם duo (vel ambo) torrentes. Pſal. 18.5, וְנַחֲלֵי & torrẽtes impiorum. R. Selomóh, exercitus. Inuenitur & cũ ה redũdante, Ieche. 47.19, נַחְלָה torrẽtem. & eſt ſicut נַחַל, quanquã dictio נַחְלָה ſit breuis, inquit R. D. in cõmẽ. Pſal. 124.4, נַחְלָה עָבַר torrẽs trãſiuit ſuper animã noſtram. ה eſt cũ ſeuá, & dictio longa, quia ה redundat, inquit R. Abrahám in cõmen. Idcirco dixit עָבַר verbo maſculeo. & ſic redundat in לַיְלָה. Accẽtus eſt in נ. Idem ſcribit R. D. in

cõment. Hinc eſt נְחִילוֹת.Pſal.5.1,in titulo,Victori אֶל־הַנְּחִילוֹת ſuper Nechilóth. quod erat nomen muſici inſtrumẽti noti apud illos. R.Haaii nomẽ deducit à נְחִיל quod eſt apũ ſibilus,quòd ſonus illius inſtrumẽti muſici eſſet ſimilis ſibilo apũ.Idẽ R.Himmanuél.R.Abrahám in cõment.ſcribit eſſe principiũ פִּיּוּט: & quòd forſan deriuatur à נָחַל hæreditatem accipere. Et eſt inſtar אֲכִילָה אֲכִילוֹת. In Midras exponitur, ſuper hæreditates. At R.Selomóh dicit hoc nõ eſſe rectũ, quia nec dictio hoc ſignificat, neque pſalmus de hæreditate loquitur: ſed rectum eſſe vt exponatur,ſuper exercitus. Vnde & apum exercitus,ſeu multitudo,dicitur נְחִיל.Et ſic Pſal. 18.15,נַחֲלֵי exercitus impietatis.i.impiorũ.Dicitur ergo ſuper exercitus,quia cãtor orauit pro omni Iſraél propter exercitus qui veniebãt contra Iſraél.Huic contradicunt R.Semuél,R.Nachmani, R.Iehoſúah filius Leui,R.Iſachár,& R.Simhón,qui exponũt,ſuper hæreditates.Tharghum,ſuper חִינְגִין choros.

נָחַם Conſolationẽ accipere,Pœnitere. In nifhál,2. Sem.13.39, Quia נִחַם conſolationẽ acceperat ſuper Amnón.eſt præteritũ ex nifhál pro נִנְחַם. & ח ſi eſſet dagheſſabile,fuiſſet ſecundũ normã dagheſſatũ. Et ſic 1. Semu.15.35, Et Dominũ נִחָם pœnituit regnare feciſſe Saúl. Irme.8.6,Non eſt quiſpiã נִחָם עַל־רָעָתוֹ quem pœniteat mali ſui.Eſt cũ camés,& nifhál intranſitiuũ. Et ſic Ioél 2.13,וְנִחָם עַל־הָרָעָה & pœnitebit eũ mali. Eadẽ verba etiã in Ionáh 4.2.Secundũ R.Abrahám in commen.eſt nomen toár,& dagheſſaretur,niſi eſſet ח.Gene.6.7,נִחַמְתִּי pœnitet me feciſſe eos. R.Abrahã, Notũ eſt Dominũ non eſſe hominẽ vt pœniteat: ſed loquitur lex ſecũdum ſermonẽ hominũ.Qui enim deſtruit

quod fecit, videtur pœnitere illud fecisse. Irme.15.6, Laboraui הִנָּחֵם consolationẽ accipere. sic R.D. in lib. rad. At in cóment. exponit, Vt pœniteat me. i. toties pœnituit me mali quod locutus sum me facturũ eis, & non feci, vt fatigatus sim: propter hoc nõ possum vltrà pœnitere, sed vlciscar illos. Psal.90.13, וְהִנָּחֵם & consolationem accipe (vel pœniteat te) super seruos tuos. Tharghum, Et conuertere à malo quod locutus es te facturum seruis tuis. R. Himmanuél, Et pœniteat te mali quod locutus es te facturũ seruis tuis. Iesah.1.24, Heu אֶנָּחֵם consolationem accipiam ab hostibus meis. Et 57.6, Nunquid super his אֶנָּחֵם consolationem accipiam? Vel, num pœnitebit me mali quod facturus sum tibi? ita R. Abrahám in cõment. R.D. in cóment. Nunquid super his operibus malis potero pœnitere mali, ne inducá illud eis? Et in pihél, Iesa.49.13, נִחַם יְהוָה עַמּוֹ cõsolatus est Dominus populum suũ. Thren.1.2, Nó est ei מְנַחֵם cõsolans. vel cõsolator. Iiób 16.2, מְנַחֲמֵי עָמָל consolatores laboris. Iesah.61.2, לְנַחֵם כָּל־אֲבֵלִים vt cósoler omnes lugétes. Et 40.1, נַחֲמוּ נַחֲמוּ עַמִּי cõsolamini, consolamini popule mi. Itẽ 66.13, Sicut vir quẽ אִמּוֹ תְּנַחֲמֶנּוּ כֵּן אָנֹכִי אֲנַחֶמְכֶם mater eius consolabitur eum, sic ego consolabor vos. Et 51.19, מִי אֲנַחֲמֵךְ in quo (aut per quẽ) consolabor te? R. enim Abrahám in cõment. scripsit in מִי deficere ב, pro in, vel per. quia homo cõsolationem accipit quum illi dicitur, Illud quod tibi accidit, tali, & tali cótigit, &c. Et in puhál, Iesah.54.11, לֹא נֻחָמָה non est consolatione affecta. Et in hithpahál, Ieche.5.13, וְהִנֶּחָמְתִּי cõsolationem accipiã. secũdum normã debuerat esse וְהִתְנַחַמְתִּי. Genes. 27.4,3 Ecce Hesáu frater tuus מִתְנַחֵם לְךָ cõsolationem accipit de te. Deuter.32.36, seruorum

uorum suorũ יִתְנֶחָם pœnitebit. R. Selomóh verbum significare scribit Vertere cogitationẽ ad benefaciendũ, vel malefaciẽdum. Nomen, Hose. 13. 14, נֹחַם consolatio. Alia forma, נֶחָמָה. Psal. 119. 50, זֹאת נֶחָמָתִי hæc est cõsolatio mea in afflictione mea. Alia itẽ, Zechar. 1. 13, verba bona דְּבָרִים נִחֻמִים verba, (sub. דִּבְרֵי verba) consolationũ. & ita R. D. in lib. rad. & in cõmen. Vel est nomẽ tóar, pro, verba consolatoria. & hoc est rectũ. Tharghũ, verba דְּנִיחוּמִין consolationũ. Hose. 11. 8, Pariter reuoluerunt se נִחוּמָי pœnitudines meæ. cũ scilicet cogitarem me illos perdere, ac delere. Et præposito ת, Irm. 16. 7, Neque propinabũt illis calicẽ תַּנְחוּמִים cõsolationum. Forma fœminea, Iiób 15. 11, תַּנְחוּמוֹת consolationes Dei.

נָחַץ Est מָהַר, Festinare, Accelerare. Semel duntaxat inuenitur. 1. Semu. 21. 8, Quia erat sermo regis נָחוּץ acceleratus.

נָחַר Vnde נְחִירַיִם, Nares. Iiób 41. 11, מִנְּחִירָיו è naribus eius. Et nomine nariũ, הָעֲטִישָׁה sternutatio, fremitúsque appellatur נַחֲרָה. Irme. 8. 16, auditus est נַחֲרַת fremitus equorum eius. Alia forma, נַחַר. Iiób 39. 22, Robur נַחְרוֹ אֵימָה naris eius terror. Vel potius, robur fremitus eius, aut sternutationis eius. Est enim (inquit R. Moséh in cõment.) sonitus qui egreditur è naribus equi currentis. Alii exponũt, Robur. i. sonitus fortis qui egreditur è naribus apertis illo sternutante.

נָחַשׁ In pihél, Augurari, auguriũ facere, Diuinare, Ominari, quũ futuræ rei prænũtiatio ori hominis incidit, diuino tamẽ fauore. 2. Re. 21. 6, וְנִחֵשׁ & augurabatur. diuinabat. Ge. 30. 27. נִחַשְׁתִּי ominatus fui, & benedixit mihi Dominus propter te. acsi dicat, Vt auguratus vel ominatus sum, benedixit, &c. Tharghũ, נַסֵּיתִי

tentaui,aut expertus ſum. Idẽ R.Abrahám in cõmen. Gene.44.5, Et ipſe נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ בּוֹ augurãdo augurabitur pro illo.ſcilicet ſcypho. Vel,tentãdo tentabit,aut experiendo experietur per illũ.pro tentat,aut experitur,ſecundum R.Abrahám in cõment. Tharghum,rimãdo rimatur.aut inquirẽdo inquirit. R.D.in lib.rad.interrogãdo interrogabit augures pro illo. Et ſunt(inquit) qui exponunt quòd ipſemet augurabatur in illo. acſi dicat,reputabat perditionẽ ſcyphi in quo bibebat, pro malo augurio ſibiipſi.Leuit.19.26,לֹא תְנַחֲשׁוּ non augurabimini.aut experimẽta facietis per figuras,per baculos,per opera,per motus, per dies, & per horas, inquit R.Abrahám. Nomẽ,Nume.23.21,Non eſt נַחַשׁ augurium in Iahacób.Et 24.1,in occurſum נְחָשִׁים auguriorum. Hinc eſt & נָחָשׁ,Serpẽs. Deut.8.15,נָחָשׁ שָׂרָף ſerpens adurens.ſcilicet oris ſui flatu.Ieſah.27.1,Super liuiathán נָחָשׁ ſerpentẽ(.i.ſimilem ſerpẽti)vectantẽ, hoc eſt inſtar vectis tranſeuntẽ mare ab extremo ad extremum. Nume.21.9,Et fecit Moſéh נְחַשׁ ſerpẽtem æreũ. Dicunt medici,inquit R.Ioſéph,Ille quẽ momorderit ſerpens,ſi videat æs,ſtatim moritur. Idcirco dixit Dominus,Fac tibi ſerpẽtem æreum,&c. cõtra cõmunem naturæ curſum,vt magnificaret ſignũ. Et ſic Ieſah.38,20,Tollant maſſam ficuũ,& alligent ſuper vlcus,& ſanabitur.Et Exod.15.25,Et oſtendit ei Dominus lignũ, & proiecit in aquas,& dulcuerunt aquæ. dixerũt quòd illud lignũ erat amarũ.Irme.8.17, נְחָשִׁים צִפְעֹנִים ſerpentes(&)regulos quibus nõ eſt incãtatio.pro וְצִפְעֹנִים.Tharghum, Ecce ego mitto in vobis populos occidẽtes ſicut ſerpẽtes,regulos quibus nõ eſt incantatio, & occident vos. Aliud,נְחֹשֶׁת,AEs,chalybs. 2.Paralip.4.16,

פרוּק נְחֹשֶׁת מֹרָק ære terſo.vel polito. Hinc & נְחוּשׁ,quod ſecũdum R.Ioſéph eſt chalybs,vulgo אצרו *acier*. Ieſa.48.4,Et frons tua נְחוּשָׁה chalybea.i.fortis,dura.Illud autẽ Irme.6.28,Omnes ipſi סָרֵי סֹרְרִים declinantes declinantiũ,ambulantes frauduléter, נְחֹשֶׁת וּבַרְזֶל æs,& ferrum: exponẽdũ eſt,ſicut chalybs miſtus cũ ferro ad fundendum,ſic ipſi ſunt miſti alter cũ altero vt fraudulenter malefaciãt. Et ſic Tharghũ, vt miſcetur æs(chalybs)cũ ferro.Et dixit,סָרֵי(pro שָׂרֵי principes)סֹרְרִים declinantiũ: quia tam ipſi,quàm ſerui eorũ declinabãt.Et ſerui ambulabant fraudulenter cum dominis ſuis, vt perderẽt pauperes verbis mendacibus. Et principes,& ſerui,æri (aut chalybi)comparantur,& ferro, è quibus fit opus, quũ alterum miſcetur cũ altero. Nõ enim ferrum per ſe ſolũ funditur,ſed miſtum chalybi. Et cõpedes hoc nomine appellãtur, quòd fierẽt ex ære. Thren.3.7,Aggrauauit נְחָשְׁתִּי cõpedem meũ.i.fecit pedibus meis cõpedes graues,ne aliquò ire poſſem.ח eſt cũ camés chathéph. Irme.39.7,Et vinxit eum בַּנְחֻשְׁתַּיִם compedibus. Tharghum, catenis æreis.Et eſt duale,quia fiebãt vtrique pedi. 2. Reg.18.4,Et vocauit eum נְחֻשְׁתָּן ænulum. Additio enim literarũ,inquit R.D.in lib.rad. nomen faciũt diminutiuum, quia nullius erat vtilitatis. & ſic אֲמִינוֹן vocatus eſt Amnón, quaſi Amnonulus. & אִישׁוֹן pupilla,quaſi paruus vir. Ieche.16.35,Pro eo quòd effuſa eſt נְחָשְׁתֵּךְ turpitudo tua.Eſt enim עֶרְוָה turpitudo,podex,pars mulieris pudẽda.Et ſic Tharghũ,pro eo quòd diſcooperta eſt בַּהֲתָתֵיךְ turpitudo tua. Et תַּחְתִּיתֵךְ poſitum à R.Dauid,eſt turpitudo tua. Hũc locũ Propheta clarius exprimens, geminato ſenſu eodem,mox dicit, diſcooperta eſt turpitudo tua.quia effundere,eſt diſco-

operire. Nam quod est diffusum, est discoopertũ, & cõspectum. Metaphorice significat, Pro eo quod reuelata sunt opera tua mala in oculis omniũ gentium, &c. Est ergo נְחֻשְׁתֵּךְ idem quod תַּחְתִּיתֵךְ, quia תַּחְתִּית pars inferior mulieris, est turpitudo. Et sic Iechez. 24. 11, וְחָרָה & cõburatur נְחֻשְׁתָּהּ, id est תַּחְתִּיתָהּ pars inferior eius. hoc est fundum eius. Et sic in verbis doctorum in Misnáh, נְחֻשְׁתּוֹ שֶׁל תַּנּוּר pars inferior(.i. fundus) ipsius furni.

נחת Est יָרַד, Descẽdere. & sic Tharghũ, vt Ge. 12. 10, pro וַיֵּרֶד & descẽdit, habet וּנְחַת. Psal. 38. 3, sagittæ tuæ נִחֲתוּ בִי וַתִּנְחַת עָלַי יָדֶךָ descẽderunt in me, & descẽdit super me manus(vel plaga) tua. Prius verbũ נִחֲתוּ, est ex nif hál, pro יִנָּחֲתוּ descẽderunt, & castrametatæ sunt aduersum me. Et in hif híl, Ioél 3. 11, Illuc הַנְחַת id est הוֹרִיד(vt ait R.D. in lib. ra. & in cómen. & R. Abrahám in cómẽt.) descẽdere fecit potẽtes tuos, & nuntios tuos pro auxilio. iuxta illud Iudic. 5. 20, E cælis pugnauerũt.

Et in pihél, Psal. 65. 10, Sulcos eius inebria, נַחֵת descẽdere fac(sub. pluuiá) גְּדוּדֶיהָ(pro בִּגְדוּדֶיהָ) in lineas eius. vt dixit, Sulcos eius inebria. Rectũ est vt sit ex hac radice illud Iiób 21. 13, Et in mométo ad infernũ יֵחָתּוּ descendent. ת cum daghés euphoniæ gratia, quia est in soph passúc. Illud autẽ 2. Semu. 22. 34, וְנִחַת & conteretur arcus, &c. Quære in חתת. Nomen, נַחַת, require in יָנַח & נוּחַ. Tóar, נְחִתִּים. 2. Reg. 6. 9, נְחִתִּים fuerunt descendentes. i. descenderunt, aut descendunt. Et daghés est loco hannách, quia secũdum normam debuerat esse נְחִיתִים instar שְׁרִידִים. acsi dicat, יוֹרְדִים descendunt, & castrametantur, aut manent.

נָטָה Tẽdere, extẽdere, expãdere, Declinare, inclinare, diuertere, Recedere. Gene. 33. 19, In quo נָטָה

וְאֲשֶׁר שָׁם אָהֳלוֹ tetẽdit ibi tabernaculum ſuũ. Num.21.15, הַנְּחָלִים אֲשֶׁר נָטָה & effuſio torrentiũ ad quam (Iſraél) diuertit, (declinauit, recedẽs ſcilicet à loco ſuo) vt inhabitaret Har, & inniteretur termino Moáb. Loquitur (ait R. Abrahám) de filiis Iſraél. Et אֲשֶׁר quidã dicunt eſſe dictionem Aramæã, & nomẽ loci ad quẽ diuertit Iſraél, quia iuxta Har tranſierunt filii Iſraél, & innixus eſt Iſraél termino Moáb, & vnus erat eregione alterius. Et R. Selomóh, אֲשֶׁר vt Tharghum וּשְׁפוֹךְ & effuſio torrentium. quia ibi fuit effuſus ſanguis multus Emoræorũ, qui ibi ſe abſconderãt, quòd illic eſſent montes excelſi, & torrens profundus, anguſtúſque. 2. Sem. 2. 18, nó נָטָה declinauit ambulando ad dexterã & ſiniſtram. 1. Reg. 2. 28, Ioáb נָטָה declinauit poſt Adoniiáh, & poſt Abſalóm לֹא נָטָה nõ declinauit. Dixit hoc, quòd ambo, nẽpe Adoniiáh, & Abſalóm, rebellauerãt: at Ioáb nõ adhæſit rebellioni Abſalóm, ſed cũ Adoniiáhu in rebellione conuenit, & concordauit, declinauítque poſt eũ, vt regnum aſſequeretur. Nã Dauid erat ſenex, & timebat illum. Non eſt autẽ Abſalóm, Selomóh: vt ſcripſit R. Ionáh, quia nõ inuenitur hæc contrarietas vt vnus homo pro altero capiatur. Et ſic Irm. 33. 25, Etiã ſemen Iahacób, & Dauid ſerui mei reprobabo, vt nõ accipiam de ſemine eius qui dominentur ſemini Abrahám, Iſchác, & Iahacób. Non eſt Iahacób, Aharón, vt ſcripſit R. Ionáh, quòd memorauerit duas familias: ſed eſt idẽ Iahacób. Acſi dicat, Non reprobabo ſemen Iahacób, & Dauid. Nam quãuis Dauid ſit de ſemine Iahacób, attamen electo illo in regnũ, ſemen illius poſt eũ fuit caput familiæ ſuæ. Et dixit quòd de ſemine Dauid dominabuntur Iſraeli, & ſic de reliquo ſemine erũt magni,

& multi dominabũtur ſemini Iſraél:& in illorum vniuerſitate ſunt ſacerdotes quos memorauit, & reliqui principes Iſraél,quia nó erunt vltrà ſub dominio gentium,ſed regum, & principum ſuorum, quemadmodũ dixit Ieſah.1. 26, Et reſtituam iudices tuos ſicut in principio.Et ſic Pſal. 77.16, Redemiſti in brachio populum tuũ filios Iahacób & Ioſeph.i. alios filios Iahacób.Memorauit Ioséph,quia erat caput. R.Abrahám, Verũtamen eũ qui eſt de ſemine Iahacób,reprobabo, quòd dicat lex,nó futurũ regẽ qui dominetur Iſraeli niſi de Iahacób,& præterea de familia Dauid. Ieſa. 23.11, יָדוֹ נָטָה manũ ſuã extẽdit ſuper mare.Pſal.21.12,quia נָטוּ declĩnauerũt(extenderũt)ſuper te malũ.Eſt verbũ trãſitiuũ:acſi dicat,Si valuiſſent tibi nocere, voluiſſent. Et 73.2, fere נָטוּי declinauerũt(inclinauerũt ſe,nutarũt)pedes mei.ſub.à via recta & fide.Præteritũ perfectũ,ait R. Abrahám in cõm. ſicut חָסָיוּ, Legitur autẽ(ait R.D. in cõment.)נָטָיוּ,& ſcribitur נָטוּי,quia poteſt legi נָטוּי quod eſt participium paſſiuũ.Ieſah.66.12,ecce ego נוֹטֶה אֵלֶיהָ declino.extendo.vel iuxta R.Moséh,multiplico ſuper eã,tanquã flumẽ, pacem. Ieſa.42.5,Creãs cælos,וְנוֹטֵיהֶם & extendentes eos. numerus multitudinis, propter י, quod eſt multitudinis ſignũ. Et ſic Iiób 35.10,& vbi eſt Deus עֹשָׂי factores mei?& Pſa.149.2,lætetur Iſraél בְּעֹשָׂיו in factoribus ſuis.Ieſah.5.25,manus eius נְטוּיָה extenta. Exod.8.5,נְטֵה אֶת־יָדְךָ extende manũ tuam.Iiob 15.29,& non יִטֶּה multiplicabitur(aut creſcet, ſecũdum R.Moséh in cõment.)in terra perfectio eius.Tharghũ יִתְמְתַח protrahetur,expãdetur. Et in nifhál,Num.24.6,נִטָּיוּ extẽſa ſunt.Irm.6.4,quia יִנָּטוּ inclinabũtur(inclinabũt ſe) vmbræ veſperæ. Et in hifhíl, Pſal.116.2,הִטָּה אָזְנוֹ לִי

inclinauit (aut inclinare fecit) aurē suā mihi. Hamós 5.
12, & mēdicos (.i. mendicorū iudicium) in porta הִטּוּ de-
clinare fecerūt. peruerterūt. Psal. 125.5, וְהַמַּטִּים & declinā
tes in prauitates suas. vel, & declinare facientes praui-
tatibus suis. Tharghum, Et declinantes post prauitates
suas. Malachi 3.5, וּמַטֵּי־גֵר & peruertentes peregrinū. i.
iudiciū peregrini, secūdum R. Abrahám. Psal. 17.6, הַט־
אָזְנְךָ לִי inclina aurē tuam mihi. Iesah. 30.11, recedite de
via, הַטּוּ מִנֵּי־אֹרַח declinate à semita. Vel, declinare facite
vos ipsos à via Domini ad viā aliam: quemadmodū di-
xit postea, Cessare facite à facie nostra sanctū Israelis.
Est enim verbum transitiuū. Irme. 6.12, אַטֶּה אֶת־יָדִי ex-
tendam manū meam super habitatores terræ. Hos. 11.
4, וְאַט אֵלָיו אוֹכִיל & declinare faciā ad eum de cibo. ita R.
D. in lib. rad. R. Abrahám, Et declinabo ad eū cibum.
R. Marinós dixit אוֹכִיל esse futurū, pro אַאֲכִיל, comedere
faciā eum אַט quiete. Vide in radice אט. Tharghū, & etiā
quum fuerunt in deserto, multiplicaui eis bonū, vt e-
derét. Psal. 27.9, ne תַּט auerseris in ira seruum tuū. Vel,
ne declinare facias (.i. sinas) in irā seruū tuum. Est enim
verbū transitiuum, inquit R. Abrahám in cōment. id-
circo postea dixit, Auxilium meum fuisti. R.D. in cō-
ment. hoc modo exponit: Ne derelinquas me, neque
perseuerare facias me in huius mūdi occupationibus,
quæ sūt furor & ira illis vacātibus. Hamós 2.8, & super
vestes in pignus acceptas יַטּוּ reclinabūt (pro reclinabāt)
se apud omne altare. R. Ionáh exponit, extendebāt (vel
expandebāt) se. R.D. rectū esse dicit vt exponatur secū-
dū priorē significantiā. R. Abra. faciebant declinare iu-
dicium. Hinc dicitur & מִטָּה pro מִנְטָה, Lectus: quòd
homo dormiens super illū, se extēdat, & expandat. Vi-

de מָטָט. Hinc & מַטֶּה, Virga,baculus: quòd homo illi innitatur,& ſuper illã aut illũ requieſcat. Nume.17.2, & cape ab eis מַטֶּה מַטֶּה virgã virgam.i. ſingulas virgas. Iechez.7.10,floruit הַמַּטֶּה virga. Vel,declinatio,ſub.iudicii.ſecundũ R.Ionáh. Et pulchra eſt expoſitio,inquit R.Dauid:cui aſtipulatur quod ſequitur, floruit ſuperbia. Exo.8.16,אֶת־מַטְּךָ virgã tuam. Plurale fœmineum, Nume.17.2,מַטּוֹת virgas. Maſculeum, Chab.3.14, Perfodiſti בְּמַטָּיו virgis(baculis) principẽ exercituum eius. Significat & שֵׁבֶט tribũ. Exo.31.6,לְמַטֵּה־דָן de tribu Dan. Iehoſ.32.28,& capita patrũ הַמַּטּוֹת tribuum. Appellatur etiã מַטֶּה Fulcimẽtum,& robur,& ſuſtẽtaculũ. Pſal. 105.16,omne מַטֵּה־לֶחֶם fulcimentum panis confregit.

נָטַל Eſt נָשָׂא,Ferre,portare,Leuare. Thre.3.28, Sedebit ſolus,& tacebit:quia נָטַל עָלָיו portauit ſuper ſe.ſub.iugũ(inquit R.Abrahám in cõmen.)quod præceſſerat, Bonum eſt viro quũ portauerit iugum Domini ab adoleſcentia. 2.Semu.24.12, tria ego נוֹטֵל עָלֶיךָ affero tibi. Ieſah.40.15,ecce inſulas quaſi puluerẽ יִטּוֹל. R.Abra.exponit יַשְׁלִיךְ proiiciet:vel יִשָּׂא feret,portabit, eleuabit. R.Ionáh(inquit)grãmaticus dixit eſſe ex nifhál ſecũdum viã remotam. R.D.in cõment. Ecce quũ voluerit,inſulas portabit,eleuabit,proiiciétque vt rem tenuem. Et ſi יִטּוֹל ſit verbũ intranſitiuũ, eſt ex nifhál, & ex radice טִיל,& ita ſcripſit ipſum R.Iehudáh chiúgh: ſed rectum eſt vt ſit ex radice נָטַל. Require in טִיל. Et in pihél,Ieſa.63.8,וַיְנַטְּלֵם & portauit eos. Alia verba huius ſignificãtiæ quære in טִיל. Nomẽ,נֵטֶל cũ quinq; pũctis,eſt מַשָּׂא,Onus,põdus. Prou.27.3,וְנֵטֶל & põdus arenæ. Alia forma,נְטִיל,Onus,Baiulus. Seph.1.11,Succiſi ſunt omnes נְטִילֵי כֶסֶף baiuli argenti. acſi dicat, Omnes diuites,

diuites, capita argenti. Vel, ſucciſa ſunt omnia onerà (aut pondera) argenti. Tharghum, Omnes diuites.

נָטַע Plantare. Deu.20.6, נָטַע כֶּרֶם plantauit vineam. Et 45.4, וְאֵת אֲשֶׁר־נָטַעְתִּי & quod plátaui, euello. Iechez.36.36, נָטַעְתִּי הַנְּשַׁמָּה plantaui quod deſolatú eſt. Pſal.94.9, הֲנֹטַע אֹזֶן num plantans auré &c. Eccleſ.3.2, & tépus euellendi נָטוּעַ plantatú. 2.Reg.19.29, וְנִטְעוּ & plátate vineas. Pſal.44.3, manu tua gentes expuliſti, וַתִּטָּעֵם & plantaſti eos. Et in nif hál, Ieſah.40.24, Etiá non נִטָּעוּ fuerunt plantati. Nomen, נֶטַע, Plantatio. Ieſa.5.7. Alia forma, נֶטַע, Iiob 14.9. Ieſa.17.11, In die נִטְעֵךְ plá tationis tuæ. Alia ité, Pſal.144.12, כִּנְטִיעִים ſicut plantationes. Alia præterea, Ieſa.61.3, מַטַּע plátatio Domini.

נָטַף Stillare, effundere, ſpargere. Et per tranſlationé Loqui, & vaticinari. Iudi.5.4, Etiá cæli נָטָפוּ ſtillauerunt, etiá nubes נָטְפוּ מָיִם ſtillauerút aquas. Cant.5.5, Et manus meæ נָטְפוּ־מוֹר ſtillauerunt myrrhá. Iiób 29.22, & ſuper eos תִּטֹּף ſtillabit eloquiú meum. Et in hifhil, Hamós 9.13, וְהִטִּיפוּ & ſtillabút montes. Micháh 2.11, & erit מַטִּיף הָעָם הַזֶּה ſtillans (.i. loquetur & prophetabit) populo huic. Iechez.21.2, וְהַטֵּף & ſtilla (.i. loquere, vaticinare) ſuper &c. Micháh 2.11, אַטִּף ſtillabo (prophetabo, loquar) tibi pro vino. Et 6, אַל־תַּטִּיפוּ יַטִּיפוּן ne ſtilletis, ſtillabút .i. Iſraelitæ ſtillabát, hoc eſt, loquebátur veris prophetis, dicétes, Ne ſtilletis .i. ne loquamini &c.

Nomé, נָטָף, Stacte, ſiue Gutta, aromatis genus. Exo.30.33, cape tibi aromata, נָטָף ſtacten &c. נָטָף (ait R.D. in li.ra.) eſt צֳרִי ſtacte, gutta: ſic appellata, quòd נוֹטֵף ſtillet de arbore inciſa, myrrhæ recétis inciſæ pinguedo. Dixerunt doctores צֳרִי nil aliud eſſe quàm שְׂרָף ſuccú è ligno inciſo, qui vulgo vocatur בַּלְשָׁמִי balſamum. ſiue ſuccus

balsami. R.Selo.in cõm. נָטָף צֳרִי est.& quia aliud nõ est quàm succ' stillãs ex ligno inciso, vocatur נָטָף, & in lingua Barbara gũmi: & הַצֳּרִי vocãt טְרִיאָקָה theriacã. Hinc dicitur & נְטִיפָה, cuius plurale est Iesah.3.18, הַנְּטִיפוֹת, quæ sunt הָעֲנָקִים, torques. Quidam dicunt esse vniones, siue margaritas. Alii vasa aurea in quibus ponebãt נָטָף prædictum: quæ ponebant mulieres in collo. R.D.in comment. dicit quosdã vocasse torques, quæ fiebant ex margaritis, vnde Harabes margaritã vocant אַלְנָטָף, & sic est in Tharghum, עִנְקַיָּא torques.

נָטַר Est שָׁמַר, Custodire, seruare, obseruare, reseruare, Retinere odiũ, reseruare vindictam aut irã. Canti.1.6, vineam meã &c. נָטַרְתִּי custodiui. Nachum 1.2, וְנוֹטֵר הוּא לְאוֹיְבָיו & reseruat (sub. iram, vltionẽ) ipse inimicis suis.i. reseruans iniquitatẽ ad tempus, donec de illa capiat vltionẽ. Canti.8.11, dedit vineam לַנֹּטְרִים custodientibus. Irme.3.5, הֲיִנְטֹר nũquid reseruabit iram, (aut vltionẽ) in seculum? Psal.103.9, & nõ in seculũ יִטּוֹר reseruabit. Nomen, מַטָּרָה, Custodia, & carcer, Signum siue scopus qui statuitur ad iaciendũ sagittas in illum. Irme.32.2, in atrio הַמַּטָּרָה custodiæ. Thre.3.12, & statuit me כַּמַּטָּרָא tanquam signum ad sagittam. א est loco ה.

נָטַשׁ Relinquere, derelinquere, Dimittere, Permittere, sinere, Euellere, Extẽdere, Diffundere, Requiescere, Manere. 1.Semu.10.2, & ecce נָטַשׁ אָבִיךָ אֶת־ דִּבְרֵי הָאֲתֹנוֹת dimisit pater tuus res asinarũ. Iudic.6.13, & nũc נְטָשָׁנוּ dereliquit nos Dominus. 1.Sem.17.28, & cui נְטַשְׁתַּנִי נָטַשְׁתָּ reliquisti paucas pecudes? Gen.31.27, & nõ נְטַשְׁתַּנִי permisisti mihi, vt &c. Irme.23.39, וְנָטַשְׁתִּי אֶתְכֶם & derelinquã vos. Vel, & euellã vos. quod rectũ est, inquit R.D.in cõment. Est enim sicut וְנָתַשְׁתִּי cum ת. nam ט, & ת

ſunt eiuſdem exitus,& ſic ſunt eiuſdem ſignificantiæ. תְּעָה & טָעָה errauit. Tharghú,Et elongabo vos. Ieſa.21. 15,à facie gladii נְטוּשָׁה extenti. Prouer.17.13,& antequã miſceatur lis,נְטוֹשׁ dimitte.ſub.eã.Pſal.94.14,quia nó יִטֹּשׁ יְהוָה עַמּוֹ derelinquet Dominus populũ ſuum.Et cũ ו vnum,Hoſ.12.14,& ſanguis eius ſuper eú יִטּוֹשׁ requieſcet.manebit.acſi dicat,Et ſanguis quem effudit,ſuper eú requieſcet,manebitque.R.Abrahám,Et ſanguis innocentum qué effudit, ſuper eum diffundetur.1.Sem. 4.2,וַתִּטֹּשׁ הַמִּלְחָמָה & expandit (diffudit)ſe præliũ, & cæſus fuit Iſraél. Et in nif hál,Ieſa.16.8,Propagines eius נִטְּשׁוּ extenderunt ſe,tranſierũt mare. ſic R.D. & R.Abrahám.2.Semu.5.18,וַיִּנָּטְשׁוּ & diffuſi ſunt in valle. Et in puhál.Ieſa.32.13,Palatiũ נֻטָּשׁ dimiſſum(derelictum) eſt.i.palatiú regis derelictum eſt, inquit R.Abrahám, etiam ab ædificio,quia vocatur nomine domini ſui.

Hinc Rami oblongi, expanſíque huc & illuc,dicuntur נְטִישׁוֹת.Ieſa.18.5,וְאֶת הַנְּטִישׁוֹת & ramos remouit, abſcidit.vel abſcindere fecit.Irm.5.10,remouete נְטִישׁוֹתֶיהָ ramos eius.ita R.D.in lib.rad.In cóment. verò exponit,dentes muri.i.minas.Tharghum,palatia eius.

ניב Quære in נוב.

נין Eſt בֵּן,Iiób 18.19,Non נִין filius eſt ei, neque nepos in populo eius. R. Abrahám Peruſól exponit,acſi dicat,Excidetur generatio tertia,& quarta ſi fuerit illi. Vel נִין filii filiorũ,& נֶכֶר quarta generatio. vel filius, & nepos. Ieſah.14.22,ſuccidã &c.וְנִין & filium,& nepotem &c. Pſal.74.8,אָמְרוּ dixerunt in corde ſuo נִינָם יָחַד filius eorũ ſimul. i. ſingulus è filiis eorũ.Vide יָנָה. Tharghũ, filii eorum pariter.R.D.in cóment. exponit נִינָת אוֹתָם.

acſi dicat, Occidamus eos. Verbũ(inquit) יָנָה ſignificat vim inferre ſubſtantiæ, & corpori: diripere, occidere. R. Himmanuél, Radix נִינָם eſt יָנָה, & eſt futurũ ex cal: éſtque inſtar נִּירָם, quod eſt à יָרָה, וַנִּירָה אוֹתָם, Nume.21.29.& ſic נִינָם eſt נִינֶה אוֹתָם populemur(aut occidamus) eos, rapiamus eorũ ſubſtantiam. Et dictio יַחַד ſimul, cõiungitur cum אָמְרוּ dixerũt.i.pariter dixerũt, rapiamus eorũ ſubſtantiam. Alia forma, præpoſito מ, Prouer. 29.21, in nouiſſimo ſuo erit מָנוֹן filius.i. ſuperbus perinde ac filius. Vel vt R. Himmanuél, in nouiſſimo, cũ effectus erit magnus, erit ei loco filii, & familiarem ſe ei faciet, deliciíſque affluet vt filius cũ patre, illúmq; haudquaquam timebit. Sũt qui dicunt מָנוֹן eſſe שַׁלִּיט præſidem, dominũ: & ſic נִינָם prædictum, & omne נין quod eſt in Scriptura. Sic autẽ appellatus eſt נין filius, quòd ſurgat loco patris ſui vt præſit, dominetúrque vniuerſis bonis illius. Et verbũ in nif hál, Pſal.72.17, Ante ſolem יִנּוֹן filiabitur nomẽ eius. R. Himmanuél, יִנּוֹן eſt inſtar יִכּוֹן. & eſt ſenſus, Germinabit, & innouabitur per ſucceſſionem temporũ nomen eius, acſi generaret filios iugiter, & ſtabiliretur nomẽ eius cauſa ipſorum. Tharghũ, Et antequam eſſet ſol, præparatũ erat nomen eius. R. D. in cõmen. omni tẽpore quo ſol durabit, erit memoria nominis eius. יִנּוֹן ex נין filius. acſidicat, quẽadmodũ filius eſt memoria patris, ſic erit nominis eius memoria in ſeculum propter opera bona quæ facturus eſt.

ניק Eſt יָנַק, Lactare. ſunt enim duæ radices eiuſdem ſignificantiæ. Exod.2.8, Et accepit mulier infantem, וַתְּנִיקֵהוּ & lactauit eum.

ניר Vide נוּר.

נכד Cum ſex punctis, Nepos. Ieſa. 14.22, Et filiũ, וָנֶכֶד & nepotem.

נכה Percutere, Cædere, flagellare. Et vſus eius frequẽtiſſimus eſt in hifhil. Exo.12.28, הִכָּה כָל־בְּכוֹר, percuſſit omne primogenitũ. Pſal.135.10, שֶׁהִכָּה גּוֹיִם רַבִּים, qui percuſſit gentes multas. Irme.5.6, הִכָּם percuſſit eos leo. Iudic.6.16, וְהִכִּיתָ אֶת־מִדְיָן, & percuties Midián. Irme. 37.9, ſi הִכִּיתֶם occideritis. Exo.7.17, ego מַכֶּה percutio. Ieſa.14.29, virga מַכֵּךְ percutiẽtis te. Ieſa.53.4, מֻכֵּה, percuſſum Dei.i.à Deo. Deut.13.15, הַכֵּה תַכֶּה, percutiendo percuties, &c. 2. Reg.3.24, וַיַּכּוּ־בָהּ וְהַכּוֹת אֶת־מוֹאָב, & percuſſerunt eam, & percutiẽdo Moáb. Secúdum Tharghũ eſt macór vice præteriti: ſic enim habet, וּקְטָלוּ, & occiderũt. Illud autẽ quod præcedit, וַיַּכּוּ־בָהּ, ſcribitur (inquit R.D. in cõment.) cum כ, & legitur cum ב, וַיַּכּוּ & percuſſerũt. & ſcripturæ non inueni rationẽ, niſi dicatur ו eſſe loco א, vt ſit ſenſus, וַיָּבֹא־בָהּ, & ingreſſus eſt eam. ſub. Iſraél. i. ingreſſus eſt Iſraél vrbẽ quálibet, ad quã (vt euaderent) fugiebant. Et eſt in Miſráh, Et eſt alterũ è duobus quæ legũtur בָּהּ, & putãtur eſſe בָּם eas. Alterũ eſt Hoſ.9.2, vt in radice כָּחַשׁ. & ſic habet Tharghũ, וּמָחוֹ בְּהוֹן. Micháh 6.13, הַכּוֹתֶךָ, percutiendo te. Iechez.6.11, הַכֵּה בְכַפְּךָ, percute manum tuam. aut manu tua. 1. Sem.18.11, אַכֶּה בְדָוִד, percutiã Dauid. Exod.21.20, Et quũ יַכֶּה percuſſerit. Et in hofhál, Nume.25.14, הֻכָּה, percuſſus fuit. aut percuti iuſſus eſt. Pſalm.102.5, הוּכָּה, percuſſum eſt ſicut herba. Deuter.33.3, תֻּכּוּ, percutiemini. Et in puhál, Exod.9.31, non נֻכּוּ fuerunt percuſſa. Et 30, נֻכָּתָה percuſſum fuit. Et in nifhál, 2. Sem.11.14, וְנִכָּה, & percuſſus fuerit. Et mutato ה in א, Iiób 30.8, נִכְּאוּ, abiectiores fuerunt terra. vel, humiliores habitatoribus terræ, vt ſint in contemptũ atque opprobriũ, vt exponit R. Leuí in cõment. & R. Abrahám Peruſól. Tharghú, participãt de terra. R.

D.debiliores terra. Hinc dicitur נָכֶה, Debilis, Claudus, podagricus, percussus. 2.Sem.4.4, נְכֵה רַגְלָיִם debilis pedibus. Vel vtroq; pede: vel percussus vtroq; pede, vt Thargh ũ. Iesa.66.2, Ad humilem וּנְכֵה־רוּחַ & humilem spiritu. Idẽ Tharghũ & R.D. in cõment. Psal.35.15, Cõgregati sunt aduersum me נֵכִים percussi. flagellati. vel abiecti. Est autẽ (ait R. Abrahám in cõmen.) tóarinstar מֵתִים. Et est velut וּנְכֵה־רוּחַ, habétq; seri in plurali velut גֵּאִים. Sunt qui deducunt à נְכֵה רַגְלָיִם suprà citato, vt sit, debiles, aut claudi. R.D. in cõmẽt. homines abiecti. At R. Himmanuél in cõment. deducit à כָּאָה cõterere, humiliare, dolere, tristari. i. humiles, debilésque. Vel (ait) sunt impii, qui sũt causa doloris cordis iusti, sicut אֵימִים appellati sunt, quòd homines terreãt. Idẽ R. Selomóh.

Et cũ permutatione ה in א apparẽs, Iesa.16.7, Gemetis, verũtamen נְכָאִים percussi. Vel abiecti, aut tristes, siue dolore affecti, secundũ R.D. in cõment. Nomen masculeũ, מַכֶּה, Percussio, Plaga, Vulnus. כ cum seghól, instar מַטֶּה: cuius plurale est 2.Reg.9.12, Vt sanaretur in Izrehél מִן־הַמַּכִּים à vulneribus, &c. Et sic scripsit illud R. Ioséph: sed R. Ionáh scripsit esse plurale à מַכָּה nomine fœmineo, quod idem significat. Iehos.10.10, Et percussit eos מַכָּה־גְדוֹלָה plaga magna. Nachum 3.18, מַכָּתֶךָ plaga tua. Irm.19.8, Super omnes מַכֹּתֶהָ plagas eius. Est sine י. Et cum י, Irme.49.17, מַכּוֹתֶיהָ.

נֹכַח Est נֶגֶר עֻמַּת, Coram, ante, cõtra, eregione, Pro, propter. Num.19.4, Et stillabit אֶל־נֹכַח cõtra faciem tabernaculi. Iudic.18.6, נֹכַח cõtra Dominum via vestra. Prouerb.5.21, נֹכַח ante oculos. Gene.25.21, Et orauit Ischác ad Dominũ לְנֹכַח pro vxore sua. Vel, cõtra vxorem suã, eregione vxoris suæ, secundũ R.D. acsi di

cat, pro vxore ſua. Et ſunt (inquit) qui dicũt quòd dum oraret, erat eregione vxoris ſuæ, vt dirigeret in oratione cor ſuũ pro illa. Vel ſecúdum R. Selomóh in comment. contra vxoré ſuam. ipſe enim manebat in vno angulo, & orabat pro vxore ſua: vxor verò eius in altero, & orabat. Prouerb. 4.25, Oculi tui לְנֹכַח directe aſpiciant. R. Himmanuel in cõment. Oculi tui, aſpectuſq; tui ſint ſemper, vt mediã teneas viam, & ne declinent ad vnum extremorũ, quia extrema ſunt mala. Alia forma, Exo. 14.2, נִכְחוֹ ante ipſum (aut eregione ipſius) caſtrametabuntur. Ieſah. 57.2, Ambulans נְכֹחוֹ in rectitudine ſua. Vel ſecundũ R. D. in cõment. Pax quã memorauit, veniet ante iuſtũ, quando cõgregabitur. acſi dicat, In pace mortuus eſt, & in morte ſua ad pacé veniet, eáque illi occurret. R. Abrahám in cõment. exponit, Cuicũque ambulanti in vita ſua corã Deo, in morte ſua pax erit, & requies. Abſolutũ eſt inſtar קָרוֹב. & cũ pronomine, קְרוֹבוֹ, ſic נֹכַח נִכְחוֹ. Prouer. 8.9, Vniuerſi ipſi נְכֹחִים recti. Hamós 3.10, Et neſcierunt facere נְכֹחָה rectũ. Ieſa. 26.10, In terra נְכֹחוֹת rectorum. i. rerum rectarum.

נָכַל Cogitare malum corde, ex quo prouenit & factum malũ aſtute, inquit R. D. Machinari, excogitare, doloſe agere. Malachi 1. 14, Maledictus נוֹכֵל cogitans malũ. R. Abrahám, חוֹשֵׁב cogitans. Tharghú, Qui facit fraudulenter. R. D. in cõment. Cogitans cogitationé, & faciens aſtute. Et in pihél, Nume. 25.18, בְּנִכְלֵיהֶם אֲשֶׁר־נִכְּלוּ לָכֶם in calliditatib' ſuis quibus callide egerũt cõtra vos. Et in hithpahál, Pſal. 105.25, לְהִתְנַכֵּל vt machinarentur mala. Gene. 37.18, וַיִּתְנַכְּלוּ אֹתוֹ & cogitauerunt contra eum, vt interficerent eũ. R. Abrahám & R. D. cogitauerunt cogitationem malam.

נְכָס Substantia quælibet hominis, etiam in animalibus. 2. Paralip. 1. 10, Et non postulasti diuitias, נְכָסִים substantias, & gloriam.

נָכַר Agnoscere, Alienare se, alienum & extraneum se ostendere, Dissimulare id quod est, Præ se ferre id quod non est, Tradere, Claudere. 1. Semu. 23. 7, נִכַּר אֹתוֹ, R. D. in lib. ra. & in cōment. exponit, מָסַר וְהִסְגִּיר tradidit, & clausit, aut dedit. Idem Tharghū, מְסַר. Et in nifhál, Iiób 34. 19, Et nō נִכַּר־שׁוֹעַ agnitus est diues ante pauperem. Proue. 26. 24, labiis suis יִנָּכֵר agnoscetur qui odio habet. Vel melius, vt R. D. alium præ se feret. R. Himmanuél, qui odio habet alterū, abscondit odium suum, & non manifestat illud. Et quanquā suo in corde posuit dolum, in verbis tamen labiorū suorum est extraneus ab eo quod est secundum veritatem. idcirco subiūgit ei, Quū dederit vocem suā, ne credas illi, &c.

Et in pihél, Deuter. 32. 26, Ne forte יְנַכְּרוּ extranee se gerant hostes eorum. R. Abrahám, Ne forte alienos se ostendant. Tharghum, Ne forte magnificet se hostis. R. Selomóh in cōmen. Ne forte agnoscāt rem hostes eorum, & meā potentiam attribuant alteri cui non est potentia. Irme. 19. 4, וַיְנַכְּרוּ אֶת־הַמָּקוֹם הַזֶּה & alienauerūt locum istum. Et in hifhíl, Deut. 33. 9, וְאֶת־אֶחָיו לֹא הִכִּיר & fratres suos non agnouit. Et cū י formatiuo, Iiób 2. 12, Et nō הִכִּירֻהוּ agnouerūt eum. Ruth 2. 18, Sit מַכִּירֵךְ agnoscens te benedictus. Prouerb. 24. 23, הַכֵּר־פָּנִים agnoscere faciem in iudicio, &c. Gene. 37. 31, הַכֶּר־נָא agnosce quæso. Irme. 24. 5, אַכִּיר agnoscā captiuitatem Iehudáh.

Et in hithpahál est cōtrariæ significātiæ, nēpe præ se ferre alium verbo aut factis. 1. Reg. 14. 5, Et ipsa מִתְנַכֵּרָה aliam se ostendebat. Prouer. 20. 11, Etiam operibus suis

יִתְנַכֶּר־נַעַר agnoſcetur puer. vel incognitus erit. Vtroq; modo exponit R.D. in lib.rad. ſed poſterior expoſitio eſt R. Ioſéph, qui exponit acſi dicat, Puer in operibus ſuis incognitus erit: quia ſi opus eius fuerit mundum ac rectú, dico, Non eſt hoc opus pueri. R. Himmanuél in cóment. Per opera quæ facit puer in pueritia, agnoſcetur vtrum mundum, rectúmque opus futurum ſit, quum adoleuerit. Vel ſecũdum alterã ſignificantiam, acſi dicat, Quanquã vtplurimũ agnoſcuntur pueri in pueritia ſua, quales ſint futuri in iuuentute, & ſenectu te: interdum tamen inuenies illos præſeferre in pueritia oppoſitũ illius quod futuri ſunt. Tóar, 2. Reg. 12. 5, מֵאֵת מַכָּרוֹ à noto ſuo. Aliud, נֵכָר, Alienus, alienigena: ſic appellatus quòd ſit ſæpiſſime incognitus. Et ſũt cum camés omnia, præter vnũ quod eſt cum pathách, Deuter. 31. 16, poſt deos נֵכַר־הָאָרֶץ alienigenæ terræ. Vel alienationis. i. alienos. nam quũ ſuperuenerit coniunctio iſtiuſmodi nominibus, efficiũtur nomina ſubſtantiua. Alia forma, Exod. 21. 8, populo נָכְרִי alieno. Ieſa. 2. 6, Et ſcientiis נָכְרִים alienigenarũ. Fœmineum, Exod. 2. 22, In terra נָכְרִיָּה aliena. Gen. 31. 14, נָכְרִיּוֹת alienæ. Nomen cum ſex punctis, נֶכֶר, Alienatio. Iiób 31. 3, וְנֶכֶר & alienatio operantibus iniquitatẽ. Illud Hobadiáh 12, In die נָכְרוֹ alienationis ſuæ: eſt alterius ſpeciei, cuius abſolutum eſt נֹכֶר. quod R. Dauid in comment. exponit, In die qua alienauit ſe à terra ſua, & fuit ſicut alienus, quia eduxerunt eũ ex illa. Sunt (inquit) qui exponunt, in die qua traditus fuit in manu inimicorũ eius: à נִכֵּר tradere, vt dictum eſt in pihél. Tharghum, in die תְּבִירֵיהּ contritionis eius. R. Abrahám in cómen. in die infortunii ſui, qui fuit extraneus in oculis eius, quia no

agnouit dié ſimilem. Alia forma præpoſito ה,הַכָּרָה, Ieſah.3.9,הַכָּרַת agnitio vultus eorum,&c.

נְכַת Vnde נְכֹאת cú א vice ו protractiui,Res deſiderabilis.Et in Bereſith rabbáh exponitur שַׁעֲוָה cæra. Geneſ.37.24, Et cameli eorũ portantes נְכֹאת res deſiderabiles.ita R.D,R.Moſéh ſacerdos,& R.Abrahám in cómen. Tharghú,Et cameli eorũ onerati שְׁעַף cæra, vel aromate. 2.Reg.20.12,Et oſtẽdit eis omnem domũ נְכֹתֹה deſiderabilium ſuorum.Tharghum,Omnem domum gazarum ſuarum.

נָכְלָה Conſummare,perficere. Ieſah.33.1,כַּנְּלֹתְךָ quum conſummaueris tu præuaricari, præuaricabuntur in te.Vel,cum perfeceris contẽnere,contẽnent te. Et ſecundũ R.Abrahám & R.D. debuerat eſſe כְּהִנָּלֹתְךָ, inſtar כְּהִנָּלוֹתְךָ,& ſic eſt ex nifhál. Nomen,מִנְלָה,Perfectio.Iiób 15.29,Non expãdet ſe ad terrã(non creſcet) מִנְלָם perfectio eorũ.ſecundũ R.D.in lib.rad.Et eſt inſtar מִכְּרָם à כָּרָה. R. Moſéh filius Nachmán exponit vt duas dictiones,מִן לָהֶם ab eis.ſic Dani.1.5,* וַיְמַן לָהֶם & cõſtituit eis rex.Simile eſt illud Ieſa.33.7,Ecce אֶרְאֶלָּם,opinione Ionathán in Tharghú, eſt ſicut אֶרְאֶה לָהֶם oſtendam eis.Dicit ergo,Et non multiplicabitur ex eis.i.ex omnibus quæ ſunt eis. R.Abrahám Peruſól,Et nó pertinget ad perfectionẽ proſperitas eius. Et מִנְלָה eſt perfectio,& voluntas hominũ qui perficiunt voluntatem ſuam in congregatione bonorũ, vt domũ ſuam ſtabiliant. Et מִנְלָם eſt complementum voluntatis eorum. Tharghum,מִנְּהוֹן ex eis.

נָמַל Excidere,circũcidere.Gene.17.11,וּנְמַלְתֶּם אֵת בְּשַׂר, & circũcidetis carnẽ præputii veſtri. Ex hac radice eſt illud Iiób 18.16,Et ſuperne יִמַּל excidetur ramus

eius. Et in nifhál,Gen.17.26,נִמּוֹל circuncisus fuit Abrahám. Et 27, נִמֹּלוּ(pro נִמּוֹלוּ)circuncisi sunt cum illo.

Ex hac radice est נְמָלָה,Formica.Prouer.6.6,Vade ad נְמָלָה formicá piger.Plurale forma masculea,Prouerb. 30.25, הַנְּמָלִים formicæ populus non fortis. Dicta est ab excidendo,quòd grana collecta incîdat, ne nascantur, aut germinent.

נָמֵר Pardus, aut Panthera, animal maculis respersum.Irme.5.6,נָמֵר שֹׁקֵד pardus vigilans super ciuitates corū. Et 13.23, Num mutabit AEthiops pellem suam,וְנָמֵר & pardus varietates suas? Chabac.1.8, & leuiores מִנְּמֵרִים pardis equi eius.

נָסַס Eleuare,exaltare, præcipuè vexillum,à נֵס quod est vexillum. Iesah.10.18, כִּמְסֹס נֹסֵס vt dissoluitur vexillifer.siue eleuans vexillum. Prius est macór,à מָסַס dissoluere,liquefacere.quādo enim dissoluitur vexillifer,omnes milites exercitus dissoluūtur,& fugiūt. R.Abrahám in cōment.prius dicit esse nomē,hoc est, dissolutio,liquefactio,& nō esse in regimine,& esse instar יְקוֹר.R.D.in cōmen. Et erūt castra eius quēadmodum castra quæ dissoluit vexillifer: quia cadūt omnia castra. Et in pohél, Iesa.59.19,Spiritus Domini נֹסְסָה בוֹ eleuauit eū vt redire faciat eū retrorsum.Vel intransitiue,exaltabitur cōtra eū,&c.Ita R.D.Et in cōment. bifariā exponit,Spiritus Domini fugauit(pro fugabit) hostē vt non conspiciatur.Et est verbū ex binián quadrato:nā sicut כּוֹנֵן à כון , sic etiā נוֹסֵס à נוס.Vel est à נָסַס, aut נֵס vexillum. nam vt mos est mūdi,vexillifer prius percutit in exercitu eū qui contra se est:sic spiritus Domini erit vexillifer in eo , & percutiet exercitū Gog & Maghóg. Et in hithpahál,Zechar.9.16,מִתְנוֹסְסוֹת ele-

uantur. Psal.60.6, Dedisti timẽtibus te vexillũ, לְהִתְנוֹסֵס vt exaltẽtur. scilicet in eo. Dedisti (pro dabis, secũdum morem prophetarũ) timẽtibus te vexillum, vt magnificentur, & exaltẽtur super inimicos suos, eleuãdo vexillum suũ super eos. Nomẽ, נֵס, Signũ, vexillum, Velũ nauis. Nume.21.8, Et pone illũ עַל־נֵס in signũ. Tharghum, עַל־אָת super signũ. vel in signũ, vt sit עַל loco אֶל. R. Selomóh in cõment. super columnã quam vocant פרקא furcã. Et quia erat eleuata in signũ, idcirco vocauit eã נֵס. Iesa.5.26, Et eleuabit נֵס signũ gẽtibus procul. Exo.17.15, יְהוָה נִסִּי, Dominus Nissi. i. exaltatio mea. Iesa.30.17, וְכַנֵּס & sicut velũ, &c. ita R.D. in li.ra.& cõm.

נָסַג Attingere, apprehendere, Transferre è loco suo quidpiã, Retrocedere. Iesah.59.13, וְנָסוֹג & retrocedere à Deo nostro. sicut quũ quis reuertitur retrorsum. Est macór ex cal, inquit R.D. in lib.rad.& in cõment. Vel est ex nifhál à סוג, inquit R. Abrahám in cõment. & R.D. in qua radice quære alia huiusmodi in nifhál. Micháh 2.6, Non יִסַּג כְּלִמּוֹת cõprehendet ignominias. scilicet propheta Domini. Vel est singulare pro plurali. dixerat enim, Non stillabunt, aut ne stillent prophetæ Dei istis hominibus, & non accipient ignominias. nã si illis stillauerint (.i. prophetauerint) ignominia afficiẽt eos. Et יִסַּג est יַשִּׂיג, quanquã est scriptum cũ sámec, inquit R.D. in cõmen. Idem R. Abrahám in cõment. Et in hifhíl, Deuter.27.17, Maledictus מַסִּיג גְּבוּל רֵעֵהוּ qui attingit terminũ proximi sui. Tharghũ, qui mutat, siue transfert terminũ socii sui. Micháh 6.14, וְתַסֵּג & tanges, & non eiiciet. R.D. in cõmen. sic exponit, Et tanges vxorẽ ad conceptionem, & nõ eiiciet fœtũ, sed morietur in ventre eius. Et וְתַסֵּג cũ ס, est sicut וְתַשִּׂיג cum שׂ. Idem R. Abrahám in cõmen. Et in hof-

hál, Iesah.59.14, וְהֻסַּג & redire factum est retrorsum (retroactũ est) iudicium. Quære in סוג.

נסה Tentare. In pihél, Genes.22.1, Et Deus נִסָּה אֶת־אַבְרָהָם tẽtauit Abrahám. Iiób 4.2, הֲנִסָּה nónne si tẽtauerit (sub. quispiã loqui) verbũ ad te, ægrè feres? R. Leui in cõmen. hunc locũ bifariã exponit: Nouimus si נִשָּׂא assumpserimus parabolã aut verbũ ad te, ad respõdendũ verbis tuis, graue erit tibi. Vel, Nónne si tẽtauerit Deus tãgere te aliquo malo, ægre feres? Sic & R.D. R. Abrahám Perusól in cõm. Si נִסָּה (pro נִשָּׂא) assumpserimus parabolã, & sermonẽ, vt respondeamus, & loquamur ad te super his, noui quòd laborabis propter illũ, grauéque tibi erit audire illud quod respondebitur tibi. Et sic הֲנִסָּה est אם נשא si assumpserimus parabolam, & respõsionẽ: iuxta illud Nume.23.7, וַיִּשָּׂא & assumpsit parabolã suam, &c. cum permutatione ס in ש, & ה in א, sicut & Psal.4.6, נְסָה eleua. Et נ est signũ primæ personæ pluralis. Sunt etiã qui deducũt à נִסָּה tentauit. i. quũ tẽtauit te Deus vt percuteret te, mox laborasti in ipsis percussionibus. Sed prius apud me magis quadrat propter colligãtiam versus. 1.Sem.17.38, Quia nõ נִסָּה periculum fecerat. siue tẽtauerat, aut expertus fuerat. Psal. 95.9, vbi נִסּוּנִי tentauerũt me patres vestri. Exod.20.19, Ne timeatis, quia לְבַעֲבוּר נַסּוֹת vt tẽtet vos venit Deus. R. Moséh, Ne timeatis, quia hæc visio magna quã vidistis, nõ fuit nisi vt perueniret ad vos veritas, & vt videretis oculo quòd tẽtat vos Deus per prophetã mendacii. R. Selomóh in cõment. exponit, ad magnificandum, exaltãdúmque vos in mũdo venit Deus, quia egredietur vobis nomẽ in gẽtes, quòd ipse in gloria sua manifestatus sit vobis. Et dicitur à נֵס, quod est exalta-

tio. Exod.17.7, וְעַל נַסֹּתָם & eo quòd tentauerunt ipſum Dominũ. Pſal.26.2, וְנַסֵּנִי & tenta me. Ieſah.7.12, Et non אֲנַסֶּה tentabo Dominũ. Nomen, מַסָּה, Tẽtatio. Iiób 9.23, לְמַסַּת נְקִיִּים יִלְעָג tẽtationem innocentũ ſubſannabit. R. Leui exponit, Si virga interfecerit impios, ecce impius ipſe ſubſannabit tentationẽ innocentũ, & flagella eorũ. Nã leuius fertur malũ quod cito venit, & breui tranſit, vt malum impii: quàm malum innocẽtum quod diu perſeuerat. Deuter.7.18, הַמַּסֹּת הַגְּדֹלֹת tẽtationes magnas, quas viderunt oculi tui. Et dicuntur tentationes, pericula, experimenta, quia Deus probabat illos an vellent in ſua permanere impietate, an non.

נָסַח Eſt הָרַס, Deſtruere: נָתַץ, Euellere, extirpare. Prouer.15.25, בֵּית גֵּאִים יִסַּח יְהוָה domũ ſuperborũ demolietur (deſtruet) Dominus. Pſa.52.6, וְיִסָּחֲךָ & euellet te de tabernaculo. Et intranſitiuũ, Prou.2.22, יִסְּחוּ euellẽtur ex illa. Et in nifhál, Deut.28.63, וְנִסַּחְתֶּם & euellemini è terra. Nomẽ, 2. Reg.11.6, Et cuſtodietis cuſtodiam domus מַסָּח deſtructionis. i. vt nõ deſtruatur aliquis ex vobis, neque ſeparetur ab ordine cuſtodiæ vt eat ad alterum locum. Et venit quantũ ad ſignificantiam, vt illud Exo.19.21, ne forte deſtruãt (ſub. ordinẽ) vt aſcendãt &c. quia ſeparans ſe ab ordine, eſt acſi deſtrueret ſtationem. Vel, vt non diuertatis cogitationes veſtras ad alia: ſed ſint oculi veſtri, & corda veſtra iugiter ad cuſtodiam domus.

נָסַךְ Eſt סָתַר, Abſcõdere: כָּסָה, Tegere, operire: יָצַק, Fũdere: נָתַךְ, Effundere, conflare: גָּדַל, Magnificare: קָצִין, Principem conſtituere. Ieſah.29.10, quia נָסַךְ עֲלֵיכֶם יְהוָה רוּחַ תַּרְדֵּמָה operuit vos Domin' ſpiritu ſoporis. acſi dicat, Operuit vos fortitudine ſoporis, vt ruere eũ face

ret ſuper vos, adeò vt reputaremini ſoporati, quòd nõ audiretis vocantẽ vos. Tharghú, Proiecit inter vos ſpiritum erroris. Ieſa.40.19, הַפֶּסֶל נָסַךְ חָרָשׁ Num ſculptile fudit (conflauit) artifex? ita R. Abrahám. R.D. in li.ra. & in cõment. operuit: acſi dicat, fecit ſculptile è lapide, aut è ligno, & poſtea operuit illud auro, vel argẽto. Vel fudit aut cõflauit: ſub. auro, vel argẽto. Pſal.2.6, & ego נָסַכְתִּי מַלְכִּי regnare feci regẽ meũ. i. feci vt eſſet ex principibus meis: vt Iehoſ.13.20, & Chur, & Rébah נְסִיכֵי principes Sichón. Ita R. Abrahám & R. Dauid in cõment. Et dixit regem meum . i . quem ego regnare feci . Et Ieſah.30.1, וְלִנְסֹךְ מַסֵּכָה & vt tegerent tegumentum (vel operirent operimentum) & non ſpiritu meo. Loquitur metaphorice de cõſilio quod debet eſſe tectũ. Vel, & vt conſtituerẽt principẽ. Acſi dicat, (inquit R.D. in lib. rad.) Vt ponerent ſuper ſe principes, qui nõ erant ſecũdum voluntatẽ meam, quia quærebãt adhuc auxilium à Parhone, quemadmodũ dixit poſtea, verſu 2, Qui ambulant vt deſcendãt in AEgyptũ, & os meum non interrogauerũt, vt ſeipſos roborẽt robore Parhóh, & ſperent in vmbra AEgypti. In cõment. exponit, Et ad cõſulendum conſiliũ, quia conſilium fit in ſecreto, & in occulto, vel, ad tegendũ conſilium &c. Et Ieſah.25.7, וְהַמַּסֵּכָה הַנְּסוּכָה & operimentũ opertum ſuper omnes gẽtes. Idẽ R. Abrahám & R.D. in cõment. Hoſe.9.4. non יִסְּכוּ fundent Domino vinũ. Exod.30.9, וְנֵסֶךְ לֹא תִסְּכוּ עָלָיו & fuſionẽ non fundetis ſuper illud. Vel, & libamen nõ libabitis. Et in hifhíl, Irme.32.29, וְהִסִּכוּ נְסָכִים & libabunt libamina diis aliis. Nume.28.7, הַסֵּךְ נֶסֶךְ שֵׁכָר לַיהוָה libare fac libamen ſechár Domino. Gen.35.14, וַיַּסֵּךְ עָלֶיהָ נֶסֶךְ & libauit ſuper illã libamen. Vel, & fudit ſuper eã,

fusionem, sub. aquæ & vini. Et est sensus, lauit eã, & postea effudit super eam oleũ, inquit R. Abrahám in cõment. Et in pihél, 1. Paral. 11.18, וַיְנַסֵּךְ & libauit eas Domino. Et in nifhál, Prou. 8.23, A sæculo נִסַּכְתִּי regnaui. principatũ habui. Et in hofhál, Exo. 25.29, וּקְשׂוֹתָיו & mediatos calamos eius, & cyathos eius in quibus יֻסַּךְ libabitur. קְשׂוֹת erant instar mediatorũ calamorum vacuorũ, quos ponebant in summitate vniuscuiusque panis, vt ingrederetur ventus, siue aer, inter ipsos panes, ne mucidi efficerentur. & erant veluti operimentum ipsis panibus. Nomen נֵסֶךְ, cũ quinque punctis, & נֶסֶךְ cum sex, Fusio, effusio, Cõflatio, Libamen. Sunt tamen duo duntaxat cũ quinque punctis: Exod. 30.9, וְנֵסֶךְ & libamen: Et 29.40, וְנֵסֶךְ. Cætera sunt cũ sex punctis, inquit R. Dauid in Michlól. Ioél 1.13, sacrificiũ וָנֶסֶךְ & libamen. Iesah. 48.5, וְנִסְכִּי & cõflatile meum. Leui. 23. 37, וּנְסָכִים & libamina. Alia forma, Deute. 32.37, Bibét vinum נְסִיכָם libaminũ eorum. Aliud, מַסֵּכָה, Operimentum, pannus quo operitur lectus, Cõflatile, Consilium. Deut. 9.12, fecerunt sibi מַסֵּכָה conflatile. Sic appellatũ quòd funderetur: aut quòd sculptũ, auro vel argento tegeretur quũ fiebat è lapide vel ligno: aureum autem, argẽteúmque, fundebatur. Iudic. 16.13, si texueris septẽ cincinnos capitis mei cũ הַמַּסֶּכֶת licio: vel cortina, vt R. Dauid in cõment. 2. Paral. 28.2, & etiã מַסֵּכוֹת cõflatilia fecit. Alia forma, Nume. 4.7, Et mediatos calamos הַנָּסֶךְ operimenti. i. quibus operiebãt panem.

Tóar, נְסִיךְ, Princeps, dux, rex: & נְסִיכִים, Principes. Iechez. 32. 29, Ibi נְסִיכֵי principes Aquilonis. Psalm. 83.11, נְסִיכֵמוֹ principes eorum.

נָסַע Proficisci. Gene. 33.17, Et Iahacób נָסַע profectus est. Nume. 11.30, Et ventus נָסַע profectus est à

34, Et rex Iſraél erat מַעֲמִיד tenens ſeipſum (vel roborans)in curru cõtra Arám vſque ad veſperá. ne ſcilicet Syri percuſſum illũ viderent : ſed oſtendebat ſe perinde acſi non fuiſſet percuſſus, ne Syri cõfortarentur, & roborarentur in prælio contra Iſraél. Et participiũ paſſiuũ, 1. Reg.22.35, Et rex Iſraél erat מָעֳמָד ſtatutus(roboratus,ſtare factus)in curru. quia(inquit R.D.in comment.)ob vulnus non inclinauit ſeipſum, ſed roborauit, & ſeipſum tenuit firmũ acſi in curru equitaret: ne Iſraél agnoſceret eũ eſſe percuſſum,& cor eius in prælio molleſceret contra Arám,vt expugnatis vſu venire ſolet. Tharghũ,erat roborans ſe. Pſal.69.3,Et non erat מָעֳמָד ſtatutus.firmatus,roboratus. Eſt(inquit R.D.in cõment.)pahúl ex hifhíl:éſtquę ſenſus,Et non eſt vnũ è membris meis ſtatutũ,(firmatum,roboratũ,)quia in aqua ſubmerſus ſum. At R.Abrahám hoc modo ſcribit, In מָעֳמָד, ע eſt cũ camés chathéph, & debuerat eſſe cũ pathach,quia eſt nomen. At R.Moſéh dixit eſſe nomen,inſtar מֻקְטָר מֻגָּשׁ,ſed eſt mutatũ ob literã gutturalem. R.Himmanuél in cõment. Eſt participiũ paſſiuum ex hifhíl,hoc ſenſu, fui inſtar merſi in aqua, qui non ſtat vi ſuper aquã,quæ eſt ſtatuta(firmata)per ſtatuentes aut firmãtes: ſed eſt proſtratus in ſuperficie aquarũ, & aquæ detrahũt eum vi ac violentia. Dani.11. 14,לְהַעֲמִיד חָזוֹן ad ſtatuendam(confirmandam) viſionẽ. Ieſah.21.6,הַעֲמֵד ſtatue ſpeculatorẽ. Proue.29.4, Rex in iudicio יַעֲמִיד אָרֶץ ſtare faciet terrã. Et in hofhál, Leuit.16.10, Et hircus,&c. יָעֳמַד־חַי ſtatuetur viuus coram Domino. Nomẽ,præpoſito מ,1. Reg.10.5,וּמַעֲמַד & ſtatũ(conſtitutionẽ) miniſtrorũ eius. R.D.in cõm.exponit,Et ſtatũ,&c. quia vnuſquiſque tenebat ſtatũ ſuũ.i.

locũ in quo debebat ſtare. Ieſah. 22. 19, וּמִמַּעֲמָדְךָ & de ſtatione tua (.i. loco vbi ſtas) deſtruet te. i. de officio tuo, aut præfectura tua in qua es. 1. Paral. 23. 28, Quia מַעֲמָדָם ſtatus eorũ (vel miniſteriũ, aut officium) ad manum filiorũ Aharón. Alia forma, עֶמְדָּה, inſtar חֶמְדָּה, Statio. Micháh 1. 10, יִקַּח Accipiet (tollet) à vobis עֶמְדָּתוֹ ſtationẽ eius. i. diſcet à vobis ſtationẽ eius. acſi dicat, Non egredietur habitatrix Saanán ad planctũ Bethhaéſel, quia diſcet à vobis ſtationẽ eius: quẽadmodum vos non egreſſi eſtis ad plangendũ in captiuitate fratres veſtros, ſic non egredientur ipſi in captiuitate veſtra. Hæc R. D. in lib. rad. In cõment. verò, Dixit quòd non ſunt egreſſi habitatores Saanán ad planctũ Bethhaéſel, quando ducti fuerũt captiui. Videtur enim, habitatores Haéſel primũ ductos fuiſſe captiuos: & flentibus, plangentibúſque illis dũ egrederentur in captiuitatẽ, non fuiſſe egreſſos habitatores Saanán, qui erant vicini illorũ, ad cõſolandum eos: quia nouerant quòd & ipſi poſtea eſſent ducendi captiui, & ſibi ſat eſſe ſuã anguſtiam & afflictionẽ. R. Ioſéph, Accipiet, &c. i. inimicus qui ſtabit ac morabitur in munitione cõtra vos, accipiet à vobis mercedẽ ſtationis ſuæ, quia capiet quicquid eſt vobis, & captiuos ducet vos. עֶמְדָּה autẽ eſt nomen, inſtar חֶמְדָּה. R. Abrahám in cõm. Accipiet, &c. Senſus eſt, Nõ egreſſa eſt habitatrix Saanán ad plangendũ Bethhaéſel, neque ad auxiliandũ vicinis ſuis: ſed in loco ſuo ſtetit, & accepit eruditionẽ ab omnibus his vrbibus quæ ibant in captiuitatẽ. nã יִקַּח, eſt accipiet eruditionẽ & doctrinam: vnde לֶקַח doctrina, Vide לָקַח. Hinc & עַמּוּד, Columna: ſic appellata, quòd fulciat, ſuſtentétque domum, & ſtet ſub illa. Exod. 13. 22, עַמּוּד הֶעָנָן columna nu

bis. Irme. 52. 21, Altitudo הָעַמּוּד הָאֶחָד columnæ vnius. Plurale, עַמּוּדִים. Exod. 27. 10, Capita הָעַמֻּדִים columnarũ. Nume. 3. 37, וְעַמֻּדֵי & columnæ atrii. Exod. 35. 11, אֶת־עַמֻּדָיו columnas eius. Hinc & עִמָּדִי, Mecum. Psal. 23. 4, Quoniã tu עִמָּדִי mecum. Est enim sicut עִמִּי. Et potest deduci significatio ab עָמַד, quasi in loco vbi ego sto. Et non inuenitur nisi cum pronomine primæ personæ.

עמל Laborare, fatigari, Peruertere, inique agere. Eccles. 2. 21, & homini שֶׁלֹּא עָמַל־בּוֹ qui non laborauit in eo. Et 11, וּבֶעָמָל שֶׁעָמַלְתִּי & in labore in quo laboraui. Prou. 16. 26, anima עָמֵל עָמְלָה לּוֹ laborantis laborauit sibi. Ecclesi. 8. 17, יַעֲמֹל laborabit. Tóar, עָמֵל, Laborans, Fatigatus. Iiób 20. 22, omnis manus עָמֵל laborãtis. fatigati. Iudi. 5. 26, ad malleũ עֲמֵלִים laborãtiũ. Nomẽ, עָמָל, Labor, Fatigatio, Peruersitas, iniquitas. vbique masculeum, præter vnũ, Eccles. 10. 15, עֲמַל הַכְּסִילִים תְּיַגְּעֶנּוּ labor stultorum laborare faciet eũ. i. vnunquenque eorum. hic est fœmineũ. Nume. 23. 21, & non vidit עָמָל peruersitatem in Israél. sic R. Himmanuél. R. Selomoh, trãsgressionem, præuaricationẽ. Tharghum, idóla. Iesah. 10. 1, עָמָל peruersitatem scribere fecerunt. Alii, mendaciũ. Psal. 10. 7, sub lingua eius עָמָל peruersitas. R. Selomóh, transgressio. Et 94. 20, formans עָמָל laborem super præceptũ. vel peruersitatem, iniquitatẽ. R. D. in cõment. acsi dicat, Operans, & faciens peruersitatem, & iniquitatem super præceptum. i. sicut præceptum eius quod facit peruersitatem, & iniquitatem: sed non sic præceptũ tuum quod facit iudicium veritatis. Eccle. 2. 11, וּבֶעָמָל & in labore quo laboraui. Iiób 5. 7, homo לְעָמָל ad laborem natus est. Eccles. 2. 24. בַּעֲמָלוֹ in labore suo.

עמס Onerare, Portare, Afferre, Apportare. Interdũ scribitur cum ש vice ס, vt Nechem. 4. 17, & qui

ferebant onus, עֹמְשִׂים onerantes.i.& qui onerabant.Zechar.12.3,omnes עֹמְסֶיהָ onerantes se illo.sub.lapide. Iesa.46.3,הָעֲמֻסִים qui portamini ab vtero. Et 1, quæ ferũt vos עֲמֻסוֹת onusta.alloquitur idóla. Psal.68.20,יַעֲמָס־לָנוּ הָאֵל יְשׁוּעָתֵנוּ portabit nos Deus salutis nostræ.Vel sic,apportabit nobis Deus salutem nostrã.R.D.in cõment. יַעֲמֹס est יִשָּׂא portabit,apportabit,afferet:& sic Gen.44, vt paulò infrà,iuxta illud Nume.16,15, non asinũ vnũ ex eis נָשָׂאתִי tuli.i.imposui illi onus ad ferendũ.Et subauditur,afferet(benedictiones suas)nobis Deus salutis nostræ.Vel apportabit nobis Deus salutem nostrã per singulos dies.Hucusque R.D.& hoc pacto nó est opus aliquid subaudire.Et R.Abra. in cõmẽt.Afferet nobis, sub.benedictiones suas.Et sunt qui dicũt quòd accusatiuus personæ patiẽtis est יְשׁוּעָתֵנוּ salutẽ nostram.Et R. Himmanuél,onerabit.Genes.44.13,וַיַּעֲמֹס & tulit. Et in hifhíl, 1.Reg.12. 11, Et nunc pater meus הֶעְמִיס עֲלֵיכֶם עֹל כָּבֵד onerare fecit vos iugo graui. Nomen,Zechar. 12.3,ponam Ierusaláim אֶבֶן מַעֲמָסָה lapidem oneris(.i.onerosum,ac ponderosum)omnibus populis.

עָמַק Profundum esse.Psal.92.6, Valde עָמְקוּ profundæ sunt cogitationes tuæ. Tóar,Leuit.13.3, & aspectus plagæ עָמֹק מֵעוֹר profundior cute. Eccles. 7.25, וְעָמֹק עָמֹק & profundum profundũ,quis inueniet illud? ק in plurali daghessatur,& sic in fœmineo, Prouer.18. 4, aquæ עֲמֻקִּים profundæ verba oris viri. Et 22. 14, fouea עֲמֻקָּה profunda. Iiób 12. 22, qui detegit עֲמֻקוֹת profunda. R. Ionáh scripsit esse lene: R.verò D. cum daghés. In hifhíl,Iesa.30.33,הֶעְמִיק profundam esse fecit. vel multiplicauit. Irm.49.8,הֶעְמִיקוּ נָסוּ הָפְנוּ fugite,vertite vos,in profundũ ite ad habitãdũ. Præteritũ, ait R.

D.in Michlól vice imperatiui. Poteſt & hoc modo exponi, ſecundũ eundem in cõment. fugite habitatores Dedán, quia inimici veſtri verſi ſunt, profunde egerũt: vel multiplicauerunt vt habitent in terra veſtra, expellántque vos, & captiuos ducant. R. Ioséph ſic exponit, Quando dixerũt, Fugite: ipſi verſi ſunt, & profunde egerunt vt fugerent: & roborauerunt locum habitationis ſuæ, ne attingeret eos inimicus. Et opus eſt hoc modo exponere, quia non poſſumus exponere הֻפְנוּ imperatiue, ſicut נֻסוּ: quia non eſt imperatiuũ in hoſhál. Et ſic הֶעְמִיקוּ eſt præteritum, quia ה eſt cum Seghól. nam ſi eſſet imperatiuũ, haberet pathách. Et 30, fugite, elongate vos valde, הַעְמִיקוּ in profundũ ite ad haditandũ. Ieſah. 31. 6, conuertimini לַאֲשֶׁר הֶעְמִיקוּ סָרָה ad eum contra quẽ multiplicauerunt peruerſum verbũ (vel opus) filii Iſraél. R. D. in cóment. Dicit, quemadmodũ multiplicauerunt vt facerent peruerſum opus, & ſunt filii Iſraél qui impie egerunt, Conuertimini à viis veſtris malis, conuertimini antequã veniat dies vt conuertamini in cõſpectu omnium quãdo videbitis opus magnum, quod facturus eſt Deus in caſtris Aſſúr: & maior erit vobis retributio bona ſi conuerſi fueritis antea. Idcirco credite verbis prophetæ. R. Abrahám in comment. Verba ſunt prophetæ, Conuertimini ad Dominũ vos filii Iſraél: cur profunde abſcondiſtis ei peruerſum opus? Hoſe. 9. 9, הֶעְמִיקוּ multiplicauerunt (ſub. סָרָה auerſionem,) corruperunt (ſub. vias ſuas) ſecundum dies Ghibháh. i. vt corruperũt filii Beniamin in Ghibháh. ita R. D. in cóment. Vel ſic, profundi fuerunt (ad male faciendum) &c. ſecundũ dies Ghibháh quando defecit (rebellauit) Biniamín, inquit R. Abrahám. Ieſah. 29. 15, væ

væ הַמַּעֲמִיקִים iis qui profundi ſunt(aut qui multiplicát) à Domino vt abſcondant conſiliũ. R.D. in comment. qui profundi ſunt in cogitationibus ſuis vt abſcondát à Domino cõſiliũ. R. Abrahám, iis quorũ cor eſt profũdũ &c. Ieſa.7.11, Pete tibi ſignũ &c. הַעְמֵק שְׁאָלָה multiplica petẽdo. ſic R.D. in lib. rad. Secundũ R. Abra. in cõment. vtrũque eſt imperatiuũ, Multiplica(&) pete. deficit enim coniunctio. Et שְׁאָלָה eſt imperatiuũ vt illud Dani.9.19, Domine שְׁמָעָה audi, Domine סְלָחָה parce. R. D. in cõm. Multiplica vt petas, an tale ſignum velis vt det tibi. Et שְׁאָלָה eſt macór inſtar imperatiui, vt Dani. 9, (quod ſuprà citatum eſt) Et eſt ſenſus, Multiplica(vel profunda) eleua(aut eleuare fac) ſi volueris ſignũ in cælo, vel in terra. Et ſic interpretatus eſt Ionathán, Pete tibi ſignũ à Domino Deo tuo, Pete vt fiat tibi נֵס ſignũ ſuper terrã, vel oſtẽdatur tibi in cælo. Nomẽ, Pſa.130.1, מִמַּעֲמַקִּים de profunditatibus inuocaui te. Iechez.27.37, בְּמַעֲמַקֵּי־מָיִם in profundis aquarũ. Alia forma, Prouerb.25.3, cælum ad altitudinem, & terra לָעֹמֶק ad profunditatem. Tóar, עָמֹק, Profundus. inſtar שָׁמֵן דָּשֵׁן. Ieſah.33.19, populum עִמְקֵי profundos labio. i. profundi labii. Et quia vallis eſt profunda, appellatur עֵמֶק, cum quinque punctis. Gene.14.17, הוּא עֵמֶק הַמֶּלֶךְ ipſa eſt vallis regis. 1. Reg.20.28, dii עֲמָקִים vallium.

עמר In hithpahál eſt Vti re aliqua, & eam negotiari, Proſtituere venalem. Deute.24.7, וְהִתְעַמֶּר־בּוֹ & vſus fuerit illo, & vendiderit eũ. Exponunt doctores Hebræorum(inquit R.D.) Qui furatur animam de Iſraél, non eſt reus niſi introduxerit eã in domũ ſuam, & negotiatus fuerit eam, & vendiderit illam. Sũt qui exponũt, & oppreſſerit eã, vel in ſeruitutem redegerit.

Tharghum, וְיִתַּגַּר בַּהּ & negotiatus fuerit illa. siue illã, aut, mercaturá exercuerit illa. Et 21.14, & vendendo nõ vendes eam argento, לֹא־תִתְעַמֵּר בָּהּ nõ negotiaberis illã vel ex ea. non prostitues venalem. Hinc עֹמֶר, Mensuræ genus continens decimã partem epháh. Exo.16.36, וְהָעֹמֶר & hómer decima pars epháh. Significat & manipulum. Deuter.24.19, & oblitus fueris עֹמֶר manipuli in agro. Ruth.2.15, הָעֳמָרִים manipulos colligat. Alia forma, Hamós 2.13, plaustrum plenũ עָמִיר manipulo. Irme. 9. 22, וּכְעָמִיר & sicut manipulus post messorem.

Hinc verbum in pihél, pro Manipulos colligere. Psal. 129.7, nec brachiũ suum מְעַמֵּר qui manipulos colligit.

עֻמַּת Vnde עָמִית quod est חָבֵר, Socius. Leuit.6.2, Vel oppresserit אֶת־עֲמִיתוֹ socium suum. Hinc est עֻמַּת, quod ligatur cum כָּל, sicut in lingua Aramea כָּל־קֳבֵל, Dani.2.12. Ecclesi.5.15, כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא כֵּן יֵלֵךְ quemadmodũ venit, sic ibit. Rectũ est illud quod scripsit de hac dictione Hagghaón auéghiáth, quòd לְעֻמַּת nunquã est sine ל, sicut nec לְמַעַן, nec בַּעֲבוּר sine ב. Et in כָּל־עֻמַּת est similitudinis aduerbiũ, Et ל est ipsius לְעֻמַּת. & debebat esse dictio vna כִּלְעֻמַּת, sed est separata, & duæ dictiones, & vna significatio, vt Iesa.61.1, פְּקַח־קוֹחַ. Exo.25.27, לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת eregione clausuræ. 1. Reg.7.20, מִלְּעֻמַּת הַבֶּטֶן eregione ventris. i. loci medii. 2. Semu.16.13, לְעֻמָּתוֹ contra ipsum. Ieche.1.20, & rotæ eleuabantur לְעֻמָּתָם cõtra ea.

עָנָן Nubes. Iechez.1.4, עָנָן גָּדוֹל nubes magna. Hose. 6.5, כַּעֲנַן־בֹּקֶר sicut nubes matutina. Et verbum in pihél, pro Obnubilo. Gene.9.14, Et erit, בְּעַנְנִי עָנָן quũ obnubilauero nube super terram.

עוֹנֵן Vide עָנַן.

עֵנָב Vua. Deute.32.14, Et sanguinem עֵנָב vuæ. Nume.6.3, וַעֲנָבִים & vuas

recentes. Deuter.32. 32, עֲנָבֵמוֹ עִנְּבֵי רוֹשׁ vua eorum, vuæ veneni.i.venenosæ.cum daghés ob decorem.

עָנַג Delectari,oblectari. In pihél.Irme.6.2, וְהַמְּעֻנָּגָה & delicatæ (sub.mulieri) assimilaui filiã Siión. Et in hithpahál, Psal.37.11, וְהִתְעַנְּגוּ & oblectabuntur multitudine pacis.Iiób 22.26, tũc עַל־שַׁדַּי תִּתְעַנָּג Omnipotente oblectaberis. Tóar,Deute.28.53,Vir tener in te,וְהֶעָנֹג & delicatus. Nomẽ,Iesah.13.22, Et serpentes in ædibus עֹנֶג deliciarũ.Et 58.13, sabbatum עֹנֶג deliciarum. Alia forma,præposito ת.Prouer.19.10,Non decẽt stulto תַּעֲנוּג deliciæ.Micháh 1.15,super filios תַּעֲנוּגָיִךְ deliciarum tuarum.Et 2.9,vxores populi mei expellebatis è domo תַּעֲנוּגֶיהָ deliciarum suarũ.i.Vxores populi mei pauperis eiicere faciebatis è domo maritorũ, in qua erant deliciæ illarum. Fœmineum,Eccle.2.8,Feci mihi &c.וְתַעֲנוּגֹת & delicias filiorum hominum.

עָנַד Ligare.In cal.Prouer.6.21,עָנְדֵם liga ea in gutture tuo.Iiób 31.36,אֶעֶנְדֶנּוּ ligabo eum.

עָנָה Respondere,Loqui,Testificari,Clamare, Canere,cantare,eleuare vocem,Humiliare,Rem habere,Affligere,ieiunare,Depauperare. Irm.23.35,Quid עָנָה respondit(vel locutus est)Dominus?Deuter.19.18, שֶׁקֶר עָנָה בְאָחִיו mendacium locutus est in fratrẽ suũ.aut testificatus est.Hose.5.5,וְעָנָה & humiliabitur.vel humiliabit se.Vel,& testificabitur,secundũ R.D. in lib.rad. & R.Abrahám.Iesah.13.22.וְעָנָה & cantabit (pro cantabũt,eleuabunt vocẽ)vlulæ.Et 30.19,Quũ audierit, ipse עָנָךְ respondebit tibi . præteritũ pro futuro. i. exaudiet te.Deut.26.5,וְעָנִיתָ & loquêris,dicésque &c. Psal.116.10, ego עָנִיתִי humiliatus sũ valde.vel humiliaui me: aut afflictus sũ,siue afflixi me,vt alii exponũt. Iesa.3.9,Agni-

tio vultus eorũ עָנְתָה בָּם respondebit eis. vel loquetur, aut testificabitur contra eos. Et sic quãdo construitur cum ב, sæpius significat loqui, aut testificari. Gene.30.33, וְעָנְתָה־בִּי & testificabitur mihi iustitia mea. Hose.2.15, וְעָנְתָה שָׁמָּה & cantabitur ibi. Iiób 32.13, עוֹנֶה אֲמָרָיו מִכֶּם respondens sermonibus eius ex vobis. Exo.32.18, non est vox עֲנוֹת גְּבוּרָה וְאֵין קוֹל עֲנוֹת חֲלוּשָׁה קוֹל עַנּוֹת אָנֹכִי שֹׁמֵעַ clamandi fortiter, neque vox clamandi debiliter, vocem cantandi ego audio. i. non est clamor vincentium in prælio, neque clamor debiliũ qui vincũtur. Eadem est expositio Onchelós in Tharghum. R. Selomóh in cõment. Vox hæc non videtur vox virorũ clamantiũ, Victoria: neque vox debilium clamantium Væ, vel fuga: vocem ego audio עַנּוֹת, hoc est חֵרוּפִין probris affectorũ, quæ affligit animũ audientiũ, quum dicitur eis. Deut. 19. 16, לַעֲנוֹת בּוֹ סָרָה ad testificandum contra eũ peruersum verbũ. Eccles.1.13, hanc occupationem malã dedit Deus filiis hominum לַעֲנוֹת בּוֹ vt occupent se in ea. Idẽ R. Abrahám in commen. Et sunt (inquit) qui exponũt, Hanc afflictionem &c. vt affligant se in illa. & sic exponunt illud Psal.116.10, ego עָנִיתִי afflictus sum valde. 1. Reg. 18. 36, עֲנֵנִי יְהוָֹה עֲנֵנִי exaudi me Domine, exaudi me. Psal.147.7, עֱנוּ לַיהוָֹה canite Domino in confessione. Prouerb.1.27, inuocabunt me, & non אֶעֱנֶה exaudiã. Iiób 14.15, vocabis, & ego אֶעֱנֶךָּ respondebo tibi. Iesah. 25.5, excisio fortes יַעֲנֶה humiliabit. Secundũ R. Abrahám, est verbum intransitiuũ: & exponit, Cántus fortium humiliabitur, &c. Vide זָמַר, in nomine זָמִיר. Iiób 20.3, & spiritus intelligentiæ meæ יַעֲנֵנִי respondebit mihi. vel potius, respondere faciet me. i. coget me respondere, secundum R.D. in lib. ra. est enim (inquit) trans-

itiuum in duo pehulím. Psalm.55.20, exaudiet Deus, וְיַעֲנֵם & alloquetur eos. aut testificabitur eis. Est enim sicut יַעֲנֶה בָּם, ait R.Abrahám & R.D. Iiób 3.2, וַיַּעַן & locutus est Iiób,& dixit. Vel,& clamauit, secundum R.Leuí & R.D. Chab.2. 11, Quia lapis de pariete clamabit, & tignum de ligno (vel arbore) יַעֲנֶנָּה respondebit illi. Vel, clamabit cum illo, secundú R.D. in lib.rad. & est sicut יַעֲנֶה עִמָּהּ. Priori modo exponit in cómen. pro יַעֲנֶה אוֹתָהּ respondebit illi: acsi dicat, Prorsus omnibus notú est, ac manifestum, quòd ædificia tua sunt de rapina, adeò vt lapis clamet de pariete in quo est ædificatus, Sú de rapina. & tignum de arbore respondet illi lapidi, Ego quoque sum de rapina. Iudic.5.29, תַּעֲנֶינָּה respondebunt. 1.Sem.18.7, וַתַּעֲנֶינָה & responderũt mulieres. Sunt cũ daghés ob defectum alterius נ, inquit R.D. in Mich lól. Hos.2.21, in die illa אֶעֱנֶה exaudiam, dicit Dominus, אֶעֱנֶה אֶת־הַשָּׁמַיִם וְהֵם יַעֲנוּ אֶת־הָאָרֶץ exaudiã cælos,& ipsi exaudient terram. Acsi dicat, (inquit R.D. in lib.rad.) Quũ cæli, quibus prohibitum est ne dent pluuiam, postulauerint pluuiã, exaudiet eos,& dabit illis pluuiã. Et ipsi exaudient terram, dãdo illi pluuiam, acsi cæli terráque pluuiam postularent. Et 22, & terra תַּעֲנֶה אֶת־הַדָּגָן &c. exaudiet frumentũ,& vinum (sub. nouum) & oleum:& ipsa יַעֲנוּ אֶת־יִזְרְעֶאל exaudient Izrehél. Acsi frumentum &c. postularẽt vt terra produceret ipsa. Multum enim temporis manet antequã producat fructus: & ipsa, exaudient vellem Izrehél, acsi vallis ipsa postularet illa. multo enim tẽpore manet arida,& postea multiplicat frumentũ,& vinum,& oleũ, quæ multiplicant orbem. i. terrã habitatam. Et sic Eccles.10.19, & argentum יַעֲנֶה אֶת־הַכֹּל exaudiet omnia. Acsi omnia quæ sunt necessa-

ria homini, postularẽt argẽtũ, & argẽtũ impleret omnia: Vel argẽtũ iuuabit omnia. Alii, argẽtú respõdet (.i. correspondet) omnibus. R. Abrahám in loco Hoseah 2, suprà citato, hunc locum exponit יַמְצִיא inuenire faciet omnia. Et sic in comment. inuenire faciet omnia quæ quis voluerit. Et illud Hoseah sic explicat, Exaudiã cælos, contra illud, Leuit. 26.19, Et dabo cælos vestros sicut ferrũ, & terram vestrã sicut æs. Et ipsi exaudient terram, quia dabunt rorẽ suum, pluuiámque in tempore suo, & ipsa exaudient Izrehél, vt sit ibi hominũ multitudo. Et in cõment. R.D. eodem ferè modo exponit, Exaudiã cælos &c. quemadmodum dixit suprà eodem capite, versu 10, Et accipiã frumẽtum meũ. Dixit quòd tempore salutis cæli dabunt rorem suũ, & terra fructũ suum. Exaudiá cælos qui prohibiti erant ne darẽt pluuiam, sicut tempore Acháb: exaudiam illos, quia tempore illo nõ prohibebuntur amplius. Et dixit Exaudiã: acsi cæli postularent, vt secundũ morem suum darent pluuiã: & ego exaudiam eos, & terrã eorum, vt dẽt pluuiam secundũ morem suum, pluuias benedictionis. & hoc est exaudiam: quia erit voluntas mea in eis. Et ipsi exaudiẽt terrã, Acsi terra postularet, desiderarétq; pluuiã. Et terra exaudiet, quia dabit prouẽtũ suũ: & arbor agri dabit fructũ suũ. Et ipsi exaudiẽt Izrehél, Quia in bonorũ multiplicatione, qui illa comedũt, multiplicãtur: quia erũt desolata plena pecudib' Israél, qui in vindictã vocat' est Izrehél, quòd essẽt inter gẽtes dissemina ti. At tẽpore salutis vocabitur Izrehél, quia erũt in terra sua sati. Idcirco dixit postea, Et serã eã mihi in terra.

Et in pihél, Psal. 102.24, עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחוֹ afflixit in via fortitudinem meam. Thren. 3.33, Quia non עִנָּה afflixit de

corde ſuo.i.volútate ſua. R.Abrahám. Pſal.88.7,Et omnibus fluctibus tuis עִנִּיתָ humiliaſti.ſub.me.Idem R. D.in commen. Et 119.75,Et in veritate עִנִּיתָנִי afflixiſti me.Idem Tharghú & R.D. Sephan.3.18,omnes מְעַנַּיִךְ affligentes te. Ieſah.53.4,reputauimus,&c.וּמְעֻנֶּה & humiliatú.aut afflictum. Exo.1.11,vt עַנֹּתוֹ affligeret eum. Iudic.19.24,וְעַנּוּ אוֹתָם & affligite eas.i.rem habete cum illis.Nachum 1.12,Nõ אֲעַנֵּךְ affligam te vltrá.2.Reg.17.20,וַיְעַנֵּם & afflixit eos.Leuit.16.29,Decima menſis תְּעַנּוּ אֶת־נַפְשֹׁתֵיכֶם affligetis animas veſtras.i.ieiunabitis. Et in nif hál,Ieſah.53.7,Et ipſe נַעֲנֶה afflictus eſt,(pro affligetur,)& non aperiet os ſuum.Ieche.14.7,Ego Dominus נַעֲנֶה־לוֹ בִּי reſpondeo(pro reſpondebo, ſecũdum R. D.)ei propter me.i. propter nomẽ meum, vt reuelem ſecretũ cordis eius mali. At non requirã illum vt dem illi petitionẽ eius, ſed oppoſitũ petitionis eius dabo illi,quia dabo faciẽ(.i.iram)meam in virum,&c. vt exponit R.D.in cõment. Et 4,Ego Dominus נַעֲנֵיתִי לוֹ בָהּ בְּרֹב גִּלּוּלָיו reſpondi ei venienti in multitudine idolorũ ſuorum.Vbi R.D.in cõmẽ.hoc modo ſcribit,Opus eſt exponere נַעֲנֶה & נַעֲנֵיתִי ſecundũ binián nif hál, & illorũ ſignificantiã. Sunt igitur ex binián nif hál: & Deus eſt agens,quando reſpõdet,aut exaudit clamantẽ ad ſe,vt dicitur 1.Reg.18.37,Exaudi me Domine,exaudi me.Et 24,deus qui יַעֲנֶה exaudiet per ignem, ipſe eſt Deus. Et homo qui clamat,eſt נַעֲנֶה exauditus.quẽadmodum dixit Iiób 19.7, Ecce clamabo propter iniquitatẽ, & non אֵעָנֶה exaudiar. Ecce,Deus eſt qui exaudit,& homo qui exauditur. Et quomodo dixit de Deo benedicto נַעֲנֶה,& נַעֲנֵיתִי? Dicẽdum, verbũ עָנָה,duobus modis accipi: prior eſt quum eſt principium ſermonis, & tũc eſt loqui: vt

Iiób 3.2, וַיַּעַן & locutus est(aut clamauit) Iiób, & dixit, &c. Alter est quũ cessationẽ significat sermonis:& hoc frequẽter inuenitur. Quũ dicit Deũ ipsum respondere, aut exaudire, sic est inuocãti, aut clamãti. Et quãdo dicit de illo נַעֲנָה, aut נַעֲנֵיתִי, ipse est נַעֲנֶה, ipsi הָעוֹנֶה, id est vocanti, & clamãti ad illũ. Idem scribit in lib. ra. in radice עָתַר. Et dictio בָּה est cum ה vice א. nam literæ אֶהֱוִי inter sese permutantur. Exod. 10.3, Vsquequo renuisti לֵעָנֹת humiliari à facie mea? Et ponitur pro לְהֵעָנוֹת. & est sicut illud Deut. 31.11, לֵרָאוֹת. Et in puhál, Psal. 119.71, Bonũ mihi quòd עֻנֵּיתִי humiliatus fui. Et 132.1, Memento Domine Dauid, אֵת כָּל־עֻנּוֹתוֹ omnis humiliari eius. aut humilitatis, vel afflictionis eius. Est enim macór huius binián: vel est nomen instar זֻלּוּת. R. quoque Abrahám in cóment. nomen esse scribit ex eadẽ coniugatione. Et in hifhil, Psal. 55.20, Audiet Deus, וְיַעֲנֵם & humiliabit eos. Et in hithpahál, 1. Reg. 2.26, Et quia הִתְעַנִּיתָ בְּכֹל אֲשֶׁר־הִתְעַנָּה אָבִי afflictus fuisti in cunctis in quibus afflictus fuit pater meus. Hezræ 8.21, לְהִתְעַנּוֹת vt affligerẽt se coram Deo nostro. Gen. 16.9, וְהִתְעַנִּי & humilia te. Nomen, עֳנִי, Afflictio. Deut. 16.3, panem עֹנִי afflictionis. Appellatur sic, quòd in AEgypto afflicti fuerint. Iiób 36. 21, Caue ne vertas te ad iniquitatem: quia hoc elegisti מֵעֹנִי potius quám afflictioné. aut paupertatem. acsi dicat, (ait R. D. in li. rad.) Erat tibi cauédum ne respiceres ad iniquitatem, & ad iustificandum teipsum, & impium faciendum iudicium Dei. Quia hoc elegisti, potius quàm humilitatem, est acsi dicat, nam hoc, respicere ad iniquitatem, & iustificare teipsum, èlegisti potius quàm humiliari corã Deo, & dicere, Dominus iustus, & ego & populus meus impii. Et sic

ſic ad húc modum eodẽ capite, verſu 14, Eripiet paupe rem בְּעָנְיוֹ in humilitate eius. acſi dicat, Eũ qui ſe humi liat propter Deum, quũ humiliauerit ſe, eripiet eum de anguſtia in qua eſt, ſecũdum illud quod dixerat ver ſu 13, Et impii corde ponent furorẽ, (ſub. ſuper ſe) non clamabunt, quũ vincti fuerint. aut quũ ligauerit eos. R. Moſéh in cóment. Ad iniquitatem. i. ad verba virorum iniquorum, qui putãt caſu hæc euenire: quia hoc quod dixi, eliges propter afflictionẽ tuam. i. quia ex eo quòd afflixit te Deus, eliges verba mea, & cognoſces, intelligéſq; quòd Deus afflixit te, & reuelauit aurẽ tuã ad eruditionẽ, & dixit tibi vt cõuertaris ab iniquitate. R. Abra. Peruſól, Quia hoc elegiſti propter paupertatẽ, ſcilicet ſciẽtiæ tuæ, & defectu cognitionis tuæ attribuiſti Deo iniquitatẽ. Vel, quia elegiſti cogitationẽ mendacẽ hãc, propter afflictionẽ. i. propter multitudinẽ dolorũ qui attigerũt te, quũ cogitares illos non cõuenire tibi: & idcirco reſpexiſti ad iniquitatẽ, attribuẽs iniquitatẽ Deo. R. Leui in cómen. Ne cõſyderes hæc quæ adduxerunt te vt cogitares quòd Deus facit iniquitatem in his malis quæ particularibus eueniunt hominibus: ne forte cõſumat te plaga crudeli à qua tu non valebis erui nec auro tuo, nec potentia tua. R. D. in cóment. Ad iniquitatẽ. i. ad viros iniquos, dicens quòd ipſi proſperè agunt. Vel, ad iniquitatẽ. i. verba iniqua: quia hãc elegiſti ab afflictione. i. à tẽpore quo venit ſuper te afflictio. vel præ multitudine afflictionis. Caue ne loquaris mendacium: quia hoc cõueniebat tibi vt eligeres à tempore afflictionis. In regimine eſt cũ camés chathéph, Exod. 3. 7, vidi עֳנִי afflictionẽ. Et cũ pronomine, Gene. 29. 32, vidit Dominus בְּעָנְיִי afflictionẽ meã. A-

DDD. i.

lia forma, עֱנוּת ,instar שְׁבוּת. & in regimine, Psal.22.25, Neque abominatus est עֱנוּת עָנִי humilitatem pauperis. Tharghũ, deprecationem pauperũ. R.Abrahám, & R. D.in cõment. paupertaté pauperis. Alios referũt exponere, id quod respódet ore suo.i.responsioné pauperis.

Alia itẽ forma, עֲנָוָה, Humilitas spiritus, mãsuetudo. Prouerb.15.32, Et ante gloriã עֲנָוָה humilitas. Psal.18.36, וְעַנְוַתְךָ & mansuetudo tua multiplicabit me. R.Abrahám, mansuetudo tua quã posuisti in me, magnificabit me, & roborabit. R.Ionah, prouidẽtia tua. R.D.in cóment. Et mãsuetudine tua magnificasti me. aut crescere fecisti me. Et sic Tharghũ, Et verbo tuo magnificasti me. Est enim futurũ pro præterito. Potest etiã (inquit) exponi, auxiliũ tuum, & voluntas tua. Alia præterea, præposito ת, Hezræ 9.5, Surrexi מִתַּעֲנִיתִי ab afflictione mea. Alia postremo, præposito מ, Prouerb.15.1, מַעֲנֶה רַּךְ respósio mollis auertet irã. Illud autẽ Eccles. 5.19, Quia Deus מַעֲנֶה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ exaudit propter lætitiã cordis eius: R.Ionah vertit, prouidentiã habet. R.D.in lib.rad. verbũ esse ait transitiuũ in tertium, quia Deus correspõdere facit: & frumentũ, vinum, argentũ, & aurum correspõdent illi, vt illius impleant voluntatem. Potest (ait idem) exponi, testificatur. vel vult, aut complacet, & paret illi. Et illud Prouer.16.4, Omnia operatus est Dominus לַמַּעֲנֵהוּ propter seipsum. R. Ionáh exponit, secũdum voluntaté suam, & beneplacitũ suũ. sed prior expositio est recta, propter seipsum.i. propter gloriam suã creauit omnia, vt laudent eũ, vt exaltent eũ. Etiam quũ adduxerit impiũ ad diem malũ, erit gloria eius, quia timebunt eum omnes habitatores orbis, quũ eius viderint iudicia. R.Himmanuél dicit pronomen referri ad opus siue effectũ, vt sit sensus, Omne il-

lud quod operatus eſt, operatus eſt propter ipſammet rem: quia cuilibet rei eſt cauſa ſuæ neceſſitatis vt ſit.

Aliud,מַעֲנָה,Iugerũ.1.Semu.14.14,Quaſi in dimidio מַעֲנָה iugeris paris(ſub.boum)in agro. Aliud,מַעֲנִית, Sulcus. Pſal.129.3,prolongauerũt לְמַעֲנוֹתָם ſulcũ ſuum. R.D.in lib.ra.& in cõmen. Eſt(inquit)מַעֲנִית linea quã arat qui arat bobus in agro ſecundum menſurã quam vult:& poſtea reuertitur,& facit aliã ſimilem,donec aret totũ agrum . Et tota illa linea longa, eſt labor boũ multus,quia non quieſcunt niſi in capite lineæ:vulgò dicitur שׁוֹלְבֵי ſulcus. Metaphorice ſignificat,quum ait, Prolongauerunt ſulcũ ſuũ, quòd non dederunt eis requiem à ſeruitute,& oneribus eorũ,&c.Idem Targhũ & R.Abrahám,& R.Himmanuél,& R.Selomóh in cõment. Alia forma,עוֹנָה inſtar שׁוֹאָה.Hoſe.10.11,Et cõgregabuntur aduerſum eos populi quũ ligati fuerint duobus עֹינֹתָם iugeribus.aut ſulcis.ſic R.Abrahã,& R. D.Indicat autem duo regna,Ephráim & Iehudáh.Legitur cũ ו, & ſcribitur cũ י. Vnde in margine ſcribitur עוֹנוֹתָם,& hoc(ait R.D.in cõm.)quia literæ אֶהֱוִי inter ſeſe permutãtur. Tóar,עָנִי cũ camés,Pauper.Deut.24.12, Et ſi vir עָנִי הוּא pauper eſt. Iiób 34.28, Et clamorẽ עֲנִיִּים pauperũ audiet.Pſal.72.2,וַעֲנִיֶּיךָ & pauperes tuos.Fœmineum,Ieſah.10.30,עֲנִיָּה paupercula Hanathóth. Tóar aliud,עָנָו, Mitis,mãſuetus,humilis,modeſtus. Nume. 12.3,עָנָו מְאֹד humilis(aut mitis)valde.i.mitiſſimus.Pſal. 9.13,Nõ eſt oblitus clamoris עֲנָיִים manſuetorũ.Vel pauperũ.Eſt enim duplex lectio,עֲנָוִים humiliũ,& עֲנִיִּים pauperum. Nomen,עִנְיָן,quod eſt עֵסֶק,Occupatio.Eccleſ. 1.13, הוּא עִנְיַן רָע hanc occupationẽ malam dedit Deus filiis hominũ,לַעֲנוֹת בּוֹ vt occupent ſe in ea.Idem R.A-

brahám. Sunt tamen qui exponűt, (ait idem,) hanc afflictionē malam, &c. vt affligāt se in illa. Et appellauit occupationē malam .i. inutilem. Et 2.26, Et peccāti dedit עִנְיָן occupationē, vt congreget ad dandum bono .i. dedit occupationē, vt occupet se ad congregandū diuitias, quæ demum dabūtur homini bono coram Deo. ita R. Abrahám in comment.

עָנָף Ramus. Iechez. 17.8, Ad faciendū עָנָף ramū. Plurale, עֲנָפִים. Psal. 80.11, וַעֲנָפֶיהָ & ramos eius. Alia forma, Iechez. 36.8, עַנְפְּכֶם ramū vestrū dabitis. Est enim ab עָנָף sicut אַרְצְכֶם ab אֶרֶץ. Tóar, Iechez. 19.10, Mater tua sicut vitis, &c. fructificans, וַעֲנֵפָה & ramos proferēs. vel ramosa .i. plena ramis.

עָנָק Torquis, seu torques. Cant. 4.9, בְּאַחַד עֲנָק in vno torque de collo tuo. Prouerb. 1.9, וַעֲנָקִים & torques gutturi tuo. Plurale fœmineū, Iudic. 8.26, Et præter מִן־הָעֲנָקוֹת torques qui erāt in collis camelorū. Hinc verbum in cal, Coronare, aut vt torques circundare, & ornare. Psal. 73.6, Ideo עֲנָקָתְמוֹ vt torques coronauit (aut circundedit) eos superbia. acsi dicat, Posuerunt superbiam torquē gutturi suo. Et in hifhíl, Deuter. 15.14, הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק לוֹ onerando onerabis eū. sub. muneribus. vt scilicet ponas ea super collum eius tāquam torquē. R. Abrahám, Faciendo facies ei torquem.

עָנַשׁ Mulctare, Punire, Condemnare. Deuter. 22.19, וְעָנְשׁוּ אֹתוֹ מֵאָה כֶסֶף & mulctabunt eum centū argenteis. Hamós 2.8, Et vinū עֲנוּשִׁים mulctatorū (aut dānatorū) bibent. Prouerb. 21.11, בַּעֲנָשׁ־לֵץ quū mulctauerit (condēnauerit, sub. iudex: vel occiderit) derisorē, sapiēs efficietur simplex. 2. Paralip. 36.3, וַיַּעֲנֹשׁ אֶת־הָאָרֶץ & mulctauit terram centum talentis argenti. Et in nifhál,

Prouer.22.3, Et ſimplices trāſgreſſi ſunt, וְנֶעֱנָשׁוּ & mulctabuntur. aut condénati ſunt. vel interfecti ſunt. quo in ſenſu vtútur ſæpius Hebræorū doctores hoc verbo. Exod.21.22, עָנוֹשׁ יֵעָנֵשׁ mulctādo mulctabitur. Prius tamen עָנוֹשׁ, eſt macór ex cal. Nomen, עֹנֶשׁ, Mulcta.2. Reg.23.33, Et dedit(.i.impoſuit) עֹנֶשׁ mulctā ſuper terrā.

עָסַס Calcare, contūdere, Premere, cōprimere. Malachi 4.3, וְעַסּוֹתֶם רְשָׁעִים & calcabitis impios. Secūdū R. Abrahám in cóm. deducitur hæc ſignificatio ab עָסִיס muſto, quod fit, pedibus calcatis vuis. R.D. in cóment. calcabitis, contūdetis. A quo deductū putat nomen עָסִיס muſtū, quòd calcando, & contūdendo educatur. Hamós 9.13, Et ſtillabunt montes עָסִיס muſtum.

עָפָא Ramus, frons frondis, Foliū. Pſal.104.12, מִבֵּין עֳפָאיִם יִתְּנוּ־קוֹל è medio ramorū dabunt vocē. Et ſic in lingua Aramæa. Dani.4.18, וְעָפְיֵהּ שַׁפִּיר & folium eius pulchrum.

עָפַל Vnde עֹפֶל, Locus altus & munitus, Arx. Ieſa.32.14, עֹפֶל וָבַחַן הָיָה בְעַד מְעָרוֹת arx & munitio fuit in ſpeluncas in ſæculum. R. Abrahám & R. Dauid, Locus altus, & turris.i.turres altæ, fortéſque, erunt in ſpeluncas. בְּעַד enim ponitur pro ל deſeruiente.2. Reg.5.24, Et venit ad הָעֹפֶל arcem. vel vt R.D. in lib. rad. ad locū excelſum, montē, vel collem extra vrbem: & depoſuit in domo.i.in depoſitū locauit in domo argentū & veſtes ibi, quæ voluit abſcondere ab Eliſáh. Tharghū, in locū כַּסִּי occultū. deducens forſan ab עֲפוֹלִים, quæ ſunt partes inferiores, & loca occulta, ait R.D. in cómen. acſi eſſet ſcriptū אֹפֶל. Micháh 4.8, Et tu turris gregis עֹפֶל arx filiæ Siión vſq; ad te veniet. ita R. Abrahám & R.D. Hinc verbū in hifhíl, pro Eleuare cor, & roborare illud, ſiue

vim facere illi, Conari. Nume.14.44, וַיַּעְפִּלוּ & roborauerũt se(.i.cor suũ: vel, conati sunt) vt ascẽderẽt in verticẽ montis. Chab.2.4, Ecce עֻפְּלָה לֹא־יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ eleuatur (elata est) nõ recta anima eius in eo: iustus autẽ fide sua viuet. R. Moséh deducens ab עֹפֶל arce & turri excelsa, sic exponit, Anima impii quæ nõ est recta in semetipsa, cui non est fiducia, nec fides in Deo excelso, עֻפְּלָה posuit semetipsam in arce & munitione, à facie inimici: nec cõuersa est ad Deũ, quærendo ab illo vt eriperet ipsam. At iustus qui fidit Domino, & credit, viuet, & non erit opus vt ponat seipsum in arce, & munitione. R.D. in cóment. Is cuius anima nõ est recta in semetipsa, cui non est fides in Deo, eleuabit animã suam, & efferet se, & non pauebit euenturũ sibi malum, vt Nebuchadnesár, & Belsasár filius eius, qui extulerũt se contra Deũ excelsum. At iustus non est talis, quia anima eius est humilis, & timet iugiter Deũ. Idcirco viuet in fide sua in Deo, & à malo eripietur, quod venturũ est impio. R. quoque Abrahám exponit, elata est: sed partem sequentem exponit negatiue, resumendo negationem præpositam: vt sit, Iustus in fide sua non viuet de manu eius. Et sensus est cum admiratione, Ecce ipse videt quòd iustus propter fidem suã nõ euadet de manu eius: & quomodo existimabit de seipso, cuius anima est elata, & nõ recta, quòd victurus sit & euasurus?

עָפָר Puluis, terra. Gene.2.7, Et formauit &c. עָפָר מִן־הָאֲדָמָה (pro מֵעָפָר) è puluere de terra. i. terræ. Et 3.16, quia עָפָר אַתָּה וְאֶל־עָפָר תָּשׁוּב puluis es, & in puluerẽ reuertêris. Et 13. 16, ponam semen tuũ כַּעֲפַר הָאָרֶץ sicut puluerem terræ. Deuter.9.21, & proieci אֶת־עֲפָרוֹ puluerem eius. i. aurum contusum, comminutúmque. Illud

Micháh 1.10, propter dōmum (pro domos) לְעַפְרָה עָפָר הִתְפַּלָּשְׁתִּי ipsi Haphráh, puluere inuolue te. Sensus est, propter domos villarū quæ sunt extra vrbem, quæ fuerunt ipsi Hophráh, quæ hodie sunt desolatæ, puluere inuolue te. בֵּית enim est nomen generale positum pro בָּתֵּי domos. Vnde & R. Abrahám exponit, propter quālibet domum. Prouerb. 8.26, עַפְרוֹת תֵּבֵל terras orbis. Iiób 28.6, וְעַפְרֹת & terræ auri ei. Sunt autem quatuor synonyma, עָפָר אֲדָמָה אֶרֶץ תֵּבֵל: & interdū vnum venit in coniunctione alterius: vt Proue. 8, suprà citatum. Exo. 8.16, & percussit עֲפַר הָאָרֶץ puluerē terræ. Dan. 12.2, אַדְמַת־עָפָר in terra pulueris. Et paruū discrimen est inter illa: אֶרֶץ est nomē vniuersale, תֵּבֵל terra habitata, עָפָר tenuis puluis: & sic interdum אֲדָמָה. Verbum in pihél, 2. Semu. 16.13, וְעִפַּר בֶּעָפָר & puluerisabat puluerē. ita loqui liceat, pro puluerē spargebat. Hinc עוֹפֶרֶת, Plumbū. Zecha. 5.7, talentū עֹפֶרֶת plumbi. Hinc & עֹפֶר, Hinnulus, filius cerui & capreæ. Canti. 2.9, לְעֹפֶר hinnulo ceruorū. Et 4.5, sicut duo עֳפָרִים hinnuli gemelli capreæ.

עֵץ Lignum, Arbor. Gene. 1.11, עֵץ פְּרִי lignum fructus. i. fructiferum. 1. Paral. 20.5, וְעֵץ & lignū (.i. manubrium) lanceæ eius. Psal. 1.3, & erit כְּעֵץ שָׁתוּל sicut arbor plantata. Hos. 4.12, populus meus בְּעֵצוֹ per lignū suum interrogabat, וּמַקְלוֹ & virga eius annuntiabat ei. R.D. in li. ra. בְּעֵצוֹ id est per imagines ligneas. Vel dicit cōtra augures, vt dicunt Rabbini nostri. Qui auguratur, hoc dicit, Cibus eius cecidit de ore eius. Virga cecidit de manu eius. Filius eius clamat ad eum à tergo. Et hoc est quod dicit וּמַקְלוֹ. Geminat autē rem ipsam secundum modū Linguæ sanctæ. Et in cōmen. וּמַקְלוֹ & virga eius, sunt prophetæ mendaces. sic enim interpretatur pater

meus R. Ioséph. Leuit.1.7, & disponent עֵצִים ligna. Gene.22.3, & scidit עֲצֵי ligna. Deuter.29.11, עֵצֶיךָ ligna tua.

Alia forma cum ה fœmineo, Irme.6.6, Excidite עֵצָה lignum. vel arborem. ה non habet mappic.

עָצַב Turbare, conturbare, Tristitia, aut dolore afficere. 1. Reg.1.6, & non עֲצָבוֹ, id est הִרְגִּיזוֹ הִרְאִיגוֹ cõturbauit eũ, aut contristauit eũ pater suus. Iesah.54.6, quia sicut mulierem derelictã וַעֲצוּבַת רוּחַ & mœrentem spiritu. 1. Para.4.10, לְבִלְתִּי עָצְבִּי vt non dolore afficiar. vt non doleam. Est verbũ intrãsitiuum hoc loco. Et in pihél, Iesah.63.9, וְעִצְּבוּ אֶת־רוּחַ קָדְשׁוֹ & dolore affecerunt spiritũ sanctitatis eius. Iiób 10.8, manus tuæ עִצְּבוּנִי formauerunt me Vel, elaborauerũt me. metaphorice. Vel vt R. Mosép filius Ezræ, creauerunt neruos & carnẽ. Psal.56.6, דְּבָרַי יְעַצֵּבוּ propter verba mea dolore afficient. sub. me. sic R. Abrahám & R. D. Et in hifhíl, Psal.78.40, יַעֲצִיבוּהוּ dolore affecerunt eum. Irme.44.19, לְהַעֲצִיבָה ad lætificandũ eam: secundũ R. D. in commen. Et ה est lene, quod tamen secundũ normam debuerat esse cũ mappic. Vel, ad faciendum ei simulachra, secundũ eundem in lib. rad. Et in hithpahál, Gene.6.6. וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ & doluit in corde suo. Loquitur Scriptura (ait R. Abrahám,) de Deo more humano. Et 34.7, וַיִּתְעַצְּבוּ & dolore affecti sunt viri. Et in nifhál, 1. Semu.20.34, נֶעְצַב, Dolore affectus fuerat propter Dauid. Et 2. Semu.19.1, נֶעְצַב dolore affectus est. Vtrunque est præteritum, quia est cũ pathach. 1. Semu. 20.3, ne forte יֵעָצֵב doleat. Nechem.8.10, ne תֵּעָצֵבוּ contristemini. Nomen, עֹצֶב, Dolor, Tristitia, Idôlum. Psa.139.24, & vide si via עֹצֶב־בִּי doloris est in me. i. an dolore afficiar propter mala quæ eueniunt mihi: non enim doleo, sed ex amore illa suscipio.

ſcipio. Vel, ſi via iræ eſt in me. i. an ambulem per víam malã conturbans, & irritans te. Vtroque modo exponit R. D. priori modo, R. Abrahám. Et recta eſt expoſitio, inquit R. Dauid, an ego aſpiciam & vertã me ad idóla? Ieſah. 48. 5, ne forte dicat, עָצְבִּי idolum meũ fecit ea. עֶצֶב, ſiue עֹצֶב, Dolor, Triſtitia, Idolũ, ſimulachrũ, Subſtantia. Prouerb. 10. 22, benedictio Domini ipſa ditabit, & non addet עֶצֶב dolorem ſecũ. Et 14. 23, in omni עֶצֶב labore & fatigatione, erit abundantia. vel amplitudo, gradus, dignitas. i. In omni labore quo laborat homo, erit ei amplitudo, & dignitas ex eo, propter ſcilicet diuitias quas acquiret. Idem R. D. in cõment. In omni labore, & fatigatione quo laborat homo tam in negotiatione quàm in opere manuũ ſuarum, erit ei lucrum, & abundantia. quòd ſi non lucretur vice vna, lucrabitur altera. At in labore oris quo loquitur verba vana, non inueniet niſi defectũ: quòd ſi auxerit verba, augebit & præuaricationes. Vel, in omni cura, & ſolicitudine erit amplitudo, & dignitas, & augmentum. Eadem R. Himmanuél in cõment. Irme. 22. 18, הַעֶצֶב נִבְזֶה num idólũ contemptum diſperſum eſt vir iſte Coniáhu? ſic R. D. in lib. rad. & cõmen. ה eſt interrogatiuum, & idcirco eſt cũ pathách. Dixit, Num iſte Coniáhu eſt tanquã idólum, aut ſimuláchrum cõtemptibile, quod proiicit, conteritque homo qui agnoſcit eius vanitatẽ, & nihil in illo eſſe vtilitatis, & diſperſum, ſicut frangítur & diſpergitur vas inutile? Pſal. 127. 2, qui manducatis panem הָעֲצָבִים laborũ. Alia forma, עָצָב inſtar קָטָן, cuius plurale eſt קְטַנִּים. Et quum צ habet camés, eſt ab עֶצֶב, inſtar עֶצֶם עֲצָמִים. Hoſe. 4. 17, particeps עֲצַבִּים idolorum Ephráim. Pſal. 135. 15, עֲצַבֵּי ſimulachra Gentiũ. Ieſa.

58.3,& omnes,עַצְּבֵיכֶם substantias vestras exigitis.i. habentes substantias vestras: vt ait R.Abrahám. Secundum R.D.in lib.rad. & cõment. צ est cum daghés euphoniæ causa, sicut ק in מִקְּדָשׁ.Et appellatur substantia hominis hoc nomine, eo quòd est labor hominis, secundum R.Abrahám & R.D.Et sic Prouer.5.10,וַעֲצָבֶיךָ & substantiæ tuæ sint in domo aliena: secundũ R.Abrahám & R.D. Alia item forma, Iesah.50.11,לְמַעֲצֵבָה in dolore moriemini: vt exponit R.Abra.in cõmẽ.R.D, decumbetis, aut moriemini. Alia præterea,עִצָּבוֹן,Dolor, labor, fatigatio.Gen.3.17,בְּעִצָּבוֹן in labore comedes illum. Alia postremo,עַצֶּבֶת.Proue.10.10,Qui annuit oculo, dabit עַצָּבֶת dolorem.Et 15.13, וּבְעַצְּבַת־לֵב & in dolore cordis spiritus contritus.Psal.16.4,multiplicabũtur עַצְּבוֹתָם dolores (vel labores) eorũ.sic R.D.in lib.ra. & cõment.& R.Abrahám. R.Selomóh, idóla eorum. Psal.147.3,& alligat לְעַצְּבוֹתָם dolores eorum. Dixit per translationem dolores eorum, quia dixerat, Qui sanat contritos corde.

עָצַר Vnde מַעֲצָר,Securis, vel Ascia, Dolabra.R.D.in cõment.scribit esse instrumentũ ferreũ quo faber ferrarius incîdit ligna, quod vulgo dicitur רולורוירא dolabra, vel איישא ascia. In lib.ra.addit, vel est קַרְדֹּם securis.Irme.10.3,opus manuum artificis בַּמַּעֲצָר securi.

עָצָה Claudere, obthurare. Prou.16.30,עֹצֶה עֵינָיו claudens oculos suos ad cogitandum peruersa. R. Dauid, סוֹתֵם claudit. Qui enim clausos habet oculos, magis cogitat de re qua cogitat: quia mens eius huc & illuc non distrahitur. Tharghum, Innuens (demonstrans) oculis suis, cogitat peruersa. Et sic exponitur in comment. Citat tamen & supradictã expositionem: Claudens &c. Nomen alterius significationis, id est

שִׁדְרָה,Spina dorſi. Leuit.3.9, contra הֶעָצֶה ſpinam dorſi remouebit eam. Doctores Hebræorum deducunt à יָעַץ conſulere: quòd renes conſulant.

עצל Pigreſcere. Vnde עָצֵל, Piger. Prouer.6.9, vſquequo עָצֵל piger dormies? Nomen, עַצְלָה, Pigredo, Pigritia. Prouer.10.15, עַצְלָה pigredo iniiciet ſoporem. Eccleſiaſ.10.18, בַּעֲצַלְתַּיִם in pigritiis humiliabitur contignatio. Eſt duale, quòd ſignificet pigritiam manuũ. Alia forma, Prou.31.27, Et panẽ עַצְלוּת pigritiæ.

עצם Roborare, fortificare, Augere, Multiplicare, Claudere, Exoſſare. Dani.8.24, וְעָצַם כֹּחוֹ & roborabitur (creſcet) fortitudo eius. Geneſ.26.16, עָצַמְתָּ מִמֶּנּוּ מְאֹד fortior es nobis valde. Pſal.40.6, עָצְמוּ מִסַּפֵּר plura ſunt, quàm poſſint narrari. Ieſa.31.1, & fidunt curribus & equitibus, quia עָצְמוּ מְאֹד fortes (aut multiplicati) ſunt valde. Et 33.15, וְעֹצֵם עֵינָיו & claudens oculos ne videant malum. Dani.8.8, וּכְעָצְמוֹ & quũ roboratus fuiſſet. aut magnificatus. Et in pihél, Ieſah.29.10, וַיְעַצֵּם אֶת־עֵינֵיכֶם & clauſit oculos veſtros. Irme.50.17, & iſte nouiſſimus עִצְּמוֹ exoſſauit eum. ſiue contriuit oſſa eius. Et in hifhíl, Pſal.105.24, וַיַּעֲצִמֵהוּ מִצָּרָיו & roborauit eũ præ inimicis ſuis. Nomen, Deuter.8.17, וְעֹצֶם יָדִי & robur manus meæ. Pſal.139.15, non eſt occultata עָצְמִי fortitudo mea à te. Rectũ tamen eſt vt exponatur גּוּפִי corpus meũ, quũ factũ fuit in occulto, in ventre matris. Ita R. D. in li. ra. & cõmẽt. y (ait) legitur cũ camés chatéph, & ſic eſt ab עֹצֶם. Sunt tamen qui exponunt ſicut עַצְמִי, y cũ pathách, ab עֶצֶם corpus. Tharghum, גַּרְמִי os meum. R. Abrahám, Vis mea generatiua quæ non videtur, neque egreditur in actum, ſicut vis ſeneſcendi in puero, & vis loquendi. Alia forma, Ieſah.40.29, עָצְמָה יַרְבֶּה

robur augebit. Alia item forma, præpoſito ת, תַּעֲצוּמָה. Pſal. 68. 36, Dominus dat robur וְתַעֲצֻמוֹת & fortitudines populo. Et cum ſex punctis, עֶצֶם, Fortitudo, Os oſſis, Corpus. Gene. 2. 23, עֶצֶם מֵעֲצָמַי os ex oſſibus meis. Thre. 4. 7, Rubuerunt עֶצֶם corpore præ gemmis. Leuit. 23. 14, nõ comedetis עַד־עֶצֶם vſque ad corpus diei huius. i. vſq; ad hũc ipſum diem. Corpus enim vniuſcuiuſque rei dicitur עֶצֶם. Iiób 21. 23, iſte morietur בְּעֶצֶם in fortitudine perfectionis ſuæ. Gen. 7. 13, בְּעֶצֶם in corpore diei huius. i. ipſomet die ingreſſus eſt Nóach &c. Exo. 24. 10, וּכְעֶצֶם & ſicut corpus cæli in puritate. Alii, Et ſicut ipſummet cælum in munditia. Vel, & ſicut ſubſtantia cæli. Tharghum & R. Selomóh, Et ſicut aſpectus cæli in puritate. aut ſerenitate. 1. Para. 11. 1, ecce עַצְמְךָ os tuum, & caro tua ſumus. Quanquã memorauit (ait R. D.) carnem cũ oſſe, עֶצֶם tamen memoratum, nõ tantũ oſſi conuenit, ſed corpori, id eſt corpus tuum & caro tua: & caro memorata capitur etiã pro corpore. Idem autẽ geminatur ſecundum morem Scripturæ in dictionibus diſtinctis. nam & caro tantũ dicitur de corpore, vt Ieſah. 58. 7, וּמִבְּשָׂרְךָ & à carne tua non abſcondes te. id eſt, Et à propinquo qui eſt ſicut corpus hominis. Et iuxta hãc ſignificantiam eſt frequens vſus huius dictionis apud doctores Hebræorũ: vt quum dicunt, Abiit ipſe בְּעַצְמוֹ cũ corpore ſuo. Et ſic Gen. 29. 14, & dixit ei Labán, Profecto עַצְמִי os meũ, & caro mea es. Iechez. 24. 4, electione עֲצָמִים oſſium (. i. electis oſſibus) imple. Pſal. 6. 3, עֲצָמָי oſſa mea. Forma fœminea, Prouer. 14. 30, Et putredo עֲצָמוֹת oſſium, inuidia. Pſalm. 109. 18, בְּעַצְמוֹתָיו in oſſibus eius. Hinc & עָצוּם, Fortis, robuſtus. Num. 32. 1, עָצוּם מְאֹד fortis valde. Prouer. 18. 18, & inter עֲצוּמִים litigantes (ro-

borantes se in contentione & lite, R.D.) diuidet. scilicet sors. Psal. 10.10, & cadét בַּעֲצוּמָיו inter fortes eius pauperes. Est nomen tóar litigantium, & certantiú in prælio. Et עֲצֻמָה, Iesah. 41.21, afferte עֲצֻמוֹתֵיכֶם lites vestras. aut causas vestras.

עָצַר Prohibere, Retardare, Demorari, immorari, Claudere, Dominari, Cógregare, aut colligere. Gene. 20.18, עָצֹר עָצַר claudendo clausit &c. 2. Para. 13. 20, & non עָצַר retinuit fortitudinem Iarobhám vltra. Deuter. 11.17, וְעָצַר אֶת־הַשָּׁמַיִם & prohibebit (aut claudet) cælos, & non erit pluuia. Dani. 10.8, & non עָצַרְתִּי כֹּחַ retinui vires. 2. Paralip. 20.35, & confractæ sunt naues, & non עָצְרוּ retinuerunt vires ad eundú in Tarsis. i. non valuerunt ire. Iiób 4.2, וַעְצֹר בְּמִלִּין & tardus esse in sermonibus quis poterit? Deut. 32.36, & non erat עָצוּר clausus, & derelictus. Vide עָזַב. R. Abrahám. in cóm. Quádo reuertentur, multi capientur ex eis, & multi relinquentur: at modo omnes ferè peribút. 1. Reg. 14.10, & succîdam de Iarobhám mingenté ad parieté, עָצוּר וְעָזוּב clausum, & derelictú in Israél. R.D. in cóment. Etiã quod erat derelictum, & clausum in loco ne excideretur in principio vltionis, quæ venit super ipsú, excidetur in fine: vt ex eo non remaneat quicquam. 1. Sem. 21.5, mulier עֲצֻרָה־לָנוּ prohibita à nobis: &c. acsi dicat, prohibita propter nos, ne esset nobiscú sicut heri & nudiustertius quando egressus sum: & fuerút vasa puerorú sanctitas. i. sancta. si ita est, licet nobis illú edere. Et est via prophani, id est, & in ipso pane non est prohibitio, quú sit remotus à facie Domini: quia non est prohibitio in pane facierum post suffitum in iis qui sunt puri & mundi: & quanto magis hodie sanctificabitur in vase? Non est

opus vt dicamus, nos posse illum edere, quū etiam húc edere nobis licitū sit qui est super mensam, sanctificatus in vase. nā mensa sanctificat illum: & toto tempore quo est super mensam, est prohibitus. & quanuis ita sit, tamen possumus illum edere, quum non sit tibi alius panis, & nos simus famelici: nam non est tibi aliquid quod suspendat, & impediat curam animæ nisi idolorum cultus, & reuelatio turpitudinis (.i. coitus,) & effusio sanguinis. Et hæc videtur expositio doctorū. Require & in חָלַל in nomine חול. 2. Paralip. 2. 6, & quis יַעְצָר־כֹּחַ retinebit vires ad ædificandum illi domum? i. quis poterit ædificare illi domum? Et 14. 11, Dominus Deus noster es tu, אַל־יַעְצֹר עִמְּךָ אֱנוֹשׁ ne dominetur (regnet) tecū homo. A priori significatione deducitur. rex enim & dominus ne egrediatur populus, néve quippiā agat sine eius facultate, & licentia prohibet: iuxta illud Gen. 41. 44, & absque te nō leuabit quispiā manū suā. 1. Paralip. 29. 14, vt נַעְצָר כֹּחַ retineamus vires ad sponte offerendum. i. vt valeamus sponte offerre. 2. Reg. 4. 24, vade אַל־תַּעֲצָר־לִי ne detineas mihi (retardes, sub. iumentum) equitando. Et in nifhál, 2. Sem. 21. 7, Et ibi erat vir &c. נֶעְצָר retardatus (vt scilicet oraret) corā Domino. Nume. 16. 48, & plaga נֶעֱצָרָה prohibita. 1. Reg. 8. 35, בְּהֵעָצֵר quū clausum fuerit cælū. Nume. 16. 48, וַתֵּעָצַר & prohibita est plaga. Nomen, עֶצֶר, Regnū, Dominiū. Iudi. 18. 7, nō possidentem עֶצֶר regnum. sic R. D. in cōment. negatio enim præcedens subauditur. Tharghū, יָרוּתִין וַעֲירִין hæreditátes pauci. Acsi dicat, (inquit R. D.) Hæredes regni erant pauci, & parum robusti. Sed prior interpretatio est germana: acsi dicat, Non erat eis rex, neque regni hæres. Alia forma, עֹצֶר, Claustrum. i. lo-

cus in quo quis, quídve clauditur. Iesah. 53.8, מֵעֹצֶר de claustro, & de iudicio sublatus est. Vel, à dominio & potestate, vt alii exponunt. Psal. 107.38, מֵעֹצֶר à claustro mali, & doloris. Prouer. 30.16, Sepulchrum, וְעֹצֶר & claustrum vuluæ. R. Himmanuél, Sepulchrũ nunquam satiatur cadaueribus: Mulier quoque cuius Dominus clausit vuluã, quæ non suscipit conceptum, nunquã satiatur cõmistione viri, ob desideriũ virilis seminis. i. filii masculi. Hinc & עֲצָרָה, Cógregatio, & collectio hominũ in vnũ: sic appellata, quòd ibi detineátur, & retardetur, prohibeátúrque: quia tũc cessabatur ab omnibus occupationibus mundi. Iesa. 1.13, nõ potero iniquitatẽ וַעֲצָרָה & congregationẽ. Est (inquit R. Abrahám,) sermo defectiuus, subaudiendũ נְשֹׂא ferre, Non potero ferre iniquitatem & cœtũ, id est cum cœtu. quã enim vtilitatem affert cœtus cũ iniquitate? Irme. 9. 2, vniuersi ipsi adulteriũ cõmittẽtes, עֲצֶרֶת בֹּגְדִים cœtus præuaricatorũ. Vel iuxta R. Ioséph, regnũ præuaricatorum. Vocatur etiã solennitas, & festum עֲצֶרֶת: quia prohibebatur populo ne in illa fieret opus. Octauus maxime dies festi tabernaculorũ appellabatur hoc nomine, quòd non esset in illo quippiam ad cognominandũ eum, sicut erat in solennitatibus infermentatorũ, hebdomadarum, ac tabernaculorũ. Leuit. 23.36, Die octauo conuocatio sanctitatis erit vobis, & offeretis sacrificiũ Domino, עֲצֶרֶת הִוא festum prohibitionis est: Omne opus seruitutis non facietis. Scriptum est de Pésach, & septima die, Deuter. 16.8, sex diebus comedes infermentata, & die septima עֲצֶרֶת Domino Deo tuo, non facies opus. Hamós 5. 21, & non odorabo בְּעַצְּרֹתֵיכֶם cœtus vestros. i. oblationes cœtuũ vestrorum. vel potius, solen-

nitatū vestrarū. R. Abra. in cōment. Non odorabo odorem in die עֲצֶרֶת solennitatis vestræ. Et R. D. in cōm. nō odorabo oblationes solennitatum vestrarū: quia עֲצֶרֶת est solennitas, vt Nume. 29. 35, die octaua עֲצֶרֶת solennitas erit vobis. עֲצֶרֶת in plurali facit עֲצָרוֹת, sicut עֲטֶרֶת עֲטָרוֹת: & in regimine עַצְּרוֹת sicut & עַטְרוֹת. Et euphoniæ gratia צ in עַצְּרוֹתֵיכֶם est cum daghés, sicut ק in מִקְּדָשׁ: & sic צ in עַצְּבֵיכֶם. Alia forma, præposito ם, vt 1. Sem. 14. 6, Quia non est Domino מַעְצוֹר prohibitio vt saluet in multo, aut in pauco. Alia item, Prouerb. 25. 28, Non est מַעְצָר prohibitio spiritui eius.

עָקַב Seducere, decipere, supplantare, Tenere, Retardare. Hose. 12. 3, In vētre עָקַב אֶת־אָחִיו tenuit plantam fratris sui, secundum R. D. in lib. rad. & R. Abrahám. & hoc nō naturali, sed diuina virtute. Irme. 9. 4, Quia omnis frater עָקוֹב יַעְקֹב decipiendo decipiet. ע est cū seuá tātum, in cæteris יַעְקֹב est cū chathéph pathách. Gene. 27. 35, וַיַּעְקְבֵנִי & supplantauit me, &c. Et in pihél, Iiób 37. 4, Tonabit voce potentiæ suæ, & non יְעַקְּבֵם retardabit ea. sub. fulgur & tonitruū, sed mox veniet fulgur tonitrui. Tharghū, nō retardabit eos. R. Abrahám Perusól, Et non retardabit, neque prohibebit tonitrua quin mox audiátur post fulgura. Sic etiā interpretatur R. Moséh. R. quoq; Abrahā auĕhezra exponit, & nō retardabit eas, scilicet pluuias. Tóar masculeū, Irme. 17. 9, עָקֹב הַלֵּב מִכֹּל fraudulētius (dolosius) est cor præ omnibus. vel, omni re. sic R. D. in cōment. Potest enim homo verbis, factísque bonū præ se ferre corde prauo: & quis præter Deú, hoc scire potest? Idcirco dixit, Et quis cognoscet illud? Iesa. 40. 4, Et erit הֶעָקֹב peruersum (aut peruersitas, asperitas) in rectitudinē. id est via peruersa, montosa,

montosa,aspera,& difficilis ascensu. Tóar fœmineũ, Hose.6.9,עֲקֻבָּה מִדָּם fœdata sanguine.Vel,fraudulenta, callida sanguine qui effusus est, vt exponunt R.Abrahám & R.D.in cóment.Et sic(ait idem R.D.in lib.ra. & cóment.)exposuerunt doctores nostri,quia videlicet erat callida ad occidendum animas. Alio verò in loco exponunt,מְלוּכְלֶכֶת fœdata(inquinata)sanguine,quem in illa effuderunt. Nomen,עָקְבָּה, Calliditas,astutia, fraudulẽtia.2.Reg.10.19,fecit בְעָקְבָּה callide.astute,dolose. Alia forma,עֵקֶב,Eo quòd,quia,Merces. Gen.22. 18,עֵקֶב אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ eo quòd obtemperasti. Psal.19.12, In custodiendo illa עֵקֶב רָב merces multa. Et 40.16,desolabuntur עַל־עֵקֶב propter mercedé confusionis suæ.Hamós 4.12, עֵקֶב כִּי־זֹאת אֶעֱשֶׂה־לָּךְ propterea quod hoc faciã tibi.Prouer.22.4,עֵקֶב עֲנָוָה propter humilitatẽ(sub.eueniũt homini)timor Domini,diuitiæ,&c. Aliud,עָקֵב, Calcaneus,posterior pars pedis.Gene.3.15,Et tu conteres eũ עָקֵב calcaneo.vel conteres ei calcaneũ.Psa.41.10, Magnificauit super me עָקֵב calcaneum.acsi scilicet essem sub pede illius.Iehos.8.13,Et posuerũt,&c.וְאֶת־עֲקֵבוֹ & finem(aut extremũ)eius ab Occidente ciuitati.Plurale masculeum, Cant.1.8,Egredere tibi בְּעִקְבֵי in vestigia. R.D.in lib.rad.exponit, הֲלִיכוֹת itinera pecudum. Genes. 49.17, Mordens עִקְּבֵי־סוּס calcaneos equi. p cum daghés euphoniæ gratia,inquit R.D.in Michlól.Hæc duo,sũt ab עָקֵב.Et ab עֵקֶב est plurale עֲקֵבִים.& in regimine עִקְּבֵי.& cũ pronomine,Psal.49.6,Iniquitas עֲקֵבַי calcaneorum meorũ circũdabit me. Et 56.6,ipsi עֲקֵבַי vestigia(aut itinera)mea obseruabũt. Et fœmineũ,Psa. 89.52,Probris affecerũt עִקְּבוֹת vestigia(aut itinera)christi tui.R.D.& R.Abrahám.Et 77.20,וְעִקְּבוֹתֶיךָ & vestigia

tua(.i.loca itinerum tuorum)non cognoſcentur. ק in prædictis duobus eſt cum daghés euphoniæ gratia,inquit R.Dauid in Michlól,& lib.rad.

עקד Vincire,Ligare,alligare.Gen.22.9,וַיַּעֲקֹד אֶת־יִצְחָק בְּנוֹ & ligauit Iſchác filium ſuum. Et 30.40, Et poſuit facies pecudum אֶל־עָקֹד ad alligatú.i.pecus quod erat diuerſarú macularum,& colorú in loco vbi alligari ſolet.i.in pedibus.Et 39,Et pepererũt pecora עֲקֻדִּים alligata.עֲקֻדִּים(ait R.D.in lib.rad.)ſunt quæ habent maculas in loco in quo ligant ea,hoc eſt in pedibus,quorum vnú ponunt ſuper alterú quũ ligantur. Nomen cum quinque punctis,2.Reg.10.12,Erat בֵּית־עֵקֶד domus alligationis(tonſionis)paſtorú in via.i.in qua paſtores tondebant oues ſuas.Et appellatur ſic,ſecũdum R.Ioſeph, quód tempore tonſionis pedes alligãtur ouium. Tharghum,Domus congregationis paſtorum in via.

עקה Vnde מַעֲקֶה, AEdificiú, quod fiebat in circuitu tecti.i.partis ſuperioris domus quæ erat plana: nequis inde caderet: quod erat altitudinis decẽ טְפָחִים, quæ eſt mẽſura quatuor digitorú ſuper ſe poſitorum, vel amplius ſi opus fuiſſet. Deute.22.8,Quando ædificabis domú nouam, facies מַעֲקֶה parietẽ in circuitu tecto tuo.Alibi non inuenitur in Sacris literis.Vide גַּג.

עקל Peruertere. In pihél,Chabac.1.4, Idcirco egredietur iudiciú מְעֻקָּל peruerſum. Tóar,Ieſa.27.1,ſerpentem עֲקַלָּתוֹן tortuoſum.i.ambulantem in mari tortuoſe,quód non poſſit ſe extendere ob ſuã & magnitudinẽ & longitudinem. Et geminatú, Iudic.5.6, Semitas עֲקַלְקַלּוֹת tortuoſas. Pſal. 125. 5, Et declinantes עֲקַלְקַלּוֹתָם in peruerſitatibus ſuis.

עקר Euellere,eradicare. Eccleſi.3.2,Tẽpus plantandi,& tẽpus לַעֲקוֹר נָטוּעַ euellendi(eradicãdi)quod

plátatũ est. Et in pihél, Iehos.11.9, אֶת־סוּסֵיהֶם עִקֵּר equos eorũ subneruauit. i. neruos pedum incîdit. Pedes enim animaliũ sunt velut fundamentũ: & עָקָר radix ipsis animalibus. Idcircò incidere calcaneos, aut plãtas ipsorum, dicitur עִקֵּר, inquit R. Dauid, quasi eradicauit, siue à radicibus incîdit. Genes.49.6, Et voluntate sua עִקְּרוּ־שׁוֹר eradicauerũt murum. Vel, subneruauerũt bouem, secundum R. Iahacób filiũ Elhazár. Vide שׁור. Idem R. Selomóh in cóm. id est Ioséph qui vocatur bos. Deut. 33.17, Primogenitus שׁוֹרוֹ bouis eius decor illi. R. Abra. murũ, sub. ciuitatis Sechem. in quo notatur, magnam fuisse ciuitaté, quum esset muro circundata. Iehos.11.6, equos eorũ תְּעַקֵּר subneruabis. Et in nifhál, Sepha.2.4, וְעֶקְרוֹן תֵּעָקֵר & Hecrón eradicabitur. Nomen, עֵקֶר, Radix, stirps, progenies. Leuit.25.47, Vel לְעֵקֶר מִשְׁפַּחַת גֵּר radici (.i. stirpi, progeniei) familiæ peregrini. sub. védiderit se. Tóar masculeũ, & fœmineũ, Deut.7.14, non erit in te עָקָר וַעֲקָרָה vir sterilis, & mulier sterilis. Et appellãtur sic quòd in viro sit aliquid eradicatũ, vnde nó potest educere semen secũdum morem: & mulier similiter, quia est aliquid eradicatũ in illa, vt non possit semen recipere. Genes.11.30, Et erat Sarái עֲקָרָה sterilis.

עקשׁ In cal, est Peruertere. Iióh 9.20, וַיַּעְקְשֵׁנִי & peruertit me. Et in pihél, Iesa.59.8, נְתִיבוֹתֵיהֶם עִקְּשׁוּ לָהֶם semitas eorũ peruerterunt illis. Prouer.10.9, וּמְעַקֵּשׁ דְּרָכָיו & peruertens vias suas agnoscetur. aut conteretur. Micháh 3.9, Et omne rectũ יְעַקֵּשׁוּ peruertent. Et in nifhál, Prouer.28.18, וְנֶעְקַשׁ & peruersus viis. Tóar, Psal.18.27, Et cum עִקֵּשׁ peruerso peruersus eris. Prouer.17.20, עִקֶּשׁ־לֵב peruersus corde. Et 2.15, Semitæ illorum עִקְּשִׁים peruersæ. Item 11.20, עִקְּשֵׁי־לֵב peruersi corde. Sub-

ſtantiuū, Prouerb.4.24, Remoue à te עִקְּשׁוּת פֶּה peruerſitatem oris. Alia forma, præpoſito מ, Ieſah. 42.16, וּמַעֲקַשִּׁים & peruerſitates.

ערר Inde עֲרִירִי, Vnicus, abſque filiis. Gene.15.2, vado (ad mortem) עֲרִירִי vnicus.i.abſque filiis. Leuit. 20.20, Peccatum ſuum portabunt, עֲרִירִים vnici, (abſque liberis) morientur.

ערב Multa ſignificat. In cal, Gen.44.32, Seruus tuus עָרַב אֶת הַנַּעַר fideiuſſit pro puero. Irm.30.21, quis eſt hic qui עָרַב אֶת לִבּוֹ direxit cor ſuū: vnde R.D.in lib. rad.& in cōment. exponit, הֵטִיב וְהִכְשִׁיר decorauit, & direxit (aptauit) cor ſuum. Irme.6.20, Et ſacrificia veſtra non עָרְבוּ לִי dulcuerūt mihi.i. nō placuerunt mihi. Ieſah.24.11, עָרְבָה, id eſt חָשְׁכָה obtenebrata (obſcurata) eſt omnis lætitia. ſic R.Abrahā, ab עֶרֶב veſpera & tenebræ. Irme. 31.26, Et ſomnus meus עָרְבָה לִי dulcis fuit mihi. R.D.in cōment. placuit, vel profuit mihi. Nechem.5. 3, Agros noſtros, &c. nos עֹרְבִים in pignus tradimus. Iechez.27.27, וְעֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ & negotiantes negotiationem tuam. aut negotiatores negotiationis tuæ. Et 9, לַעֲרֹב מַעֲרָבֵךְ ad negotiādum negotiationē tuam. Et vocatur negotiatio (inquit R.D.in lib.rad.& cōment.) מַעֲרָב, & negotiatores עֹרְבִים, quòd negotiatores ſpōdeant (fideiubeāt) alter alteri in ſuis negotiationibus, dum emūt ac vendunt. Iudic.19.9, Ecce nūc remiſſa eſt (vel debilis.i.declinauit) dies לַעֲרוֹב ad occidēdum. Pſal.119.122, עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב congruere fac (apta) ſeruū tuū bono. R. Abrahā, fideiube, aut ſpōde pro ſeruo tuo in bonū. aut ad iucunditatē, vt iucūdetur cor eius: & eſt metaphorica locutio. R.D.in cōm. עֲרֹב iucūda, & dirige ſeruū tuū in bono. aut ad bonū. Tharghū, oblecta ſeruū tuum bo

no. Iiób 17.3, Pone(ſub.pignus)quæſo, עָרְבֵנִי עִמָּךְ fideiuſ ſorem da mihi tecũ:quis eſt, ad manũ meam qui polli ceatur? R. Abrahám Peruſól, Pone quæſo attentionem tuam, & voluntatẽ tuam, & certa mecũ depoſito pigno re, quód veris argumentis velis mecũ diſputare, & rationibus demõſtratiuis oſtendere cur euenerint mihi afflictiones iſtæ: & quis eſt qui certet pro te, vt diſputet mecũ? Vel, pone quæſo vt ſit qui diſputet mecũ verbis dulcibus. Ieſa. 38. 13, Domine עָשְׁקָה־לִּי vim fecit mihi (ſub.infirmitas. eſt enim præteritũ fœmineum tertiæ perſonæ) עָרְבֵנִי quieſcere fac me. vel iucũda me. Gen. 43.9, Ego אֶעֶרְבֶנּוּ fideiubebo pro illo. Pſal. 104.34, יֶעֱרַב עָלָיו שִׂיחִי dulceſcat iucũdũ ſit, placeat)illi eloquiũ meũ. Prou.13.18, תֶּעֱרַב לְנֶפֶשׁ iucũdũ erit animo. Hoſe.9.4, neque יֶעֶרְבוּ־לוֹ placebũt ei ſacrificia illorũ. Et in hifhil, 1.Sem.17.16, Et acceſſit Peliſtæus mane ſurgẽdo, וְהַעֲרֵב & adueſperaſcendo. Et in hithpahál, 2.Reg.18.23, Et nunc הִתְעָרֶב נָא fideiuſſorẽ da. Prouerb.14.10, Et in gaudio ipſius non יִתְעָרַב זָר miſcebitur extraneus. Et 24.21, Et cũ iterantibus(ſub.ſuas iniquitates) אַל־תִּתְעָרָב ne cõmerciũ habeas. Nomen cũ quinque punctis, Exod. 12.38, Et etiã עֵרֶב רַב miſtio multa(.i.cõgregatio ẽ multis populis)aſcendit cũ eis. Leuit.13.52, Et comburet veſtem, vel ſtamẽ, vel אֶת־הָעֵרֶב ſubtegmen. Et cum ſex pũctis, eſt Veſpera, tenebræ. Gene.1.5, Et fuit עֶרֶב veſpera. Exod.12.6, Inter הָעַרְבָּיִם duas veſperas. Irme.5.6, Lupus עֲרָבוֹת veſperarũ.i.veſpertinus. Sunt(inquit R.D.) qui exponunt, ſolitudinũ, aut deſertorũ. Aliud, עָרֹב, Miſtio diuerſorũ animalium, aut beſtiarũ. Exod.8.24, Et venit עָרֹב כָּבֵד miſtio beſtiarum grauis. vel multa.

Aliud, Gen.38.17, Si dederis עֵרָבוֹן vadimonium. aut

pignus. Alia forma,עֲרֻבָּה.1.Semu.17.18,וְאֶת־עֲרֻבָּתָם & pignus eorũ(quod ſcilicet habent apud creditores)tolles.Mos enim militũ eſt,vt deficiente pecunia,mutuo illam capiãt,dato pignore. Alia forma,præpoſito ת, 2. Reg.14.14,Et tulit omne aurũ,&c.וְאֵת בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת & filios obſidũ.i.principũ, qui dabant eos in domo regis obſides,ne rebellarent. Alia item,præpoſito מ,מַעֲרָב, Occidens. 1.Paralip.26.18,לַמַּעֲרָב ad Occidentem. Et cum ה in fine,1.Paralip.26.30,Trans Iardén מַעֲרָבָה(pro לְמַעֲרָבָה)ad Occidentem. Et cũ ה fœmineo ſcribit R. D.eſſe illud Ieſa.45.6, Vt ſciant ab ortu ſolis,וּמִמַּעֲרָבָה & ab Occidente. Eſt etiã עֵרֶב cum quinque punctis, Negotiatio. Irme.50.37, Gladius,&c. & ad omnẽ הָעֶרֶב negotiationẽ quæ eſt in medio eius.i. ad omnes viros negotiationis.acſi dicat,ad omnes negotiatores,vt exponit R.D.in cõment. vbi tamen ponit & aliã expoſitionem, Et ad omnem miſtionẽ.i.vulgus promiſcuũ, ſiue ad omnes viros extraneos , qui erant in Babél ex multis terris, ac regionibus. Et hæc magis quadrat.

Et præpoſito מ,מַעֲרָב,Negotiatio. Ezec.27.19,בְּמַעֲרָבֵךְ in negotiatione tua fuit. Aliud,עֹרֵב,Coruus.Gene.8. 7,Et emiſit אֶת־הָעֹרֵב coruum. 1.Reg.17.4,וְאֶת־הָעֹרְבִים & coruis præcepi vt alant te. Ita ſolẽt exponere Hebræi: ſed R.Ioſéph exponit,mercatores. A pulchritudine quoque,& gloria,cælum appellatur עֲרָב,vel עֲרָבָה. Pſa. 68.5,Exaltate equitantẽ בָּעֲרָבוֹת in cælos.ita R.Abrahã. Idem R.Moſéh,qui ſcripſit cælos appellari hoc nomine ob latitudinẽ,& exponit,Iter facite aſcẽdenti in cælos.Secundũ R.D.in cõment.eſt ſphæra ſuperior,quæ circuit omnia , & ſuo motu omnes alias ſphæras mouet. Aliud,עֲרָבָה,Solitudo,deſertũ. Deuter.2.8, A via

הָעֲרָבָה solitudinis. Iehos.11.2,In monte וּבָעֲרָבָה & in planitie.vnde & Tharghum habet,וּבְמֵישְׁרָא & in planitie. Ieho.4.13,Ad עַרְבוֹת solitudines Ierichó.Vel potius,planities,aut campestria. Deut.34.8,בְּעַרְבֹת in solitudinibus. ערב quoque,siue עֲרָב est Salix.Psal.137.2,עַל־עֲרָבִים in salicibus in medio eius. Iiób 40.17, עַרְבֵי־נָחַל salices torrentis. Hinc est & עֲרָב,Harabia. 2.Paralip.9.14,Et omnes reges עֲרָב Harabiæ. Harabes incolunt deserta,à quibus & cognominati sunt. Tóar,Iesa.13.20,Et non tendet tabernaculum ibi עֲרָבִי Harabs.

ערג Proprium est ceruorũ. R.D.in lib.rad.& in cõment.exponit,per verba צָעַק הָמָה clamauit,tumultũ fecit,aut sonuit. Psal.42.2,Quẽadmodum cerua תַּעֲרֹג clamabit ad torrẽtes aquarum,ita anima mea תַּעֲרֹג clamabit ad te Deus. Tharghum,מְרַגֵּג desiderat,à רְגַג. Ioél 1.20,Etiam bestiæ(.i.quæque bestiarũ,R.Abrahám)agri תַּעֲרוֹג clamabit ad te. Inde est & עֲרוּגָה,quod est secũdum Hebræos תֶּלֶם sulcus: שׁוּרָה linea quã faciũt qui hortũ serunt. Cãt.5.13,malæ tuæ כַּעֲרוּגַת sicut linea aromatis. vel sicut sulcus. R.Abrahám partem loci in horto esse scripsit.Ieche.17.9,עַל־עֲרֻגֹת in lineis(vel sulcis)germinis sui arescet.

ערד Vnde עָרוֹד,Onager.Iiób 39.8,& vincula עָרוֹד onagri quis soluit? & sic in lingua Aramæa : vt Dani.5.21,& cum עֲרָדַיָּא onagris.

ערה Effũdere,fundere,euacuare,Nudare, discooperire,Adhærere,coniungere.Iesah.32.11, Exuere וְעֹרָה & nudare.sunt infinitiua pro imperatiuis,exuite vos, & nudate. Et in Pihél,Iesah.22.6,וְקִיר עֵרָה מָגֵן & parieti adhæsit clypeus. vel, & parieti adhærere fecit clypeum,sub.ad pugnãdum contra ciuitatem, siue ad

perfodiẽdum murũ ſub illis. Tharghum, Et muro adhæſerunt clypei. & ſic doctores Hebræorum dixerunt, מְעוֹרָה בְּטַרְפַּשִׁין coniuncta reticulo iecoris. Poteſt & ſic exponi, ſecundũ R.Abra.& R.D.in cõm. Et Chír(quæ erat ciuitas regis Aſſúr.i. Cyrene) manifeſtauit clypeũ (pro clypeos) vt venirent ad prælium cõtra Ieruſaláim. Pſal. 137.7, עָרוּ עָרוּ diſcooperite, diſcooperite vſque ad fundamẽtũ in ea. Eſt ex hoc binián: acſi dicat, Deſtruite deſtruite ædificiũ Ieruſaláim, donec diſcooperiatis fundamẽtũ quod eſt in ea. R.Abrahám in cõmẽt. Qui dicunt Babyloniis, diſcooperite, &c. Et debuerat eſſe ſicut illud Exo.5.13, כַּלּוּ, ſed ר non recipit daghés. Et quia in poſteriori עָרוּ eſt athnách, prius eſt longum. Ieſah. 3.17, nates earũ יְעָרֶה nudabit. Gene.24.20, & feſtinauit וַתְּעַר כַּדָּהּ & effudit hydriam ſuã. Pſa.141.8, in te ſperaui, אַל־תְּעַר נַפְשִׁי ne effundas (vel proiicias) animam meã. quia (inquit R.Abrahám,) ſpiritus replet corpus, dixit effundas. R.D.in comment. Ne effundas. quũ enim egreditur ſpiritus à corpore, eſt acſi effunderetur ex illo. Tharghum, Ne euacues animã meam. Et in hiſhíl, Ieſah. 53. 12, Pro eo quòd הֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ effudit in mortem animã ſuam. Leu.20.18, אֶת־מְקֹרָהּ הֶעֱרָה venam ſuam effuderit. Et in niſhál, Ieſa.32.15, עַד־יֵעָרֶה donec effundatur ſuper nos (vel reueletur nobis) ſpiritus de excelſo. Vel ſecundũ R.Iehudáh, Donec coniungatur nobis. Et in hithpahál, Pſal.37.35, Vidi impiũ fortem וּמִתְעָרֶה, id eſt & כְּתַלְחֵלָה vireſcentem ſicut laurus viridis. Thren. 4. 21, inebriaberis וְתִתְעָרִי & diſcooperieris. aut diſcooperies te: ſicut & de Nóach dicitur Geneſ.9. 20, Et bibit de vino, & inebriatus eſt, & diſcoopertus fuit in medio tabernaculi ſui. Hinc עֶרְיָה, quod poteſt eſſe

esse sustantiuũ & tóar.Ieche.16.7,& tu eras nuda,וְעֶרְיָה & discooperta. Nomen,עֶרְוָה. Exo.28.42,ad operiendum carnem עֶרְוָה turpitudinis. Leuit. 18.9,non discooperies עֶרְוָתָן turpitudinem earũ. Alia forma,1.Reg. 7.36,Et cælauit &c.& palmas כְּמַעַר־אִישׁ secundum latus (.i.ex latere,secundũ R.Ionáh) vniuscuiusque, & lora per circuitũ.Acsi dicat secúdũ eũdẽ,quòd figuræ circũdabãt omne latus è lateribus vniuscuiusque tabulæ.Et est vt dixit eodẽ capite,Ex latere vniuscuiusque lororũ. At R.D.in cómen.exponit, secundum coniunctionẽ, aut in coniunctione vniuscuiusque lororum memoratorũ.quo modo exponunt doctores Hebræorum. Dixit Rabbáh filius Silóh, secundũ coniunctionem viri. i. quemadmodũ vir suæ coniungitur vxori ore ad os, Nachũ 3.5,מַעְרֵךְ nuditatẽ tuã. Tóar,עָרָה,Graminetũ, עָרוֹת graminета.Iesah.19.7,עָרוֹת,Gramineta(germina, & olera virentia)iuxta flumen.Est enim(inquit R. D. in lib.rad.)tóar olerum,& herbarum virentiũ.& venit instar בָּלוֹת.Acsi dicat, Herbæ virides adhærentes riuis, fluminibusque siccabuntur. Alia item forma,Iudic. 20. 33, Insidiæ autem Israél egrediebantur è loco suo מִמַּעֲרֵה־גָבַע è gramineto Ghébah.Vel,è loco coniuncto ipsi Ghébah. quod est nomen loci germinum, atque herbarum, quem cognominauit sic ob herbarum viriditatem.Ita R.D.in lib.rad.& comment.R.verò Ionáh exponit,è latere Ghébah.

עָרַךְ: AEstimare;AEquiparare,& סָדַר,Ordinare.Iiób 32. 15, Et non עָרַךְ אֵלַי מִלִּין ordinauit (sub. Iiób) aduersum me sermones.Leui.6.12,וְעָרַךְ עָלֶיהָ הָעֹלָה,& ordinabit super illud holocaustum.Iiób 13.18, ecce nunc עָרַכְתִּי מִשְׁפָּט ordinaui iudiciũ.Iudi.20.22,לַעֲרֹךְ מִלְחָמָה or

dinare prælium. Irme. 50.9, וְעָרְכוּ לָהּ & ordinauerunt (sub. seipsos) contra eã. Vel ordinabunt, sub. bellum, secundum R.D. in cõment. 1. Paral. 12.8, עֹרְכֵי צִנָּה ordinantes clypeum, & lanceã &c. Vel, ordinatores clypei, & lanceæ. Vel, ordinati ad clypeum &c. vt sit participiũ actiuum pro passiuo, vt habes & in חָגַר. Psal. 40.6, & cogitationes tuas אֵלֵינוּ אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ nobis (vel super nos) nõ est ordinare tibi. Exponit R.D. in cõment. Cogitationes sunt ante opus. Dixit de Creatore, Et cogitationes tuas: acsi ipse cogitaret ante opus: quia loquitur Scriptura secundum morẽ filiorum hominũ. Et sic Irme. 29.11, noui cogitationes quas ego cogito super vos. Et dixit אֵלֵינוּ nobis, aut super nos: acsi dicat, אֵלָיו ei, & omnibus qui fidunt misericordiæ eius non est עֲרֹךְ id est לַעֲרֹךְ ordinare tibi omnia mirabilia tua quæ facturus es nobiscũ: quia plura sunt quàm ordinari, & narrari, aut numerari possint. vnde subiũgitur, Annũtiabo &c. Vel, nõ est æquare tibi: iuxta illud Psal. 86.8, Nõ est sicut tu in diis Domine, & nõ est secundũ opera tua. Et 89. 6, Quis in cælo æquabitur Domino? R. Abrahám in cóm. Et cogitationes tuas. i. sententias tuas (aut decreta tua) nobis. i. propter nos. Vel, & cogitationes tuas nobis nõ est ordinare tibi, nõ est facultas in homine vt ordinet illas tibi. Et sunt qui exponunt, non est æquare tibi, vt Psal. 89, &c. R. Himmanuél, Et cogitationes tuas quas cogitasti super nos in bonum, non est opus ordinare illas coram te: quia corã te sunt manifestæ & notæ. Dictio quoque nobis, referri potest ad Fecisti mirabilia. Vel nobis. i. respectu nostri, vocantur mirabilia, & cogitationes. nam respectu tui, non est aliquid mirabile: quia ita magna vt parua facere potes. Et hoc modo non sunt respectu tui cogitationes, sed respectu

nostri. Vel non est æquare tibi &c. Iesah. 21. 5, עֲרֹךְ הַשֻּׁלְחָן, ordina mẽsam. Et cũ seghól, עֶרְכָּה, Iiob 33. 5. Psal. 5. 4, mane אֶעֱרָךְ לְךָ ordinabo tibi. subaudi ex R. Abrahám & R. D, תְּפִלָּתִי orationem meã. Et 50. 21, וְאֶעֶרְכָה לְעֵינֶיךָ, & ordinabo oculis tuis. sub. quicquid fecisti: vt noueris me cuncta scire. Vel secundũ R. Himmanuél, ordinabo iudiciũ oculis tuis, vt puniam te secundũ opera tua. Psa. 89. 7, quis in cælo יַעֲרֹךְ æquabitur (vel, æquiparabitur) Domino? Iiób 36. 19, הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ nunquid æstimabit diuitias tuas? Tharghũ, Nũ possibile est vt ordinetur petitio (vel oratio) tua? R. Moséh, Nũ ordinabit, vt Psa. 5. 4. & שׁוּעֲךָ est שַׁוְעָתְךָ clamor tuus. q. d: Nũ suscipiet Deus ordinẽ clamoris tui? Nõ, quũ venerit super te afflictio, & angustia &c. R. Abra. Perusól, Nũ æstimabit. i. num putas Dominũ quicquã æstimaturũ cõparatione peccati tui magni, existimationẽ tuam, familiã tuam, ac dignitatem tuam? Non aurum &c. R. Leuí, & R. Abrahám auenhezra, Num æstimabit diuitias tuas? Iesah. 40. 18, & quã similitudinem תַּעַרְכוּ לוֹ æquabitis ei? Aut comparabitis ei? Sed secundum R. D. in lib. rad. hoc est ex hifhíl, & ponitur pro תַּעֲרִיכוּ, sicut dictũ est de יַרְבִּקוּ in radice דָּבַק. & hoc quia est transitiuũ in tertium. Et in hifhíl, 2. Reg. 23. 35, אַךְ הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ veruntamen æstimare fecit terram. i. mulctã imposuit terræ. Leui. 27. 8, וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ הַכֹּהֵן & æstimare faciet eum sacerdos. Nomen, præposito מ, מַעֲרָכָה, Locus prælii. i. acies, ordo, ordinatio. Exo. 39. 37, lucernas הַמַּעֲרָכָה ordinis. aut ordinationis. 1. Semuél 4. 2, & percusserunt בַּמַּעֲרָכָה aciem. Leuit. 24. 6, & pones eas duobus מַעֲרָכוֹת ordinibus, sex הַמַּעֲרָכֶת ordines super &c. 1. Semu. 17. 26, מַעַרְכוֹת acies Dei viuẽtis. Alia forma, עֵרֶךְ, Ordo, AEstimatio. Exo.

40. 23, & ordinauit super eam עֵרֶךְ לֶחֶם ordinem panis. Iudic.17.10, וְעֵרֶךְ בְּגָדִים & ordinem vestiũ. Alii, æstimationem. sed prima interpretatio est germana. Tharghum, וְזוּג לְבוּשִׁין & par vestium. Leui.27.16, & erit עֶרְכְּךָ æstimatio tua. Alloquitur sacerdotem, Erit æstimatio tua quã impones ei. Et vltimũ כ est signum pronominis secundæ personæ, & non redundat vt putauerunt multi. Et 23, & supputabit ei sacerdos numerum הָעֶרְכְּךָ æstimationis tuæ vsque ad annũ Iobél, & dabit הָעֶרְכְּךָ æstimationẽ tuã. Aggregatur ה præter normã in priori הָעֶרְכְּךָ, quia prior dictio est in regimine genitiui, & sic ה videtur redundare. Et est sicut illud Iudicũ 7. 21, הָאֹהֱלִי. Psal.55.14, & tu homo כְּעֶרְכִּי secundum æstimationẽ meam. Acsi dicat, Putabã te alterum me in magnitudine, ita te honorabam. sic R. D. in comment. R. Abrahám, æstimatus in oculis meis sicut ego.

ערל Auferre præputium. Leuit. 19. 23, וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ אֶת פִּרְיוֹ auferetis præputium eius fructum eius. Tóar, Exodi 12.48, & omnis עָרֵל præputiatus. Leuit. 26.41, humiliabitur cor vestrum הֶעָרֵל incircuncisum. i. graue. R.D. Exod.6.12, & ego עֲרַל שְׂפָתָיִם incircuncisus (vel balbus, secundum R.D. in lib. rad.) labiis. Alia forma cum sex punctis, Ieche.44.9, עֶרֶל לֵב וְעֶרֶל בָּשָׂר incircuncisus corde, & incircuncisus carne. Leuit. 19.23, עֲרֵלִים præputiati. Iechez.44.7, עַרְלֵי לֵב וְעַרְלֵי בָשָׂר incircuncisos (.i. graues) corde, & incircũcisos (.i. superfluos R.D.) carne. Nomen, עָרְלָה, Præputium. & secundũ R. D. omnis res superflua, & grauis, quam par est proiicere, & amouere, dicitur עָרְלָה. Exod. 4.25, & circuncidit עָרְלַת præputiũ. Alia forma, Iehos.5.3, in colle הָעֲרָלוֹת præputiorum. Illud autem Chab.2.16, Bibe etiam tu,

וְהֵעָרֵל & ſis diſcoopertus, vt diſcooperias turpitudinem tuã, exponitur iuxta illud Gene.9.21, Et inebriatus eſt, & diſcooperuit ſe. Vel dicitur per metatheſin literarũ, à רָעַל ſopire pro וְהֵרָעֵל & conſopire. Et hoc eſt rectum, inquit R.D. in lib.rad. In cóment. autem hoc modo exponit, Et videatur præputiũ tuum. Vel, & conſopire. Targhũ, וְאִתְעַרְטַל & nudare. ſiue nuda te. Et eſt ſecundum R. Abrahám in cóment. ex nifhál: exponitque, Et apparebit (vel appareat) præputium tuum. acſi eſſet ſcriptum וְתֵעָרֵל. eſt enim imperatiuum vice futuri: ſicut Deuter.32.50, וּמֻת & morere. pro morieris.

עָרַם Vnde verbum in cal & hifhíl, pro Callidum, & aſtutum eſſe, callide & aſtute agere, Coaceruare. 1.Sem.23.22, dixit enim mihi (ſub. dicens, aut quiſpiã) עָרֹם יַעְרִם הוּא callide agendo callide aget ipſe. Prius eſt macór ex cal, alterũ eſt futurũ ex hifhíl. Pſal.83.4, ſuper populum tuũ יַעֲרִימוּ סוֹד callide agent ſecretum. vel conſiliũ. Et in nifhál, Exo.15.8, Et in ſpiritu furoris tui נֶעֶרְמוּ מַיִם coaceruatæ ſunt aquæ. Acſi dicat, Steterunt aceruatim, quemadmodũ dixit eodem verſu, Steterunt ſicut aceruus fluenta. Tóar, Gene.3.1, Et ſerpens erat עָרוּם callidior. Prou. 14. 8, עָרוּם aſtutus intelliget viam ſuã. Iiób 5.11, cogitationes עֲרוּמִים callidorum. Aliud, עֵירֹם, Nudus. Geneſ.3.10, עֵירֹם nudus erã. Et 2.25, ambo ipſi עֲרוּמִּים nudi. Iiób 22.6, & veſtes עֲרוּמִּים nudorũ (.i. illorũ quos nudãdo nudos feciſti) ſpoliabis. pro expoliaſti. ſunt cũ ו, & מ cũ daghés, inquit R.D. in lib.rad. & in Michlól. Alia forma, מַעֲרוּם inſtar מַנְעוּל: vel cum chólem, inquit R.D. in Michlól, מַעֲרֹם. 2.Paral.28.15, & omnes מַעֲרֻמֵּיהֶם nudos eorum. Nomen, עָרְמָה, Calliditas, aſtutia. Prouer.1.4, ad dandum ſimpli

cibus בְּעָרְמָה עָרְמָה astutiam. Exo.21.14, vt occidat eum בְעָרְמָה callide. Iiob 5.13, Capiens sapientes בְּעָרְמָם (pro בְּעָרְמָתָם) in astutia eorum: sicut Hose.13.2, כִּתְבוּנָם pro כִּתְבוּנָתָם.

Alia forma, Deuter.28.48, Et in siti וּבְעֵירֹם & in nuditate. Alia item, עֲרֵמָה, Aceruus. Ruth 3.7, in extremo הָעֲרֵמָה acerui. Chagg.2.17, veniebat (sub. quispiam) אֶל־עֲרֵמַת עֶשְׂרִים ad aceruum viginti. sub. modiorũ. i. ad aceruum frumenti, ex quo putabatur quòd deberent exire modii viginti. 2. Para.31.6, & posuerunt עֲרֵמוֹת עֲרֵמוֹת aceruos aceruos. i. aceruatim. Et forma masculea, Irm. 50.26, עֲרֵמִים aceruos. Alia forma, עַרְמוֹן, Castanea arbor. Gene.30.37, & tulit Iahacób virgam &c. וְעַרְמוֹן & castaneam. Iechez.31.8, וְעַרְמֹנִים & castaneæ arbores non fuerunt sicut rami eius.

ערם Vnde עֲרִיסָה, Conspersio, hoc est farina cũ aqua, Vulgò *pasta*. Nume.15.20, De primitiis עֲרִסֹתֵיכֶם conspersionum vestrarum.

ערף Vnde עֹרֶף, Posterior pars faciei, siue colli. Exod. 32.9, populus durus עֹרֶף ceruice est. Leui.5.8, E regione עָרְפּוֹ ceruicis eius. Deuter.31.27, וְאֶת־עָרְפְּךָ הַקָּשֶׁה & ceruicem tuã duram. Verbũ, עָרַף, Deceruicare (ita mihi loqui liceat exprimendi gratia). i. torquere collũ, siue torquendo ceruicẽ frangere. Stillare. Deuter.21.4, וְעָרְפוּ־שָׁם אֶת־הָעֶגְלָה deceruicabũt ibi vitulam in torrente. Et 32. 2, יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי stillet sicut pluuia doctrina mea. Item 33.28, etiã cæli eius יַעַרְפוּ־טָל stillabũt rorem.

Et quia cæli stillant, & influũt pluuiam & rorem in hæc inferiora, vocantur עֲרִיפִים, secundum R.D. in lib. rad. & in comment. Iesah.5.30, Et lux obtenebrata est בַּעֲרִיפֶיהָ in cælis eius. R. Abrahám auenhezra, in destructionibus eius. Et sic Hose.10.2, Ipse יַעֲרֹף מִזְבְּחוֹתָם diruet

(destruet)aras eorum.quam expositionem refert & R. Dauid in comment.& lib.rad.

ערץ Conterere,Frangere,& frangi animo,.Consternari, Pauere,formidare, Roborare, fortificare. Psal.10.18,Non addet vltrà לַעֲרֹץ אֱנוֹשׁ conterere hominem de terra.Vel secũdum R.Abrahám,timere hominem de terra. vel, vt timeat homo à terra. Aut iuxta R. Dauid in comment. vt terreat hominem è terra. Est enim(inquit)verbum trãsitiuum. R.Himmanuél, vt cõterat,& expellat impius hominẽ è terra.i.è mundo.& sic Iesa.2.19,Quũ surrexerit לַעֲרֹץ הָאָרֶץ conterere terram.Idem R.D.in lib.rad.& in cõment. Tharghũ, conterere impios terræ. Iiób 31.34,si אֶעֱרוֹץ הָמוֹן רַבָּה expauescam multitudinẽ magnam. Deut.1.29,לֹא־תַעַרְצוּן ne formidetis.Iesa.47.12,Si forte תַּעֲרוֹצִי robores te.siue sis fortis, vt ait R.D.in commẽt.& R.Abraham:& est intransitiuũ.At in lib.rad.exponit cõfringas, vel conteras inimicos tuos. Et in hifhíl, Iesa.29.23, וְאֶת־אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל יַעֲרִיצוּ & Deum Israél formidabunt. R.D.in lib. rad. roborabunt.i. dabunt illi fortitudinem & potentiam,dicentes illũ esse fortem. Et in cõment.Dabunt illi in hymnis suis potentiã & fortitudinem,quia percussit castra Assúr.Tharghum,Et de Deo Israél dicent quòd fortis est. R.Abrahám,timère facient alios. Vel intransitiue,pauebunt. Et in nifhál,Psal.89.8,Deus נַעֲרָץ timendus.Deus dicitur נַעֲרָץ,quòd homines ab illo timeant. Tóar,עָרִיץ,Fortis,robustus,timẽdus.Psa. 37.35,Vidi impiũ עָרִיץ fortẽ. Iiób 6.23, Et è manu עָרִיצִים fortium redimatis me. Nomẽ,עֲרֻץ,Fractura.Iiób 30. 6,בַּעֲרֻץ in fractura torrentiũ. Alia forma,Iesah.10.33, excîdit(præsens)ramum בְּמַעֲרָצָה in fortitudine. Alia

item,מְעָרִץ. Iesa.8.13,Et ipse מַעֲרִיצְכֶם pauor vester,quia scilicet timebitis ab illo.

ערק Fugere. vnde & Tharghú pro וַיָּנָס & fugit: habet וַעֲרַק. Iiób 30.3, הָעֹרְקִים qui fugiunt in desertum vt quærant cibũ suum.sic R.D.in cóment.& lib. rad. Alia significatio,Iiób 30.17,וְעֹרְקַי לֹא יִשְׁכָּבוּן & nerui mei(aut pulsus mei venæ)non quiescét.pro quiescebant. vnde & Tharghú pro Dederút בַּרְזֶל עָשׁוֹת ferrum purum,Ieche.27.19: habet בְּעַרְקִין דְּבַרְזֶל neruos ferreos, iuxta illud Iesah.48.4,Et neruus ferreus ceruix tua.Et in lingua Harabica(siue Ismahelitica) nerui vocantur אֵל ערוק,inquit R.D.in lib.rad. & in cóment.Et R.Moséh,posita superiori expositione, exponi posse dicit secundum prioré significantiam,& fugãtes me:hoc sensu, Noctu flagella fero, & persecutores mei impii non dormiũt super lectũ suũ:sed eũt noctu, vt stent aduersum me mane surgẽdo.Et verbũ עָרַק non solũ festinare fugiẽdo, verũetiam festinare persequẽdo significat. R.Abra.Perusól,nerui mei motus.i.venæ pulsatiles.

ערש Cum sex punctis,Lectus.Deute.3.11,Ecce עַרְשׂוֹ עֶרֶשׂ בַּרְזֶל lectus eius lectus ferreus. Plurale fœmineũ,Hamós 6.4,Super עַרְשׂוֹתָם lectis suis.

עשש Vnde עָשׁ,Tinea. Iiób 13.28,Sicut vestimẽtum comedet eum עָשׁ tinea. Iesah. 50.9, עָשׁ tinea comedet eos. Hinc verbũ,Psal.31.11,Et ossa mea עָשֵׁשׁוּ computruerunt.ita R.D.in cóm.aut corrosa sunt veluti vestis à tinea.siue cõsumpta sunt acsi tinea comedisset ipsa. Et 10, עָשְׁשָׁה cõputruit in ira oculus meus. acsi dicat, Quoniã in mea infirmitate lætos meos videbam inimicos,propter iram computruit, & veluti à tinea corrosus est oculus meus.

עשב

עֵשֶׂב Cum quinque punctis, Herba. Exo.10.15, וּבְעֵשֶׂב & in herba agri. Prou.27.25, עִשְּׂבוֹת herbæ montium. ש est cum daghés euphoniæ gratia, inquit R.D. in Michlól, & lib.rad. acsi dicat, Præpara gregibus tuis escam in domo, quia non inuenitur omni tépore pascuum in agro, sed interdum siccatur herba. Et quanuis germen interdum videatur, nonnunquam tamen deficiunt herbæ montium.

עָשָׂה Facere, Aptare, Parare, præparare, Cógregare, Frágere, cófringere. Ge.1.31, Et vidit Deus אֶת־כָּל־אֲשֶׁר עָשָׂה omne quod fecit. Iesa.41.4, Quis operatus est, וְעָשָׂה & præparauit, &c. secundú R. Abra. 1. Semu.12. 6, Dominus qui עָשָׂה אֶת־מֹשֶׁה magnificauit Moséh: secundum R.D. Tharghū, qui fecit fortitudiné per manum Moséh. 2.Semu. 19.24, & non עָשָׂה רַגְלָיו וְלֹא־עָשָׂה שְׂפָמוֹ aptauerat(.i. lauerat) pedes suos, neque aptauerat labrum suū. Genes.18.8, Et filiú bouis quem עָשָׂה parauerat. Leuit.16.9, וְעָשָׂהוּ & faciet illum peccatú .i. offeret illum pro peccato. Iesa.43.7, Formaui eú, etiam עֲשִׂיתִיו feci eum. vel aptaui eū, secundū R. Abrahám. Gene.12. 5, animas quas עָשׂוּ fecerunt. vel acquisierunt, secundú R. Dauid. Et 1.11, עֹשֶׂה פְּרִי facientem fructum. Psal.95. 6, Coram Domino עֹשֵׂנוּ factore nostro. Genes.24.49, עֹשִׂים חֶסֶד facientes misericordiá. 1.Semu.25.18, Et quinque oues עֲשׂוּוֹת paratas. Genes.18.7, Et festinauit לַעֲשׂוֹת אֹתוֹ ad præparandum illum. Ieche.23.21, בַּעֲשׂוֹת quando fregerunt (cópresserunt) vbera tua. Gene.6.14, עֲשֵׂה fac. 2.Semu.13.7, וַעֲשִׂי־לוֹ & fac illi cibum. Gen.2.18, אֶעֱשֶׂה־לּוֹ עֵזֶר faciam ei adiutoriú. 1.Semu.14.48, וַיַּעַשׂ חָיִל & congregauit exercitum, secundum R.D. Ieche.28.4, וַתַּעַשׂ זָהָב & congregasti aurú, & argentú in thesauris. Iudic.

13.15, וְנַעֲשֶׂה & præparabimus. Et in pihél, Iechez.23.3, עִשּׂוּ דַּדֵּי fregerunt(compresserũt) vbera virginitatis earum. Et in nifhál, Ecclesi.2.17, Opus שֶׁנַּעֲשָׂה quod factum est sub sole. Deuter.17.4, נֶעֶשְׂתָה, facta est abominatio hæc. Estér 9.28, וְנַעֲשִׂים, & facti. Et 1, לְהֵעָשׂוֹת, vt fiat. Gene.29.26, Non יֵעָשֶׂה fiet. Nomen, præposito מ, Ecclesi.8.17, מַעֲשֵׂה, opus Dei. 2.Reg.16.10, Omni מַעֲשֵׂהוּ operi eius. 1.Semu.25.2, וּמַעֲשֵׂהוּ, & opus eius in Carmél. i. pecudes, & boues. quæ appellãtur nomine operis, quòd homo seipsum occupet in illorum acquisitione, secũdum R.D. Nume. 16.28, vt facerem omnia הַמַּעֲשִׂים opera hæc. Psal.66.3, מַעֲשֶׂיךָ, opera tua.

עָשָׁן Fumus. Genes.15.17, Et ecce clibanus עָשָׁן fumi. Psal.18.9, Ascendit עָשָׁן fumus. Hose.13.4, וּכְעָשָׁן, & sicut fumus. Iesah.34.10, Ascendet עֲשָׁנָהּ fumus eius.

Alia forma, Exod.19.18, כְּעֶשֶׁן sicut fumus. Et tóar, Exod.20.18, Et monté עָשֵׁן fumantem. Iesa.7.4, A duabus caudis titionum הָעֲשֵׁנִים fumigantiũ istorum. Et verbum in cal, Exo.19.18, Et mons Sinái עָשַׁן fumauit. Psal.74.1, יֶעְשַׁן, fumabit. Et 144.5, Tange montes וְיֶעֱשָׁנוּ & fumabunt.

עָשַׁק Vsurpare, Bona aliena occupare. עָשַׁק & גָּזַל differũt: quòd עָשַׁק est nolle reddere, aut restituere ré proximi sui, quæ peruenit ad manus suas per depositum, per mutuũ, aut per obligationem: vt est merces mercennarii quam quis tenetur illi reddere. sed גָּזַל est rapere, vi auferre. R. Abrahám in cõm. in Leuit.6.1, גָּזַל, est vi rapere, aut capere: עָשַׁק verò occulte. R. Selomóh, negare, aut nó restituere mercedem mercẽnarii. Iechez.18.18, Pater eius, quia עָשַׁק עֹשֶׁק גָּזַל גֵּזֶל אָח occupauit occupationem, (.i. bona aliena,) rapuit rapinã fra-

tris.i.bona fraterna,hoc est sociorũ, aut proximorum suorum. Iesa.52.4, Et Assúr pro nihilo עֲשָׁקוֹ occupauit eum.i.eius bona. Vel,oppressit eum,vt Tharghú. Micháh 2.2,וְעָשְׁקוּ גֶּבֶר וּבֵיתוֹ & occupabũt virum,& domum illius. R.Abrahám in cóment. Et occupabũt seductione,oppressione,aut violentia & dolo.Iesa.38.13,Domine עָשְׁקָה־לִּי vim fecit mihi.aut oppressit me. R.Abrahám subaudit ex verbo præcedẽti דַּלָּה ægritudo,aut infirmitas.Est enim verbũ tertiæ personæ fœminei generis. R.quoque D.in lib.rad. subaudit מַחֲלָתִי infirmitas mea.Et sunt(inquit)nonnulli qui putant esse imperatiuum,quanquá ע non sit cũ camés chathéph,sed scribitur cum maarich,sicut Psal.86.2,שָׁמְרָה נַפְשִׁי:& exponunt, Adde mihi, sub.super dies meos. Quo in sensu vtuntur doctores Hebræorũ hoc verbo:vt quũ scribũt, עשיק לגביך. Et hanc expositionem sequitur R.D.in lib. rad.& rectã esse arbitratur. Malachi 3.5,וּבְעֹשְׁקֵי & in occupantes mercedem mercẽnarii. Psal.119.121,Ne derelinquas me לְעֹשְׁקָי opprimentibus me. Eccles.4.1,Et de manu עֹשְׁקֵיהֶם opprimẽtiũ eos. Vel,eorũ bona occupantium,vt sunt reges,vt iudices qui pro muneribus iudicãt,vt fures,inquit R.Abrahám.Iiób 35.9,Propter multitudinem עֲשׁוּקִים eorũ quorum occupãt bona.Psal.103. 6, & iudicia omnibus עֲשׁוּקִים quorũ bona occupantur. vel oppressis. Illud autẽ Prouerb.28.17,Homo עָשֻׁק oppressor(aut alienorũ bonorum occupator)in sanguine animæ:secundũ R.D.in lib.rad.est tóar,acsi esset עָשׁוּק: quanquam est cũ súrec, sicut est illud Irme.9.8, שָׁחוּט, quod est sicut שׁוֹחֵט.Et sic exponitur,Homo qui opprimit alios(aut aliorum bona occupat)in sanguine animæ.i.qui occîdit homines. R.Ioséph sic exponit, Ho-

mo oppreſſus.i. quę opprimit cogitatio (aut concupiſcentia) mala,& occidit animã donec deſcendat in gehennam: vſque ad ſepulchrũ fugiet,non fulcient eũ.i, non iuuabũt eum homines. Et dixit fugiet,quòd omnibus diebus vitæ ſuæ ſit in pauore. R.Himmanuél in cóment.Homo carceri mácipatus,quòd occiderit animam,& recepturus eſt pœná, non erit è numero illorum de quibus dictú eſt Prouerb.24.11,Erue eos qui capti ſunt ad morté: ſed dimittent eú vt currat ad occiſionem,& ad ſepulchrú:neque erit ei qui miſereatur illius, neque illius amici iuuabũt eũ vt eruatur à pœna. Et dixit fugit, quia ob pauorem omnibus diebus vitæ ſuæ fugiet de loco ad locú, ne inueniat illum propinquus ſanguinis. Vel עָשֻׁק eſt participium paſſiuũ loco participii actiui, vt eſt שָׁחוּט iam memoratũ. Hoſe.12.7, לַעֲשֹׁק opprimere(vel occupare bona aliena)dilexit. Et per tranſlationem dicitur Iiób 40.18, Ecce יַעֲשֹׁק נָהָר rapiet fluuiũ,& nõ feſtinabit. acſi dicat,Ecce trahet ad os ſuum fluuiũ totum,acſi raperet eũ. R.Moſéh in commen. Ecce trahet ad os ſuũ totum fluuiú,ſicut qui extrahit à ſocio ſuo illud quod eſt in manu eius, & non feſtinabit.i. & non facit hoc feſtinanter, quia non timet nec beſtiam,neque hominé. Leuit.19.13, לֹא־תַעֲשֹׁק אֶת־רֵעֲךָ וְלֹא תִגְזֹל nõ occupabis amicú tuum,(.i.bona amici,)& nõ rapies. Non eſt geminatio rei, id eſt ſenſus, in duobus verbis prædictis: ſed hoc vult, Si venerit ſubſtantia proximi tui ad manũ tuam per depoſitum, aut mutuũ, vel debita fuerit illi ob illius mercedem: quũ petierit illá à te,non vſurpabis ſubſtantiã,neque dices illi, Nõ reſtituam eá tibi: neque rapies, aut tolles ab illo vi. Et ſic exponunt doctores Hebræorũ, adducentes

probationem ex eo quod ſcriptú eſt 2.Semu.23.21,וַיִּגְזֹל & rapuit lanceá è manu AEgyptii. Iiób 10.3, Nú bonũ eſt tibi(aut,Nũ placet tibi)quòd תַעֲשֹׁק vim inferas? R. Moſéh,acſi dicat,quòd opprimas me,diripias,rapiẽdo à me opera bona? R.Abra.Peruſól,quòd perdas hominẽ?

Tóar,Irme.21.12,Et eripite raptú de manu עָשׁוֹק occu pantis aliena.Eſt tóar,inquit R.D.in lib.ra. inſtar גָּדוֹל קָרוֹב.In eius verò cõment. & R.Selomóh,libríſque im preſſis legitur עוֹשֵׁק,eodem ſenſu,vt Pſa.72.4,עוֹשֵׁק occupantẽ aliena.ſub.dolo. Nomen,עֹשֶׁק,Occupatio, aut detẽtio rei alienæ,Oppreſſio.Pſal.73.8,Et loquẽtur malitioſe עֹשֶׁק detentionem alienorum bonorũ.R.D. in cõment. Non ſunt veriti loqui de occupatione bonorum alienorũ(aut oppreſſione)quã fecerunt,nec operuerũt,ſed locũti ſunt malitioſe, adeo vt locuti ſint in Excelſum,dicentes,nó eſſe Excelſum ſuper eos, qui propter hoc illos puniat.Pſa.119.134, Redime me מֵעֹשֶׁק ab oppreſſione hominum. Alia forma,præpoſito מ, Prouerb.28.16,וְרַב מַעֲשַׁקּוֹת multiplicabit rapinas. Et in pihél, participium,Ieſah.23.12,הַמְעֻשָּׁקָה oppreſſa virgo filia Sidón.

עָשַׂק Cum puncto in ſiniſtro cornu שׂ,eſt ſicut עָסַק. Et ſemel inuenitur nomen cum quinque punctis,& verbum in hithpahál,Gen.26.20,Et vocauit nomen putei עֵשֶׂק Héſec(.i.litigium:)quia הִתְעַשְּׂקוּ עִמּוֹ litigauerunt cum illo.

עָשַׁר Locúpleto,dito.Hoſe.12.8,עָשַׁרְתִּי locupletatus ſum. Iiób 15.29,non יֶעְשַׁר locupletabitur. Et in hifhil, Gen.14.23,Ego הֶעֱשַׁרְתִּי אֶת־אַבְרָם ditaui Abrã. 1.Semu.2.7,Dominus depauperat וּמַעֲשִׁיר & ditat.Prouer.23.4,ne labores לְהַעֲשִׁיר vt diteris.Zecha.11.5,bene-

dictus Dominus, וָאֶעְשִׁיר locupletatus sum (diues effectus sum.) א quiescit, inquit R.D. Et R. Abrahám in cóment. א (inquit) reuertitur ad ו, idcirco occultatur, vt occultatur א in וְאַעַנֶּה & afflixi semen Dauid, 1. Reg. 11. 39. 1. Semu. 17.25, יַעְשְׁרֶנּוּ ditabit eum. Psalm. 65. 10, multum תַּעְשְׁרֶנָּה locupletabis eã. pro תַּעֲשִׁירֶנָּה. Et in hithpahál, Prouer. 13.7, Est מִתְעַשֵּׁר diuitem seipsum præ se ferens. Tóar, 2. Sem. 12.1, vnus עָשִׁיר diues. Eccles. 10.6, וַעֲשִׁירִים & diuites. Psal. 45.13, עֲשִׁירֵי עָם diuites populi.

Nomen, 1. Sem. 17.25, Ditabit eum rex עֹשֶׁר גָּדוֹל diuitiis magnis. Prouer. 22.1, מֵעֹשֶׁר רָב quàm diuitiæ multæ. Et 11.28, בְּעָשְׁרוֹ in diuitiis suis.

עשר Cum puncto in sinistro cornu, Dare decimã, & accipere decimã. 1. Sem. 8.15, וְכַרְמֵיכֶם יַעְשֹׂר & vineas vestras decimabit. i. & vinearũ vestrarum capiet decimã. Et in Pihél, Nech. 10.37, Et ipsi leuitæ הַמְעַשְּׂרִים erunt decimantes. i. decimas capient. Deut. 14.22, עַשֵּׂר תְּעַשֵּׂר אֵת כָּל־תְּבוּאַת זַרְעֶךָ decimas dãdo, decimas dabis de omnibus frugibus seminis tui. Et in hifhíl, Deu. 26. 12, Quũ perfeceris לַעְשֵׂר אֶת־כָּל־מַעְשַׂר תְּבוּאָתְךָ dare decimã omnis decimæ fructus tui. Secũdũ normã debuerat esse לְהַעֲשֵׂר. Et ה est in potentia pathách quod est sub ל, vt habes in Michlól. Et sic Neche. 10.38, בַּעְשֵׂר quando decimas accipiẽt Leuitæ. Nomen, præposito מ, Gen. 14.20, Et dedit ei מַעֲשֵׂר decimam. Leui. 27.31, מִמַּעַשְׂרוֹ de decima sua. Alia forma nomen numerale, Genes. 8. 5, vsque ad mensem הָעֲשִׂירִי בָּעֲשִׂירִי decimũ, in decima. Alia forma, עֲשִׂירִית, Decima pars. Exo. 16.36, עֲשִׂרִית decima pars modii est. Alia item forma, Iesah, 6.13, Et adhuc in ea עֲשִׂירִיָּה decimatio. aut decima. Est enim nomen tóar cóprehendens omnem numerũ, id est, Quia

erunt adhuc in ea decem reges ante captiuitatem: quia in diebus Huzziiáhu dicta fuit hæc prophetia, & ab illo vsque ad captiuitatem fuerunt decé reges. Et R. Abrahám in cómen. Sunt qui dicunt quòd decem reges ſtabunt adhuc ſuper Iehudáh ante captiuitatem, & ita fuit ſecundú veritatem. Alii dicunt, decima pars remanebit in ea. Sed ſecúdum grammaticá eſt nomen tóar & non ſubſtantiuum. Alia forma, Geneſ. 24. 55, dies, vel עָשׂוֹר decem. i. per annú, vel decem menſes. Vide יוֹם in plurali. Alia item, Nume. 15. 4, Similæ עִשָּׂרוֹן decimam parté. Leuit. 14. 10, & tres עֶשְׂרֹנִים decimas ſimilæ.

Alia præterea; Gene. 18. 32, ſi inuenti fuerint ibi עֲשָׂרָה decem. Et quia numerus denarius eſt limes, & terminus, & finis omnis ſupputationis, (ná à decé, & ſuprà, ſunt denarii numeri repetitiones) idcirco capitur indifferenter pro quolibet numero, & non pro ipſo determinato numero. Iiób 19. 3, iam עֶשֶׂר פְּעָמִים decé vicibus pudore afficitis me. i. multoties. Et Leuit. 26. 26, & coquent עֶשֶׂר נָשִׁים decem mulieres. i. multæ. 2. Semu. 18. 3, עֲשָׂרָה אֲלָפִים decem milia. i. multa. Exo. 26. 7, עַשְׁתֵּי־עֶשְׂרֵה יְרִיעֹת vndecim cortinas facies. Gene. 5. 7, שְׁתַּיִם עֶשְׂרֵה שָׁנָה duodecim anni &c. Vide Grammaticas inſtitutiones.

Et cú ſex punctis, Exo. 36. 21, עֶשֶׂר אַמּוֹת decem cubitorum. Ieho ſ. 3. 12, שְׁנֵי עָשָׂר duodecim viros.

עָשַׁת Eſt נָא, Niteſcere, candeſcere. Irm. 5. 28, impinguati ſunt, עָשְׁתוּ, id eſt צַחוּ וְזַכּוּ nitidi, & mundi fuerunt. ita R. D. in lib. rad. Et in cóment. Metaphorice (inquit) Impinguati ſunt, ſicut Deuter. 32. 15, & impinguatus eſt rectus (. i. Iſraél,) & calcitrauit. Acſi dicat, Multiplicauerunt opes: diuites quoque communiter ſunt pingues. Et quia pinguedo nitorem, & munditiá

cutis carnis efficit, idcirco dixit עֶשְׁתּוֹ candidi ſunt vt ebur. Tharghum, Ditati ſunt, etiam acquiſierunt opes.

Et in hithpahál, Velle, complacere, Cogitare. Ionáh 1.6, ſi forte יִתְעַשֵּׁת הָאֱלֹהִים לָנוּ cogitet Deus de nobis. aut cóplaceat Deus nobis. & ſic in lingua Aramæa. Tóar, בַּרְזֶל עָשׁוֹת instar קָרוֹב רָחוֹק. Iechez. 27.19, dederunt עָשׁוֹת, id eſt זַךְ וְקָלָל purum, & terſum. Et eſt ferrũ quod dicitur chalybs. Tharghum, in virgis ferreis. Nomen cũ ſex punctis, עֶשֶׁת quod eſt וְכֹתוֹ, Puritas. Cant. 5.14, Venter eius עֶשֶׁת שֵׁן puritas (candor) eboris. R. Abrahám in cõment. Venter tuus vas eburneum candidũ: ſic appellatũ quòd ſit צַח nitidũ. Alia forma, עַשְׁתּוּת instar עַבְדוּת. Iiób 12.5, lampas (aut tæda) cõtempta לְעַשְׁתּוּת שַׁאֲנָן (aliàs לְעַשְׁתּוּת) id eſt לִזְכוּת וְנֹעַם ad puritatem, & decorẽ. Dixit Iiób de ſeipſo quòd ſit vt lampas contempta, qui antea fuerat ad puritatẽ, & decorẽ trãquilli, nũc autẽ paratus ad nutationes pedis. R. quoq; Moſéh in cõment. cogitationi quieti, aut opulentis. Idem Tharghũ, & R. Abrahám Peruſól. Alia item, עֶשְׁתּוֹנָה, Cogitatio. Pſal. 146.4, perierunt עֶשְׁתֹּנֹתָיו cogitationes eius. Vnde Irm. 18.12, pro, poſt מַחְשְׁבוֹתֵינוּ cogitationes noſtras: Tharghũ habet עַשְׁתּוֹנַנָא. Hinc עַשְׁתֵּי, quod cõpoſitum cũ עֶשְׂרֵה, aut עָשָׂר, facit vndecim: ſic nomen appellatũ ob cogitationem finis, & principii illius quod poſt decem volumus numerare. Nã עֶשְׂרֵה (vt dictũ eſt ſuo loco) eſt finis numeri. Exo. 26.7, עַשְׁתֵּי־עֶשְׂרֵה יְרִיעֹת vndecim cortinæ.

עֵת Tempus. require in עָוַת. ſecundum tamen R. Abrahám radix eſt עָנַת: vt radix חִטָּה eſt חִנְטָה Vnde & in lingua Aramæa vtrunque ſcribitur cum נ.

עָתַד In pihél, Parare, præparare. Proue. 24.27, וְעַתְּדָהּ & præpara illud in agro tibi. ה eſt cum mappic, inquit

inquit R.D. Et in hithpahál, Iiób 15.28, Quæ הִתְעַתְּדוּ לְגַלִּים paratæ ſunt ad cumulos. Tóar, Iiób 15.24, Sicut rex עָתִיד paratus ad prælium. Deuter.32.35, & feſtinabit (pro feſtinabunt, aut feſtinant) עֲתִדֹת לָמוֹ quæ parata ſunt eis.i. vltiones, & punitiones illis paratæ. Ieſah.10.13, & remoui terminos populorum, וַעֲתוּדֹתֵיהֶם & præparata ipſorũ deprædatus ſũ.i. theſauros ipſorũ quos ſibi parauerant. aut, quæ parata erãt eis de peculiaribus, ac deſiderabilibus. Vel, limites eorũ: quia dixit, Et remouere feci terminos populorũ. nã limitatio ſiue terminatio, & præparatio, idem prope ſignificãt. Hinc עַתּוּדִים, Hirci maiores qui præcedũt capras: & per tranſlationẽ Maiores ac magnates, qui populũ præcedunt. Minores hirci dicũtur תְּיָשִׁים. Num.7.17, quinque עַתּוּדִים hircos. Zechar.10.3, & ſuper הָעַתּוּדִים hircos viſitabo. Ieſah.14.9, omnes עַתּוּדֵי אָרֶץ hircos terræ.i. reges, & principes.

עתם Semel duntaxat inuenitur, ídque in nifhál. Ieſah.9.19, נֶעְתַּם אֶרֶץ, id eſt חָשְׁכָה obtenebrata eſt terra. Tharghũ, Deſolata eſt. Vnde lingua Harabica, tenebræ dicuntur עַתְאַמָּה. R. Abra. auéhezra ait R. Moſéh dicere eſſe ſicut יוּעַם זָהָב obſcuratũ eſt aurũ, Thre.4.1. Et אֶרֶץ hoc loco eſt maſculeũ, vt oſtendit verbũ maſculeũ.

עתק Veteraſcere, ſeneſcere, Craſſeſcere, Transferre, Amouere, Eradicare. Iiób 21.7, עָתְקוּ, id eſt עָבוּ incraſſati ſunt, & חָזְקוּ cõfortati, fortificati ſunt. Idem R. Himmanuél. Tharghũ, אִתְקְפוּ roborati ſunt. R. Abrahám Peruſól, fortificati ſunt, vel ſenuerunt. Pſal.6.8, עָתְקָה veterauit (ſcilicet oculus) inter omnes inimicos meos. vel, Inueterauit propter omnes inimicos meos, quia iraſci faciunt me, & propter nimium fletũ veterauit oculus meus. Et ſic in lingua Aramæa, Dani.7.9,

וְעַתִּיק & antiquus dierum ſedit. Tharghũ quoque pro יָשֵׁן Veteraſcere, habet עֲתַק: Sic R. Abrahám in commẽ. Inueterauit, ſcilicet oculus meus. R. Himmanuél in cō ment. Oculus meus (id eſt, viſio oculorum meorũ quæ erat pura, & mũda) turbatus eſt, acſi intumuiſſet aqua, i. humor qui eſt in medio eius, propter hoſtes meos, qui de malo meo ſunt læti. Et עָתְקָה eſt נִתְעַבָּה intumuit, & חָשְׁכָה obtenebratus, vel obſcuratus eſt: aut trãſlatus, ſiue amotus eſt: id eſt, lumẽ oculorũ meorũ amotum eſt (.i. perdidi viſũ) propter inimicos meos, qui de mea ægritudine ſunt læti. Vel, incraſſatus eſt. i. tumuit oculus meus: vt Iiób 21, ſuprà citatum. Alia ſignificatio, Iiób 18.4, וְיֶעְתַּק צוּר מִמְּקוֹמוֹ, id eſt יָסוּר וְיֵעָקֵר & remouebitur ſeu eradicabitur ſaxũ è loco ſuo. Et in hifhíl, Prou. 25.1, Etiã iſtæ ſunt parabolæ, quas הֶעְתִּיקוּ trãſtulerũt viri Chizchiiáh. i. tranſcripſerunt ſcribæ Chizchiiáh. Qui enim aliquid deſcribit è libro, vt in alium librũ transferat, dicitur מַעְתִּיק, quòd remoueat, & eradicet verba è libro ad librum, licet verba libri prioris non ſint ex illo amota & eradicata. Vnde ſcriba eſt tanquam tranſlator. Iiób 32.16, הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים remota ſunt ab eis verba. vt ſcilicet non ſint eis vltra verba ad reſpondendum. Et 9.5, הַמַּעְתִּיק הָרִים qui eradicat è loco ſuo mõtes. Gen. 12.8, וַיַּעְתֵּק & amouit. ſub. tabernaculũ ſuũ. Tóar, 1. Semu. 2.3, Egrediatur עָתָק vetus (ſcilicet verbum) de ore veſtro. Vel, craſſum. i. tumidum verbũ. Vel, דָּבָר חָזָק verbum forte, aut durũ. & ſubauditur negatio præpoſita אַל ne, hoc eſt, nec egrediatur durum verbũ ex ore veſtro. ita R. D. in cõment. Pſal. 31.19, quæ loquuntur aduerſus iuſtum עָתָק durum. Deficit דָּבָר verbũ. Et ſic Gene. 42.7, & locutus eſt cum eis dura. ſcilicet verba.

Et Psal. 75.6, ne loquamini collo עָתָק pingui.i. verbis duris contra Deum in collo. Acsi dicat, ore vestro cũ collo vestro quod est densum, crassum & pingue. Potest referri ad collũ, & ad verbum subauditum, id est collo pingui: vel collo pingue.i. durum verbũ. Hæc R. D. & R. Abrahám in cóment. Prouerb. 8.18, diuitiæ, & gloria sunt mecũ, הוֹן עָתֵק.i. substantia רַב וְגָדוֹל multa & magna. Acsi dicat, opes pingues. R. Himmanuél, substantia multiplex, aut opes multiplices. 1. Paral. 4.22, & verba עַתִּיקִים vetera. vel fortia. Vtroque modo exponit R.D. in lib. ra. sed priorem interpretationem probat. Iesah. 28.9, עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם amotos ab vberibus.

עתר Est רָצָה, Placere, cóplacere: & הִתְפַּלֵּל, Orare, rogare, precari: דִּבֵּר loqui, & multiplicare preces, secũdum R.D. in lib. ra. & R. Selomóh. Et cóstruuntur verba huius radicis cum אֶל, aut ל, duobus exceptis. Iiób 33.26, יֶעְתַּר אֶל־אֱלוֹהַּ וַיִּרְצֵהוּ orabit ad Dominum, & placabit eũ. Gen. 25.21, וַיֶּעְתַּר יִצְחָק לַיהוָה & orauit Ischác ad Dominum. Et in nifhál, Iesah. 19.22, וְנֶעְתַּר לָהֶם & placabitur eis. est cũ pathách. Et cum chólem, 1. Paral. 5.20, וְנַעְתּוֹר לָהֶם & placabitur eis. 2. Sem. 24.25, וַיֵּעָתֵר יְהוָה לָאָרֶץ & placatus est Dominus terræ. 2. Paral. 33.13, וַיֵּעָתֶר לוֹ & placatus est ei. Et in hifhíl, Exo. 8.29, וְהַעְתַּרְתִּי אֶל־יְהוָה & orabo ad Dominum. Iechez. 35.13, וְהַעְתַּרְתֶּם עָלַי דִּבְרֵיכֶם & locuti estis aduersum me verbis vestris, secundũ R. D. in lib. rad. Vel, & multiplicastis aduersum me verba vestra, vt Tharghũ. Idem quoq; R.D. in cómen. scribit verbum hoc significare, verborũ durorum multiplicationem, & multiplicare verba in oratione. Exod. 8.28, הַעְתִּירוּ בַּעֲדִי orate pro me. Et 8.9, quãdo אַעְתִּיר לְךָ orem pro te. Nomẽ, עָתָר, Multiplicatio, densitas. Iechez. 8.

12, וְעָתַר & densitas nubis. Alia forma nomen. Irme. 33.6, Et reuelabo eis עֲתֶרֶת orationem (vel multiplicationem) pacis, & veritatis. R.D. in cõment. exponit רוב multitudinem. Et hoc pacto quæ significant orare, significant multiplicare orationem, aut preces. Illud autem Sepha.3.10, עֲתָרַי Hatharái filia Pusái: est nomen gentis, secundum R.D. in lib. rad. & in comment. vel familiæ, quæ est trans flumen AEthiopiæ. Sed Tharghú, Israelem vocat Hatharái: quia placabilis, & exorabilis erit illi Deus. Et appellauit eos Pusái, quòd sint dispersi in captiuitate. Hoc enim modo habét, De trans flumina AEthiopiæ reuertetur captiuitas populi mei, qui captiuus ductus est, & adducent eos illuc tanquam oblationes.

QVADRATA NOMINA.

עֲטַלֵּף Vespertilio. Leuit.11.19, וְאֶת־הָעֲטַלֵּף & vespertilionẽ. Iesa.2.20, וְלָעֲטַלֵּפִים & vespertilionibus.

עַכְבָּר Mus. Leuit.11.29, Mustella, וְהָעַכְבָּר & mus. 1. Semu.6.4, & quinque עַכְבְּרֵי זָהָב mures auri. pro aurei.

עַכָּבִישׁ Araneus. Iiób 8.14, Et domus (.i. tela) עַכָּבִישׁ aranei fiducia eius.

עַכְשׁוּב Aspis: vel species aspidis. Psal.140.4, Venenum עַכְשׁוּב aspidis.

עַפְעַף Vide עוף.

עַקְרָב Scorpio. Deuter. 8. 15, וְעַקְרָב & scorpio. Num. 34.4, per ascensum עַקְרַבִּים scorpionum. Ipse ascensus, (inquit R.D.) erat locus serpentũ, atque scorpionum. 1. Reg.12.11, & ego corripiam vos בָּעַקְרַבִּים scorpionibus vel spinis, quæ vulgo vocãtur אישגלנטיר. Sic Iechez.2.6,


וְאֶל־עַקְרַבִּים & cũ ſpinis tu habitas.vel,cũ ſcorpionibus.
ערער Myrica,aut iuniperus.Irm.17.6,& erit כְּעַרְעַר ſicut myrica in deſerto. הָעֲרֹעֵר Quære in עור. Et ſic cũ cholem , Irme. 48. 6, עֲרוֹעֵר ſicut myrica. Prius,Tharghum vertit, ſicut עַכּוּבִיתָא quod eſt genus ſpinæ,inquit R.Haii,cuius fructus tam exterior,quàm interior eſt comeſtibilis.Poſterius vero vertit,ſicut tur ris Harohér. Illud autẽ Ieſah.17.2, derelictæ ciuitates עֲרֹעֵר Harohér pro gregibus erũt, ſecundũ R.Ionáh eſt prophetia ſuper Dãméſec.i.Damaſcũ.nã Harohér erat è ciuitatibus Moáb.Appellatur autem Damméſec Harohér,quia futura erat ſicut עַרְעָר myrica in deſerto.At non eſt opus tali expoſitione,licet illã fulciat Midrás, quia potuit eſſe ciuitas magna in Damméſec, cui nomen fuerit Harohér,quæ vicina illi eſſet. & quanuis è ciuitatibus Moáb eſſet Harohér,potuit eſſe eiuſdẽ nominis vrbs in Damméſec: quemadmodũ inter ciuitates filiorum Hammón,erat vna quæ vocabatur Harohér,ſicut ſcriptum eſt,Vſque ad Harohér,quæ eſt ante Rabbáh.Et ſic Harohér de qua ſcriptũ eſt,Ab Harohér vſque ad ripam fluminis Arnón:altera videtur eſſe Harohér.Eſt igitur exponendum,Derelictæ ciuitates Harohér. i. Iſraél : quia ipſius Iſraél fuerat ipſa Harohér, quam accepit è manu Emoræi, & fuerat filiorũ Ghad. Et quia pariter conuenerant Rex Arám (.i. Syriæ,) & Péchach filius Remaliáhu , vt pugnarent contra Iehudáh,memorauit in prophetia Damméſec,quòd eius ruina foret vt ruina vrbiũ Iſraél: quia eodem tempore fuit earũ ruina per regem Aſſúr, & deſolatio terræ filiorũ Ghad,& filiorum Reubén, in qua erat Harohér. Fuit ante hanc,quæ fuit per Pul regẽ Aſſúr: & ſic dixit

in hac prophetia, eodem capite, verſu 3, Et reſiduum Aram(.i.Syriæ)ſicut gloria filiorum Iſraél,erit.

עֲרָפֶל Caligo,ſiue denſæ tenebræ.Iiób 22.13, Num per עֲרָפֶל caliginem iudicabit? Deuter.5.22,è medio ignis,nubis,וְהָעֲרָפֶל & caliginis.

עַשְׁתָּר Vnde עַשְׁתְּרָה,Grex.Deut.7.13,וְעַשְׁתְּרֹת & caulas ouiũ tuarum. Et nomen vrbis,Gene. 14.5, Et percuſſerunt Repha'im בְּעַשְׁתְּרֹת in Haſtheróth carnáim. Nomen idóli,1.Reg.11.5,Et ambulauit Selomóh pc ł עַשְׁתֹּרֶת Haſthóreth deũ Sidoniorũ.ſic verſu 33,Et incuruauit ſe ה̄ לְעַשְׁתֹּרֶת Haſthóreth deo Sidoniorum.Iudicum 2.13,Et ſeruierunt ipſi Báhal,וְלָעַשְׁתָּרוֹת & Haſtharóth.

פ



Non eſt litera deſeruiens,ſed radicalis.

פֵּאָה Extremitas,finíſque cuiuſlibet rei, Angulus,Plaga,Latus, Coma,Dux,princeps. Irme.9.26,Et viſitabo,&c.& ſuper omnes קְצוּצֵי פֵאָה.i.diſperſos לְפֵאָה in angulum(in extremũ,ait R.D.in lib.rad.) qui habitant in deſerto. Et in cõment.hoc modo ſcribit, Diſperſos in angulum, habitantes in extremitate anguli,aut plagæ.i.regionis. acſi dicat,longinquos in deſerto. Res enim lóginqua vocatur קָצֶה, Extremitas, finis,& פֵּאָה: quia קָצֶה,& פֵּאָה ſunt lóginqua termino in qualibet re.Et in radice קָצַץ exponit ſimiliter,habitantes in fine orbis,in extremo mũdi.Nume.34.3,פְּאַת־נֶגֶב latus Meridiei. Leuit.19.9,non perficies פְּאַת angulum (extremitaté)agri tui.Et 21.5,וּפְאַת & extremitaté barbæ ſuæ non radent. Item 19.27, Non in circuitu tódebitis

פְּאַת comā capitis. Hamós 3.12, בִּפְאַת in angulo (vel extremitate) lecti. Exod.25.26, in quatuor הַפֵּאֹת angulis. Nume.24.18, Et tráſfiget פַּאֲתֵי duces Moáb. Et ſic Tharghum, רַבְרְבֵי duces. principes. Hinc verbū in hifhíl, pro Diſpergere in angulum, aut extremitatē. Deuter. 32.26, Dixi, אַפְאֵיהֶם diſpergam eos in extremitatem. ſub. terræ. R. Selomóh in cómēt. Dixi in corde meo, diſpergam, vel ponā eos angulum, proiiciendo illos à me. & ſic exponit Menachém. Sunt qui exponūt ſicut Tharghum, Manebit furor meus ſuper eos. Et hoc non eſt rectum: quia ſcriptum fuiſſet iuxta hūc ſenſum cum duplici א, priori deſeruiente, altero radicali, nempe אֶאֱפְאֵיהֶם, inſtar אֲאַזֶּרְךָ, Ieſah. 45. 5. & אֲאַמִּצְכֶם, Iiob 16. 5. Et א medium non conuenit ei. Onchelos vertit ſecundum aliam ſignificantiam: Sunt qui dictionem hanc diuidūt in tres dictiones, אַף אֵי הֶם, Dixi in furore meo, dabo eos acſi non eſſent: vt dicant qui illos viderint, Vbi ſunt? Poteſt exponi (ait R.D.) ex hac radice illud Ieſah.3.17, Et Dominus פָּתְהֵן comā earū nudabit.

פֵּאֵר Glorificare, decorare. In pihél, Ieſah.55.5, quia פֵּאֲרָךְ glorificauit (decorauit) te. Hoc verbū, inquit R. Abrahám in cóment. non habet ſimile in verbis perfectis, ſed in quieſcētibus habet עֶנְךָ, Irme.23.37. Ieſah.60.13, לְפָאֵר מְקוֹם מִקְדָּשִׁי ad glorificādum (decorandúmque) locū ſanctificationis meæ. i. ſanctuarii mei. Et 7, וּבֵית תִּפְאַרְתִּי אֲפָאֵר & domum gloriæ meæ glorificabo. Deut. 24.20, Quū excuſſeris oliuā tuam לֹא תְפַאֵר אַחֲרֶיךָ nō deiicies poſt te. i. id quod remanet in ramis poſt te: à פֻּארָה ramus. Et eſt פ cū pathách, ait R.D. in Michlól, & lib. ra. diſcernēdæ ſignificationis gratia. i. vt differat à תְּפָאֵר glorificabis. Doctores tamen Hebræorū (inquit

idem)exponunt in priori ſignificatione,non glorifica bis.i.non deiicies gloriá eius ab illo.Et ita exponit R. Selomóh. Tharghũ,Non auferes(aut tolles)poſt te.i. quæ remanent poſt te. Et in hithpahál,Exod.8.9,Et dixit Moſéh ad Parhóh, הִתְפָּאֵר עָלַי Glorifica te ſuper me quando orem pro te. quod nõnulli hoc modo exponunt,Gloriare contra me quando deprecer pro te.i. tu habeas iſtam gloriã,vt eligas tibi tẽpus,quanquam mea potius interſit. Et R.Selomóh in cõmen.Gloriare,&c.vt Ieſah.10.15,הֲיִתְפָּאֵר nunquid gloriabitur ſecuris contra ſecantẽ in illa?dicens,Ego ſum maior te. Et ſic,gloriare ſuper me,poſtulando aliquid magni,dicẽs me illud non poſſe facere. Ieſah.49.3,In te אֶתְפָּאָר gloriabor. Nomẽ,פְּאֵר,Gloria,Decor,Pulchritudo,Tiara. Ieſa.61.3,Vt darem eis פְּאֵר gloriã(aut decorem)pro cinere.Et 10,פְּאֵר gloriam.Ieche.24.17,פְּאֵרְךָ tiarã tuam liga ſuper te.Et 23,וּפְאֵרֵכֶם & tiara veſtra. Deficit enim י ſignũ plurale.Ieſah.3.20,הַפְּאֵרִים mitræ.Et appellantur ſic, quòd ſint homini gloria & decor, quum ſunt in illorum capitibus. Alia forma,Ieſah.28.5,Et in ſertũ תִפְאָרָה gloriæ.aut decoris.Iudi.4.9,תִּפְאַרְתְּךָ gloria tua.

Et nomẽ geminans vltimã literam,Ioél 2.6,Omnes vultus קִבְּצוּ פָארוּר contraxerũt(pro contrahent)gloriã: vt eodem capite,10, Et ſtellæ אָסְפוּ retraxerũt ſplendorem ſuum.Sic exponit Menachém. Et Donés exponit ollam aut lebetẽ:acſi dicat,cõgregabunt omnẽ nigredinem ollæ. At R. Ioſéph ſcribit hoc non eſſe rectum ſecundum verba Menachém, quia diſcrimen eſt inter קִבֵּץ & אָסַף. nam קִבֵּץ eſt congregare res diſperſas in locum vnũ:אָסַף verò dicitur de re etiam nõ diſperſa. Idcirco non eſt rectũ vt dicatur,Omnes vultus cõgregauerunt

uerunt gloriã suam.i.retraxerunt,& collegerunt,sicut dicitur de stellis אָסְפוּ. Et Gene.49.33,וַיֶּאֱסֹף רַגְלָיו & collegit pedes suos. Deut.32.50,וַיֵּאָסֶף אֶל־עַמָּיו & collectus est ad populos suos.1.Sem.14.19,אֱסֹף יָדֶךָ contrahe(retrahe)manus tuas.Quibus in locis nõ esset rectũ vti verbo קָבַץ.Et secundũ illos qui exponunt,congregauerũt nigredinẽ sicut olla:א nõ est radicalis litera, sed redundat:vnde & sine א scribitur,vt habes in radice פָּרַר. Alia forma,פֹּארָה, Ramus. Iesah.10.33,Abscindet פֹּארָה ramũ in terrore. R.Abrahám in cóment.Excîdet ramũ, pro ramos.Idem R.Dauid.Et cũ chólem, Iechez.17.5, Et extendit פּראֹות ramos.Scribitur ר ante א,& in margine scribitur פארות.Appellãtur sic rami,quòd sint gloria & decor arboris. Possunt tamẽ prædicta quæ ramũ significant,deduci à פָּרָה, secũdum R.Iehudáh: & sic א est loco ו protractiui,& est instar תוּעָה. nec obstat פֻּארָה scribi cũ súrec: quia súrec & chólẽ inter sese permutantur,& sunt eiusdem formæ: alia tamen sunt cũ chólẽ.

פַּג Siue פָּגַג,à quo פַּג,Ficus immatura,aut non matura quantum opus est. Canti. 2.13, Ficus חָנְטָה פַגֶּיהָ dulcescere fecit(.i.maturauit)grossos suos.Et quia daghessatur, rectum est vt sit à פָּגַג. R.quoque Abrahám fructũ significare scribit antequam maturescat: & sic esse in lingua Ismahelitica.

פִּגֵּל Vnde פִּגֻּל, Caro,cuius odor aspectúsque mutati sunt,& idcirco abominabilis.vnde & omne abominabile dici potest פִּגֻּל.Iechez.4.14, Et non ingressa est os meũ caro פגול rei abominabilis.Iesah.65.4, Et ius פִּגֻּלִים abominabilium(scilicet carniũ)in vasis eorũ.

פָּגַע Occurrere,obuiare,siue obuiam ire,Incurrere, Aggredi,Rogare,precari.Ieho.19.34,וּבְאָשֵׁר פָּגַע

מַיִם & ipſi Aſer occurrit ab Occidēte. Hamós 5.19, Quū fugerit quiſpiam à facie leonis, וּפְגָעוֹ הַדֹּב occurret ei vrſus. Ieſah. 64.5, פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ occurriſti lætanti. i. quia à principio occurriſti, & inueniſti eū qui gaudebat, lætabatúrque in præceptis tuis, & faciēti iuſtitiā, qui ſimilis erat Abrahám patri noſtro, & aliis iuſtis qui fuerūt poſt illum, qui recordabātur tui tempore iræ in moribus tuis, qui ſunt, miſericors, & miſerator, & longanimis. Vel ſecundum alteram ſignificantiam, Suſcepiſti precatione̅, poſtulationémque lætantis, &c. i. iuſtorū, inquit R.D. in lib. rad. R. Ionáh exponit, Incurriſti in gaudentē occurſū mortis. i. abſtuliſti iuſtos è mundo, qui lætabantur in præceptis tuis, & faciebāt iuſtitiam. Alii (inquit R.D. in cōment.) exponūt, Suſcepiſti precationes iuſtorū. Et iſtæ duæ expoſitiones ſunt ſecundum illud Micháh 7.2, Periit miſericors (aut probus) è terra. Dixit, Ipſi iuſti qui cū lætitia faciebant, obſeruabántque præcepta tua, non ſunt modo in mundo, vt ſtent pro nobis in fractura, quemadmodum faciebant priſci. R. Abrahám in cōm. Occurriſti, &c. Sēſus eſt, Si iratus eras, occurrebas iuſtis, qui ſtāt in fractura: vt Pſa. 106. 23, Et dixit vt diſperderet eos, niſi Moſéh electus eius ſtetiſſet in fractura corā illo. Vel, ſuſcepiſti precationem iuſtorū. 1. Semu. 22.17, Et noluerunt ſerui regis mittere manū ſuam לִפְגֹּעַ בְּכֹהֲנֵי יְהוָה vt incurrerent in ſacerdotes Domini. i. vt occiderent eos. Iudic. 8.21, וּפְגַע־בָּנוּ & incurre in nos. Geneſ. 23.8, וּפִגְעוּ־לִי בְּעֶפְרוֹן & intercedite pro me apud Hephrón. Vel, rogate pro me Hephrón. Ieſah. 47.3, Vltionem capiā, & non אֶפְגַּע אָדָם ſuſcipiam preces hominū. ſub. pro eis, ſecundū R. Abra. & R.D. Siue, & non ſuſcipiā occurſum hominum, ſi-

cut Ruth 1.16, vt infrà citabitur. Sunt qui exponũt, vltionem capiã de te, & nõ suscipiam preces hominum. R.D.in cõment. Vltionẽ accipiam de malo quod fecerunt Israeli, non occurram(sub.eis)sicut homo.i.sicut cæteri hominũ,(deficit enim כ similitudinis)sed vltionem perfectã de illis capiã. Et in hunc sensum vertit Iehonathán in Tharghum. Irme.27.18, יִפְגְּעוּ־נָא בַיהוָה, rogent nunc Dominum,&c. Ruth 1.16, אַל־תִּפְגְּעִי־בִי ne roges me. Et in hifhíl, Iesah.53.6, Et Dominus הִפְגִּיעַ בּוֹ אֵת עֲוֹן כֻּלָּנוּ occurrere fecit ei pœnam omniũ nostrũ. Vel,& Dominus rogare fecit pro iniquitate omniũ nostrum. Irm.15.11, Si non הִפְגַּעְתִּי בְךָ rogare feci eum pro te. R.Dauid, Si nõ posui eũ vt rogaret pro te. Et 36.25, הִפְגִּעוּ occurrerunt regi.i. restiterunt. Vel, rogarunt regem. Et est sine י coniugationis. Iesah.59.16, quia non erat מַפְגִּיעַ qui rogaret. vel deprecaretur, secundum R. D.in lib.rad.& cõmen.& R.Abrahám. Et 53.12, וְלַפֹּשְׁעִים יַפְגִּיעַ & pro præuaricatoribus rogabit. Nomẽ, 1.Reg. 5.4, Et non erat פֶּגַע רָע occursus malus. Alia forma, præposito מ, Iiób 7.20, vt quid posuisti me לְמִפְגָּע לָךְ in occursum tibi?

פִּגֵּר In pihél, vel puhál, Lassari, fatigari, debilitari, secundum R.D.in lib.rad. & secũdum alios, Pigrescere, aut pigrum esse. 1.Semu. 30.10, Et steterunt ducenti viri qui פִּגְּרוּ lassi(aut fatigati)erant, ne transirent torrentẽ Besór. est ex puhál, & chiríc est loco súrec: sicut & Iesah.60.11, וּפִתְּחוּ. vel est ex pihél intrãsitiuo, vel est transitiuũ.i.præ se ferebant lassos, fatigatósque, ac debiles(quãquam non essent)ne irent: quia timebant, & potius volebant remanere apud sarcinas, quàm pergere. Et in hac significantia vtuntur hoc ver

bo Hebræorũ doctores. Hinc eſt & פֶּגֶר,cum ſex punctis,Cadauer. Ieſah.14.19,כְּפֶגֶר מוּבָס ſicut cadauer contemptibile.2. Reg.19.34,פְּגָרִים cadauera. Nume.14.29, Cadent פִּגְרֵיכֶם cadauera veſtra. Et 32, וּפִגְרֵיכֶם אַתֶּם & cadauera veſtra vos,cadent in deſerto hoc.Dixit vos,declarationis gratia:quia ſi dixiſſet tantum,cadauera veſtra,potuiſſet intelligi de filiis.

פָּגַשׁ Occurrere,obuiare, aut Obuiã ire,obuiam habere.Gen.33.8,turma hæc אֲשֶׁר פָּגָשְׁתִּי quam obuiam habui.vel,cui occurri. Prouerb.17.11, פָּגוֹשׁ דֹּב occurrere vrſo,&c. Exod.4.24, וַיִּפְגְּשֵׁהוּ & occurrit ei Dominus. Gene.32.16,quum יִפְגָּשְׁךָ occurrerit tibi Heſau. ג eſt cum camés,inquit R.D. 1.Semu.25.20,וַתִּפְגֹּשׁ אֹתָם & occurrit eis.2.Sem.2.13,וַיִּפְגְּשׁוּם & occurrerũt eis. Et in pihél, Iiób 5.13,In die יְפַגְּשׁוּ־חֹשֶׁךְ occurrent tenebris. Et in nif hál, Pſal.85.11, Miſericordia & veritas נִפְגָּשׁוּ obuiauerunt ſibi.

פָּדָה Redimere.2.Semu.4.9,פָּדָה אֶת־נַפְשִׁי redemit animam meam.Iiób 5.20,In fame פָּדְךָ redemit te.Micháh 6.4,Et è domo ſeruorum פְּדִיתִיךָ redemi te. Pſa.34.23,פֹּדֶה יְהֹוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו redimit Domin⁹ animã(pro animas)ſeruorũ ſuorum.Nume.18.15,פָּדֹה תִפְדֶּה אֵת בְּכוֹר הָאָדָם redimendo redimes primogenitũ hominis. Pſal. 25.21,פְּדֵה redime.Hoſe.7.13,Et ego אֶפְדֵּם redimam eos.
Et in nif hál,Leuit.19.20,וְהָפְדֵּה לֹא נִפְדָּתָה & redimendo non fuit redempta.הָפְדֵּה, eſt macór ex hof hál, inquit R.Dauid. Et 27.29, Non יִפָּדֶה redimetur. Et in hif híl, Exod.21.8, Non deſpõſauit eam,וְהֶפְדָּהּ redimere faciet eã.i.iuuabit illam in ſua redemptione.acſi dicat, Diminuet redemptionẽ eius ſecũdum numerum annorum quibus fuit apud illum,acſi mercede fuiſſet conducta ab illo,vt exponit R.D.in lib.ra. Nomen,

פְּדוּת, Redemptio.Psal.111.9. Alia forma,פִּדְיוֹם instar שִׁלְשׁוֹם.Nume.3.49,Et tulit Moséh argentum הַפִּדְיוֹם redemptionis. Alia itē forma,Exod.21.30,Et dabit פִּדְיֹן redemptionem. Et cū ו,Psal.49.9, Et pretium פִּדְיוֹן redemptionis. Alia præterea,פְּדוּי instar כְּסוּי. Nume.3.46,וְאֵת פְּדוּיֵי & redemptiones.

פדן Vnde illud Dani. 11.45, Et plantabit (aut figet) tabernacula אַפַּדְנוֹ, id est אַרְמוֹנוֹ palatii sui. Et sic אַרְמוֹן palatiū,vocatur in verbis doctorum Hebræorum אַפַּדְנָא.& א redūdat. Secundū R.Ioséph,א est radicale,& נ redūdat.Vide אפד in fine. פַּדָּן quoque apud doctores Hebræorū significat Duo,Par. Vnde scribitur apud illos,Ipse vir qui rapuit פַּדְנָה דְתוֹרָא מֵחַבְרֵיהּ par boū à socio suo. Et 1. Reg. 19.21,pro, Et tulit אֶת־צֶמֶד הַבָּקָר par boū, Tharghū habet פַּדַּן תּוֹרַיָּא. Hinc פַּדַּן אֲרָם dicitur Græce μεσοποταμία συρίας,Mesopotamia Syriæ:quòd sit sita inter duo flumina,Tigrim videlicet & Euphratē.Genes. 28.2,Surge,vade פַּדֶּנָה אֲרָם in Mesopotamiā Syriæ.Et vocatur sic,inquit R.D.in lib.ra.quòd sint duo loca quæ vocantur אֲרָם: nempe Arám naharáim.i. duorum fluuiorum,inter quos est sita:& Arám Sobáh.Est & Arám Damméſec(.i.Syria Damasci)& Arám Rechobóth,altera propinqua alteri:& ob hoc sociantur. Arám verò quæ est trás flumē,appellatur Arám naharáim.Et sunt qui exponunt Paddán Arám,agrum.i. regionē Syriæ: quia in lingua Ismahelitica הַשָּׂדֶה ager,aut regio,vocatur Paddán,quemadmodum scripsit R.Ioséph.

פדע Redimere.Semel duntaxat inuenitur in Sacris literis.Iiób 33.24,פְּדָעֵהוּ redime eum.

פדר Est חֵלֶב,Adeps. Leuit.1.8,caput וְאֶת־הַפָּדֶר & adipem.Et 12,וְאֶת־פִּדְרוֹ & adipem eius.

פה Os oris. Pſa.115.5, פֶּה לָהֶם os eis. 2.Reg.10.21, פֶּה לָפֶה, ore ad os. Ieho.9.2, פֶּה אֶחָד ore vno. i. vno cõſenſu, vno conſilio, vt exponit R.D. in cõm. Et ſic Tharghũ פּוּמָא חֲדָא. Et in regimine, ה mutatur in י. Exo.28.31, & erit פִּי־רֹאשׁוֹ os capitis eius. Os hoc loco, ait R.D. vocatur labiũ veſtis, ſuperior locus vbi ponitur caput. 2.Reg.2.9, & ſit quæſo פִּי־שְׁנַיִם menſura duorum (.i. duarũ partiũ) de ſpiritu tuo mihi: vt exponit R.D. in lib. rad. i. menſura duplex ſpiritus tui. Et ſic Deut.21.17, quia primogenitum filium exoſæ agnoſcet vt det illi פִּי שְׁנַיִם menſuram duarũ partiũ. i. menſurã duplicem omnis quod inuenietur illi. Nume.3.16, & viſitabit eos Moſéh עַל־פִּי iuxta ſermonẽ Domini. Proue.10.6, וּפִי רְשָׁעִים & os impiorum. Gen.42.27, בְּפִי אַמְתַּחְתּוֹ in ore ſacci ſui. Exo.16.21, vnuſquiſque כְּפִי אָכְלוֹ ſecundum comedere ſuum. i. quemadmodũ comederit. Ieho.6.20, לְפִי־חָרֶב in ore (.i. acie) gladii. Gene.43.7, עַל־פִּי הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה ſecundũ verba hæc. Et 47.12, & aluit Ioſeph &c. לְפִי הַטָּף ſecũdũ paruulũ. i. ſecũdum mẽſurã paruuli, hoc eſt vt paruulus alitur. Et 45.12, פִּי os meum loquitur ad vos. Eſt cũ י ſigno primæ perſonæ pronominis. י vero radicalis litera deficit, quia non eſt rectum aggregare ſimul duo iodim, vt dicamus פִּיִי cũ motu י primi ob grauitatem. Iiób 5.15, מִפִּיהֶם ex ore ipſorum. Iudic.3.16, & fecit ſibi Ehúd gladium, & ei erant duæ פֵּיוֹת acies. i. duo acumina. Et פ cũ chiríc, Proue.5.4, gladius פִּיּוֹת duarum acierũ. i. biceps. Et geminato פ, Pſal.149.6, Et gladius פִּיפִיּוֹת duarum acierum. Et forma maſculea, 1.Sem.13.21, & erat הַפְּצִירָה פִים. i. lima שֶׁיֵּשׁ לָהּ פִּים רַבִּים cui erãt ora multa. Tharghũ, שׁוֹפִינָא lima. R.Ioséph, Et erat multitudo orium vomeribus. Hinc eſt & פֹּה cũ chólem, Hic, loci aduerbiũ,

Huc. Deuter. 5.31, & tu פֹּה hic sta. 1. Sem. 16.11, donec veniat ipse פֹּה huc. Ieche. 40.39, & duæ mensæ מִפֹּה inde. Scribitur & cũ א loco ה. Iiob 38. 11, & dixi עַד־פֹּה hucusque venies, & non addes, וּפֹא & hic ponet in elatione fluctus suos. R. Ioséph, Postquam dixit, Hucusque venies, וּפֹא &c. vocat litus maris פא siue פה: acsi dicat, & litus maris pugnabit cum elatione fluctuũ tuorum. Et pulchra est (inquit R.D.) expositio. Scribuntur multa cũ ו loco ה, Iechez. 40.21, Et thalami tres מִפּוֹ hinc, & tres מִפּוֹ inde. Et 34, מִפּוֹ וּמִפּוֹ hinc & inde. אֵיפֹא Vide אֵיךְ.

פוג Remissum, aut debilem esse, aut debilitari, Lassescere. Chab. 1. 4, Idcirco תָּפוּג תּוֹרָה debilitata est lex, secundũ R.D. in lib. ra. & cõm. R. Abrahám, quieuit. i. ablata est acsi nõ esset in mundo. Psal. 77.3, plaga mea nocte defluxit, & nõ תָפוּג debilitata est. siue quieuit Gen. 45.26, וַיָּפָג לִבּוֹ & debilitatũ est (vel quieuit à motu) cor eius. ita R.D. R. Selomóh, abiit cor eius, & non respiciebat ad verba. R. Abrahám in cóment. in Chab. 1. 4, vbi citat hunc locũ, ita scribit, Omni tempore quo homo viuit, pulsat cor eius in medio eius: sed quando dixerunt ei, Ioséph viuit: tacuit cor eius, & non pulsabat, quia territus, cõturbatúsque erat, sicut Thre. 2.18, ne des פוּגַת requiẽ tibi. Et id testatur quod ibi dicitur, Et reuixit spiritus Iahacób. Et in nifhál, Psal. 38. 9, נְפוּגוֹתִי, debilitatus sum. Nomen, פוּגָה, Requies. & in regimine, פוּגַת, vt paulo suprà, Thren. 2. Alia forma, præposito ה. Thren. 3.49, מֵאֵין הֲפֻגוֹת eo quòd non essent requies. aut remissiones, sub. à fletu.

פוח Est נָפַח, Flare, spirare, sufflare, Illaqueare, Loqui. Canti. 2.16, עַד־שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם donec aspiret dies. Et in hifhíl, Iesah. 42.22, הָפֵחַ illaqueare (aut illaquea, pro

illaqueabant, aut laqueos tendebant) in foraminibus (.i.in ſpeluncis)in quibus abſcondebantur. acſi dicat, Capiebant eos laqueo. Vel ſecundũ R.D.capient iuuenes in ſpeluncis in quibus latitabunt. Canti.4.16, הָפִיחִי גַנִּי perfla hortum meum. Iechez. 21.31, in igne furoris mei אָפִיחַ עָלָיִךְ ſufflabo ſuper te. vt ſcilicet coqui vel alii ſufflant in igne folle paruo.ita R. D.in lib.rad.Et in cõment.ſimiliter exponit,ſufflare faciam.i. tranſire faciam ignem furoris mei ſuper vos, quemadmodum ſufflant in igne,vt accendant illum.Et ſic Tharghũ,In igne vltionis meæ iraſcar ſuper te.Pſal.10.5,in omnes inimicos ſuos יָפִיחַ בָּהֶם ſufflabit(aut ſufflare faciet)in eos.Acſi dicat,ait R.D.in lib.rad.Non æſtimabit eos quicquã.Vel ſecundũ eundem,illaqueabit eos: aut illaqueare faciet eos. Vtroque modo exponit idẽ in cõment.R.Selomóh,priori modo. R.Abrahám,illaqueabit.Tharghum, In omnes inimicos ſuos iraſcetur.Et 12.6,ponam in ſalute,יָפִיחַ לוֹ illaqueabit eũ.ſub. pauperem. i.circundabit eũ impius vt capiat eum, ſed ego eripiã eum è manu eius,& ponam eũ in ſalute,inquit R.D.in lib.rad.& in cõment.Ponam pauperes in ſalute. i. ſeruabo eos ab illo,qui ſtatuit eis laqueos ad capiendum eos. R.Selomóh & R.Thobiáh & R.Abrahám,loquetur ei.pro eis. Alii(inquit R.Selomóh,)exponunt,dolore afficiet eum. Prouer.12.17,יָפִיחַ אֱמוּנָה loquetur veritatem. ſub.iuſtus. Et 14.25, וְיָפִחַ כְּזָבִים & loquetur mendacia dolus. i. vir doloſus. Et 29.8, & viri deriſionis(.i.deriſores)יָפִיחוּ קִרְיָה illaqueabunt ciuitatẽ. aut ponẽt laqueos ciuitati,vt R.D.& R.Himma. וִיפֵחַ, Pſal.27.12,vide in יָפֵחַ:quanquam poteſt eſſe & ex hac radice. Hinc פִּיחַ, Fauilla, aut cinis qui ſufflantibus follibus

follibus eleuatur in aere. Exod. 9.8, Capite vobis pleni tudinẽ volarum veſtrarũ (.i. plenas volas veſtras) פִּיחַ כִּבְשָׁן è cinere fornacis. Et 10, & tulerunt אֶת־פִּיחַ cinerẽ fornacis. R.D. in lib. rad. exponit נְפִיחַת ſufflationem: quæ eſt quam vocant doctores Hebræorũ רֶמֶץ fauillá, aut cinerem calidum. Et R. Selomóh in cõm. dicit eſſe id quod exſufflatur è carbonibus combuſtis. Hinc & פַּח, Laqueus. Hoſe. 5.1, Quia פַּח laqueus fuiſtis ipſi Miſpáh. Miſpáh & Tabór (ait R.D. in cõment.) ſunt montes excelſi in terra Iſraél, ſuper quos venatores retia ſua extendunt, vt feras, auéſque capiant. acſi dicat, Eſtis laqueus, & offendiculum populo: qui vidẽs opera veſtra mala, diſcit à vobis: & ſic inſtar feræ, aut auis, veſtris malis operibus capitur. Proue. 22.5, פַּחִים laquei in via perverſi. Exo. 39.3, & extenderunt אֶת־פַּחֵי הַזָּהָב laminas auri. Et vocantur ſic, quòd expandantur vt laquei.

פוּךְ: Eſt הַכָּחוֹל הַשָּׁחוֹר, Stibium nigrum, aut fucus niger. Eſt & lapis pretioſus, quem vocant carbunculum. 2. Reg. 9.29, & poſuit בַּפּוּךְ in ſtibio oculos ſuos. i. ſtibium in oculis ſuis. Eſt enim hypallage, ſiue ſubmutatio, ſecundum R.D. in cõmen. ſicut & illud Pſa. 74.7, miſerunt in ignem ſanctuaria tua, pro ignem in ſanctuaria tua. 1. Para. 29.2, lapides פוּךְ carbunculi. Ieſa. 54.11, ecce ego iacere facio (ſub. fũdamẽta,) בַּפּוּךְ è carbũculo erũt lapides tui. Acſi dicat, ait R.D. in cõm. Erunt lapides fundamẽti, lapides carbunculi, qui eſt coloris ſtibii, & ſunt gemmæ ſuper quas iacere faciã lapides parietis. R. Abrahám dicit eſſe lapidẽ pretioſum nigrú: & ſic nó eſt carbúculus qui eſt coloris carbonis igniti.

פוֹל Faba. 2. Sem. 17.28, וּפוֹל & fabã. Idem Iechez. 4.9.

פון Vnde פֶּן, Ne forte. quanquam potest esse radicalis dictio. in vtraque radice ponitur à R.D. Gen. 3.3, פֶּן־תְּמֻתוּן ne forte moriamini. Hæc dictio iungitur tātum futuris verborū. Semel inuenitur cum præterito vice futuri. 2.Semu.20.6, פֶּן־מָצָא לוֹ עָרִים ne forte inueniat sibi vrbes. Vnde & Tharghū habet futurum, ne forte יִשְׁכַּח inueniat. Hinc verbum, Psal.88.16, tuli terrores tuos, אָפוּנָה hæsitabo. addubitabo. Quod R.D. in lib. rad. hoc modo exponit, Aggrauaui super me terrores tuos, quia iugiter timeo à te, ne forte vsuueniat mihi sic & sic, propter iniquitates. qui enim timet, dicit in corde suo, Ne forte sit hoc & hoc, Ne forte sit sic & sic. Et est instar אָקוּמָה. Vide אָפֵּן. Illud autem Prou. 5.6, Semitam vitæ פֶּן־תְּפַלֵּס ne forte ponderes, mobiles sunt viæ eius, nescies: R.D. in lib. rad. admiratiue legēdum censet hoc pacto, Semitam vitæ num forte ponderabit? acsi dicat, Putas forte ponderabit semitam vitæ? nō faciet, sed mobiles erunt gressus illius: non sciet. i. reipsa non sentiet, donec moueantur gressus eius ad mortem. R. verò Ionáh exposuit pro לֹא: & sic illud Iesah.27.3, פֶּן יִפְקֹד non visitabit.

פוץ Dispergere, Conterere, confringere cum dispersione. 1.Semu.14.34, Et dixit Saúl, פֻּצוּ בָעָם dispergimini (aut dispergite vos) in populum. Gene.11.4. ne forte נָפוּץ dispergamur super faciem vniuersæ terræ. Proue.5.16, יָפוּצוּ dispergantur fontes tui foras. Iechez. 34.5, וַתְּפוּצֶינָה & dispersæ sunt absque pastore. Et in nifhál, Gene.10.18, נָפֹצוּ dispersæ sunt. Irme.10.21, & omnis grex eorū נְפוֹצָה dispersus est. Et in hifhíl, Deu. 4.27, וְהֵפִיץ יְהוָה אֶתְכֶם & disperget vos Dominus. Et 28. 64, וֶהֱפִיצְךָ & dispergere faciet te. Iiób 18.11, וֶהֱפִיצֻהוּ לְרַגְלָיו & dispergent eū pedibus suis. sub. fugientem huc & il-

luc. R. Moſeh hoc modo exponit, Ponent eum diſperſum, & contritú in loco in quo eius pedes ſtant. Verbú enim ſignificat diſpergere rem contritam in diuerſas partes. Et R. Abrahám Peruſól, Diſpergent illum, & elongabunt illú à domo ſua, vt eat huc & illuc pedibus ſuis, vt cibum (ſi poſſit) inueniat. R. Leuí, Et diſpergent illum è loco ſuo, vt huc atque illuc fugiat pedibus ſuis. Nachum 2. 1, Aſcendit מֵפִיץ qui diſpergit. aut conterit diſpergendo. Prouer. 25. 18, מֵפִיץ conterens (.i. malleus) & gladius &c. Eſt participiú, ait R. D. vel eſt nomen .i. malleus quo petræ conteruntur. Vel ſecundú R. Leuí, inſtrumentum quod perdit & conterit, aut diſpergit vt malleus ſiue maſſa inſtrumentú bellicum : ſic forſan appellatú quòd diſpergantur homines à facie eius. Ieche. 20. 23, לְהָפִיץ אֹתָם vt diſpergam eos. Iiób 40. 6, הָפֵץ עֶבְרוֹת אַפֶּךָ diſperge iras furoris tui. Et 37. 11, יָפִיץ עֲנַן אוֹרוֹ ſpargere faciet (diſperget) nubem pluuiæ ſuæ. עֲנַן enim eſt in regimine genitiui. ita R. D. in cóment. Et 38. 24, יָפֵץ קָדִים עֲלֵי־אָרֶץ ſparget Subſolanum ſuper terrá. Exod. 5. 12, וַיָּפֶץ הָעָם & diſpergere fecit populú in omnem terram AEgypti. Eſt enim tranſitiuum. Poteſt eſſe & intranſitiuum, pro Et diſperſus eſt populus. & ſic habet Tharghú, וְאִתְבַּדַּר & diſperſus eſt. Et verbú quadratú, aut Pohél, Irm. 23. 29, Et ſicut malleus יְפֹוצֵץ סָלַע cóteret petram. diſpergendo ſcilicet particulas eius huc & illuc. Et in hithpahál, Chab. 3. 6, וַיִּתְפֹּצְצוּ, Et cótriti ſunt montes ſeculi. Et verbum geminatú in pohél, Iiób 16. 12, Et apprehendit ceruicem meá, וַיְפַצְפְּצֵנִי & cótriuit me. Nomé, מֵפִיץ, Malleus, vt in participio. Aliud, תְּפוּצָה, Diſperſio, præpoſito ת, inſtar תְּקוּמָה. Plura. תְּפוּצוֹת. Et cú chólé, Irm. 25. 34, וּתְפוֹצוֹתִיכֶם & diſperſiones veſtræ

LLL.ii.

ſub.completæ ſunt. R.D.in comment.Hæc dictio(inquit)venit præter morem,quia פ eſt cũ chólem,& ת ſecundum cũ chiríc:& ſecundum normã פ debuerat eſſe cum ſúrec , & ת cũ ſeri , quia eſt à תְּפוּצָה inſtar תְּבוּנָה & תְּמוּנָה.plurale תְּפוּצוֹת ſicut תְּבוּנוֹת . & cum pronomine, תְּפוּצוֹתֵיכֶם ſicut תְּבוּנוֹתֵיכֶם & תְּשׁוּבוֹתֵיכֶם. Et dicimus quòd venit פ cũ chólem propter ſimilitudinẽ pũctorũ, ſicut תְּחוֹמוֹת.Et venit ת cum chiríc,ſicut & Irme.15.11,שֵׁרוֹתִךָ.

פוק Impígere,offẽdere,Ruere,cadere, Educere, producere.Ieſah.28.7,פָּקוּ פְּלִילִיָּה, impegerunt (offenderunt)in iudicio.Deficit enim ב in פְּלִילִיָּה.Vnde R.D. in lib.rad.& cõment.exponit כָּשְׁלוּ בְּמִשְׁפָּט offenderunt in iudicio, & non iudicauerunt iudicium veritatis ſacerdos,& propheta,quibus incumbebat vt docerent legem,vt iudicarẽt iudiciũ veritatis. R.Abrahám,פָּקוּ(inquit)eſt verbũ tranſitiuũ:vel deficit dictio דִּבְרֵי,vt ſit,in verbis iudicii.Et hoc eſt rectum: & eſt verbũ intranſitiuum. Et in hifhíl,Irme.10.4, Et malleis roboraue runt eos, וְלוֹא יָפִיק & non cadet.i. non egredietur à ſua diſpoſitione,neque cadet.vel,& non egredietur è loco ſuo.vtroque modo exponit R.D. in comment. Et eſt intranſitiuũ.Prouer.3.12,& homo qui יָפִיק תְּבוּנָה eduxerit(protulerit,ſub.in lucem)intelligentiã. Prouerb.8.35,qui enim ínuenit me, inuênit vitam, וַיָּפֶק רָצוֹן מֵיְהוָה & eduxit beneuolentiã à Domino. Vel voluntatem.i. quod voluit.Pſal.140.9, cogitauit ipſe אַל תָּפֵק ne educat.nempe ad opus,illud quod cogitauit.i.ne perficiat.

Nomen,פִּיק,Offendiculum.Nachũ 2.10,וּפִק & offendiculum genuum. ita R. D. in lib. rad. & comment. Nam genua timentium valde, ſe inuicem offendunt, ita vt homo ferè ruat.

פור Irritare, ſeu irritum facere, Frangere, confringere, conterere. Ex cal habes macór in hithpahál. Et in hif híl eſt eius frequens vſus. Geneſ. 17. 14, אֶת־בְּרִיתִי הֵפַר pactum meũ irritum fecit. Iechez. 17. 15, וְהֵפַר אֶת־בְּרִיתוֹ irritauit pactũ eius. 2. Semu. 15. 33, וְהֵפַרְתָּה לִי אֵת עֲצַת אֲחִיתֹפֶל & irritabis mihi conſiliũ Achithóphel. Ieſah. 44. 25, מֵפֵר אֹתוֹת בַּדִּים irritat ſigna mendacium. Num. 30. 13, & ſi הָפֵר יָפֵר אֹתָם irritando irritauerit illa vir ſuus. 1. Reg. 15. 19, הָפֵרָה אֶת־בְּרִיתְךָ irrita pactum tuũ. Iudic. 2. 1, non אָפֵר בְּרִיתִי irritabo pactũ meum. Et in hof hál, Irme. 33. 21, Etiá pactum meũ תֻּפַר irritabitur cum Dauid. Zechar. 11. 11, וַתֻּפַר & irritatũ eſt in die illa. Et in pohél, Pſa. 74. 13, Tu פוֹרַרְתָּ בְעָזְּךָ יָם fregiſti (diuiſiſti) in fortitudine tua mare. Et in hithpahál, Ieſah. 24. 19, פּוֹר הִתְפּוֹרְרָה אֶרֶץ confringendo cõfringetur terra. Et geminatum, Iiob 16. 12, Pacificus (quietus, fœlix) fui, וַיְפַרְפְּרֵנִי & cõfregit me. Sunt autẽ qui exponunt ex hoc illud Ieſah. 2. 20, לַחְפֹּר פֵּרוֹת fodienti foueas. Vide expoſitionem in חָפַר. Hinc פּוּרָה, Torcular: quòd calcant, & confringunt vuas in medio eius. Ieſah. 63. 3, פּוּרָה torcular calcaui ſolus. Hinc & פּוּר, Sors. quod exponitur Eſtér 3. 7, proiecit פּוּר הוּא הַגּוֹרָל pur, hoc eſt ſortem. Et 9. 26, Idcirco vocauerunt dies iſtos פוּרִים ſortes, propter nomen הַפּוּר ſortis.

פוש Multiplicare. Chabac. 1. 8, וּפָשׁוּ פָּרָשָׁיו & multiplicabũtur equites eius. Malachi 4. 2, וּפִשְׁתֶּם & multiplicabimini. Irme. 50. 11, תָפוּשׁוּ multiplicabimini. Et in nif hál, Nachum 3. 18, נָפֹשׁוּ multiplicati ſunt (vel diſperſi ſunt, vt Tharghum) populus tuus ſuper mõtes.

Nomen, פַּשׁ, Multitudo. Iiob 35. 15, Et non cognouit בַּפַּשׁ in multitudine valde. Vel, multũ valde. aut, non

cognouit multitudinẽ(ſcilicet peccatorũ ſuorum) valde:eſt ex hac radice, licet ſit cum pathách. Sunt enim plæraque cũ pathách in nominibus quorũ ſecunda litera radicalis quieſcit. Et eſt ſenſus,Nõ cognouit Iiób multum valde vias Domini,atque iudicia eius:idcirco iraſcitur,& multiplicat verba. Fluuius quoque פִּישׁוֹן qui habetur Geneſis 2.11, poteſt deduci ab hac radice, quòd aquæ eius ſint multæ, aut quia multiplicãtur, & creſcunt præ aliis fluminibus.

פות Cardo oſtii.Plurale,1.Reg.7.50,וְהַפֹּתוֹת & cardines oſtiis.Significat etiã turpitudinem.Ieſah.3.17,פָּתְהֵן turpitudinẽ earum nudabit. Poteſt etiã deduci à פֵּאָה,vt ſignificet cæſariem.R.Abrahám in cõmen. Sunt(inquit) qui dicũt deficere א, exponẽtes cæſariem capitis earum.At rectũ eſt in oculis meis vt ſit à פות,& ſignificet podicem earum,ſeu partes poſteriores.

פוז Eſt חָזַק,Roborare,fortificare.Gen.49.24,וַיָּפֹזּוּ זְרֹעֵי יָדָיו & roborata ſunt brachia manuũ eius.R.Selomóh, Et deaurata.i. auro ornata brachia. Idem R.D.

Et in pihél, 2.Semu.6.16,Et vidit regem Dauid מְפַזֵּז viriliter agentem,& ſaltantem,&c. Mos enim ſaltantium eſt vt roborẽt cingulum lumborũ ſuorũ, quum ſaltare volunt. Et à fortitudine dicitur פָּז,Aurũ optimum,& purificatum,quod eſt fortius.Pſal.21.4,coronam פָּז auri.i.auream.Et 19.11,Deſiderabilia præ auro, וּמִפַּז רָב & præ auro multo. Et participiũ paſſiuũ ex pihél,1.Reg.10.18,& texit illud auro מוּפָז depurato.aut roborato. Et cũ א redundante,inquit R.D. Dani.10.5,accincti auro אוּפָז puro. vel forti & roborato. Nomẽ loci eſſe arbitror, quia ſcriptũ eſt Irme.10.9,Argẽtum extenſum de Tharſis adducetur,& aurũ מֵאוּפָז de Vpáz.

Tharghum,de Ophir.Vbi & R.Dauid in cóment.nomen loci eſſe ſcribit, ita forſan appellati, quòd auro abundet optimo.

פזר Diſpergere. Vnde participiú fœmineum ex cal, Irme.50.17,שֶׂה פְזוּרָה pecus diſperſum Iſraél. Et in nifhál,Pſa.141.7,נִפְזְרוּ diſperſa ſunt oſſa noſtra. Et in pihél,Pſal.53.6,פִּזַּר עַצְמוֹת חֹנָךְ diſperſit oſſa caſtrametantis contra te.Ioél 3.2,פִּזְּרוּ diſperſerunt. Prouerb.11.24,eſt מְפַזֵּר diſpergens.Eſtér 3.8,Eſt populus vnus מְפֻזָּר diſperſus.Pſal.147.16,ſicut cinerem יְפַזֵּר ſparget.

פחד Pauere,formidare,timere. Pſal.119.161,וּמִדְּבָרְךָ פָּחַד לִבִּי & à verbo tuo (vel verbis tuis: eſt enim duplex lectio)formidauit cor meú.Ieſa.60.5,וּפָחַד & pauebit,& dilatabitur cor tuum.i.erit pauor miſtus lætitia.Hoſe.3.5,וּפָחֲדוּ אֶל־יְהוָה & timebunt Dominú.i.& timuerunt à Domino. Prouerb.3.24,Non תִּפְחַד timebis.

Et in pihél,Prouerb.28.14,Beatus homo מְפַחֵד qui timet ſemper. Ieſah.51.13,וַתְּפַחֵד & timuiſti iugiter. Et in hifhíl, Iiób 4.14,וְרֹב עַצְמוֹתַי הִפְחִיד & multitudiné oſſium meorú terruit. Nomen,פַּחַד, Pauor,Formido, Timor. Gene.31.53,Et iurauit Iahacób בְּפַחַד per pauoré patris ſui.i. per Deú quem timebat Iſchác pater ſuus. Pſal.119.120,מִפַּחְדְּךָ præ timore tui. Irme.2.19,Et nó eſt פַּחְדָּתִי pauor mei in te. Iſtud eſt fœmineum à פַּחְדָּה. Et plurale maſculeú, Iiób 15.21,vox פְּחָדִים pauorú. Alia ſignificatio,Iiób 40.12,Nerui פַּחֲדָו teſticulorum eius.

פחה Vnde פֶּחָה,Dux.פ eſt cú ſeghól,& eſt ex daghes ſatis,licet nó daghesſetur, quia ח non ſuſcipit daghés: & ה eſt ſignum fœmineú, (cuius radicale deficit)licet ſit maſculeú,vt numeralibus vſuuenit שְׁלֹשָׁה & חֲמִשָּׁה. quod & propriis nominibus ſæpe euenit, vt

תוֹגַרְמָה Togharmáh,& רַעְמָה Rahamáh,אֱלִישָׁה Elisáh, & idgenus multa: & ה in his nominibus non est signum fœmineum,sed redundat. Nechem.5.14,Panem הַפֶּחָה ducis non comedi. Et in regimine est totum cum pathách,& breue,Chag.1.1,פַּחַת ducē Iehudáh.præter vnũ longum,secundum R.D, Chag.2.3,פַּחַת ducem Iehudáh. Venit etiã cum ת,licet non sit in regimine,vt 2. Reg.18.24,Et quomodo respódebis faciei פַּחַת אַחַד ducis vnius,&c. Malachi 1.8,לְפֶחָתֶךָ duci tuo. Nechem.2. 7,פַּחֲוֹת duces.1.Reg.20.24,Et pone פַּחוֹת duces pro eis. pro פַּחֲוֹת.Vnum enim ו est loco ה literæ radicalis,quæ deficit in פַּחוֹת. Illud autē Nechem.5.14, vt essem פֶּחָם dux eorum:ponitur pro פֶּחָתָם,sicut צוּרָם pro צוּרָתָם.

פחז Festinare, accelerare, leuem, mobilemque esse. Sephan.3.4,Prophetæ eius פּוֹחֲזִים festinantes,leues,velocésque. R.D.in cōment. & lib.rad. קַלִּים leues scientia.aut cognitione.R.Abrahám in cōmen.vacui. .i.non est eis ad comedendum.Iudic.9.4,viros vacuos וּפֹחֲזִים & leues.sub.cognitione,secundũ R.D.in lib.ra. Vel leues,mobilesque ad rapiendũ: quia non erat illis vnde viuerent:secundũ eundē in cóm. Tharghũ,viros vacuos וּבַקְרִין & temerarios, audacésque atque liberos. Vel,abiectos,atque cōtemptibiles. vnde & alii codices habent וּבִיסְרִין & contemptibiles,inquit R.D.in comment. Nomē,פַּחַז,Festinatio,Leuitas,Velocitas,Motus.Gene.49.4,פַּחַז velocitas sicut aquæ.acsi dicat,Motus,& leuitas(aut velocitas imaginationis fuit tibi, sicut aquæ leues, velocésque)quæ defluunt. Idcirco non excelles,aut non erit tibi excellentia,aut dignitas. R. Selomóh in cōmēt.פַּחַז est nomen substantiuũ:idcirco habet longũ accentũ: & est totũ cum pathách punctatum

tum. Si esset præteritũ, partim esset cum camés, & partim cum pathách, essétque breue. acsi dicat, Festinatio qua festinasti vt ostenderes irã tuam, sicut aquæ quæ festinant ad cursum suũ. Idcirco non multiplicaberis, vt accipias omnes has dignitates quæ cõueniebant tibi, primogeniturã scilicet, sacerdotium, ac regnũ. Sic etiam R. Abrahám, quia festinasti sicut aqua, non erit tibi dignitas. Alia forma, פַּחֲזוּת. Irme. 23.32, Et errare fecerũt populũ meũ mendaciis suis וּבְפַחֲזוּתָם & leuitate sua. i. blãditiis suis. Vel leuitate sua. i. leuitate cognitionis suæ, secundum R.D. in cõment. Vel festinatione.

פֶּחָם Carbo. Iesa. 54.16, Creaui fabrum sufflantem in igne פֶּחָם carbonem. פֶּחָם Dux eorũ: quære in פֶּחָה in fine.

פַּחַת Fouea, cũ pathách propter ח: alioqui esset instar אֶרֶץ. Irme. 48.28, in lateribus oris פַּחַת foueæ. Et 44, cadet in הַפַּחַת foueam. 2. Semu. 18.17, הַפַּחַת הַגָּדוֹל in foueam grãdem. Et 17.9, latet בְּאַחַת הַפְּחָתִים in vna fouearũ. Alia forma, Leuit. 13.55, פְּחֶתֶת defectus est. Et in hac significãtia frequenter vtũtur hac dictione doctores Hebræorum: vt cum dicũt לֹא פָּחוֹת וְלֹא יָתֵר neque plus, neque minus, & idgenus multa.

פִּטְדָה Vnde פִּטְדָה, Lapis pretiosus viridis. & secũdum R. Ionáh, in lingua Harabica vocatur זְמֵירָד smaragdus. Exod. 28.17, & 39.10.

פָּטַר Est שָׁלַח, Mittere, emittere, dimittere. Vnde & pro שָׁלַח, Tharghũ sæpe vertit פְּטַר. Significat & פָּתַח Aperire. 2. Paralip. 23.8, Quia non פָּטַר dimiserat Iehoiadáh sacerdos אֶת־הַמַּחְלְקוֹת diuisiones. sub. vt abirẽt, sed retinuit. Prouerb. 17.14, פּוֹטֵר מַיִם emittens (aut aperiens) aquas, principiũ est contentionis. quia scilicet a-

quas quas dimisit, & defluxerunt, nó potest quispiam restituere:& sic est principiũ contentionis.1.Paralip.9.33, Et isti cantores capita patrũ leuitarum in cubiculis פְּטוּרִים dimissi: quia die ac nocte erãt super eos in opere.i.Dimissi ab aliis operibus,quia operi cãtici(.i.cantandi) die, noctúque operam dabant, & manebant in cubiculis.1.Sem.19.10,וַיִּפְטַר & dimisit se(.i.declinauit) à facie Saúl. Est intransitiuũ. Et in hifhíl, Psal.22.8, יַפְטִירוּ בְשָׂפָה dimittẽt(aut emittẽt)labio.sub.verba. Vel potius,Aperient labiũ. ב enim est ad ornatũ, ait R.Abrahám.Vel deest(vt dicit idem)dictio מִלָּה sermonẽ.i. aperient labiũ in sermone.Et hoc(inquit)est rectũ. R. D.in comment.Emittent verba(sub.subsannatoria,& derisoria)per labium. Nomen,פֶּטֶר,Emissio,Apertio. Et quia primogenitus quum emittitur è vulua, illam aperit,& diuidit primus:vocatur פֶּטֶר.Exod.13.2,Sanctifica mihi omnẽ primogenitum,פֶּטֶר apertionẽ omnis vuluæ.i.primogenitum qui aperit vuluam. Et cum ה fœmineo,פִּטְרָה. Et in regimine,Num.8.16,pro פִּטְרַת apertione omnis vuluæ. Sunt etiam פְּטוּרִים Emissiones,apertionésque florum, vt 1.Reg.6.18,וּפְטוּרֵי צִצִּים & apertiones florum.Vel apertionibus.

פטש Vnde פַּטִּישׁ,Malleus magnus. Iesah.41.7,Mollificãtem(leniorẽ reddentem) פַּטִּישׁ malleum. secundum R.Abrahám,& R.Dauid.Irme.50.23,Et cõfringetur פַּטִּישׁ malleus.

פיד Est אֵיד,Contritio,afflictio,euentus malus.Prou. 24.22,וּפִיד & cõtritionẽ amborũ quis scit?Iiób 31. 29, Si lætatus sum בְּפִיד in cõtritione odio habẽtis me.

Secũdum R.Leui,illud Iiób 12.5,לַפִּיד בּוּז lampas(aut tæda)contempta:est ex hac radice,& ל est litera deser-

uiens:pro,ad contritionem.Vide in לְפֵר. Vtroque modo exponit R.Abrahám Perusól.

פים Vnde פִּימָה, Lúbricus in vẽtre viri pinguis. Iiób 15. 27,& fecit פִּימָה lumbricũ in iliis. Sed R. Moséh, & R.Abrahám, & R.Leui exponũt פֶּה os, aut פִּיּוֹת ora: hoc est & fecit ora in iliis præ multitudine pinguedinis.Quum enim pinguedo(inquit R.Moséh)est geminata,facit instar os. Et R.Abrahám, Præ multitudine pinguedinis fecit ora,& rugas in iliis,& lumbis. R.Dauid in lib.rad. קְמָטִים rugas:alii lumbricos. R.Abrahám auenhezra, Et fecit ora, &c. acsi opus esset vt faceret ora in iliis ad educendum adipem. Tharghum, רוּטְבָא viride.i.vlcus viride:vel virorem.

פָּכָה Egredi,exire.In pihél, Iechez.47.2, Et ecce aquæ מְפַכִּים egrediebátur è latere dextro. Hinc פַּךְ, Lenticula,vas oleariũ:quòd ex illo educant,& euacuent oleum,sic appellatum. 1.Semu.10.1,Et tulit Semuél אֶת־פַּךְ lenticulam olei.

פָּכַר Vnde פֹּכֶרֶת, Pochéreth, nomẽ proprium vnius è seruis Selomóh , vt habes Hezræ 2. 57. Vnde ignoro cur R.Ionáh posuerit פָּכַר radicem, citans duntaxat prædictum propriũ nomen. Nomina enim propria imponuntur ab aliquo proprio euẽtu noto apud illos qui nomina ipsa imponunt.

פָּלַל Iudicare,& Orare.In pihél,Iudicare.1.Semu.2. 25,וּפִלְלוֹ iudicabit illum Deus.vel iudex,vt vult R.D.in cõment.Tharghũ,Si peccauerit vir in virum, nónne adducẽt coram iudice, & audiet verba illorũ,& diudetinter illos?.i.dirim et litẽ quæ est inter illos.R. D.in lib.ra.iudicabit illum iudex, & eripiet illum qui est innocens,è manu socii sui,quũ illi quod rectum est

vt faciat, iusserit. vel, faciet declaratione inter eos. Et si in Dominu peccauerit vir, quis יְתְפַּלֶּל־לוֹ iudicabit (vel disceptabit) pro illo? acsi dicat, Quis erit purus vt iudicet, (siue vt iudex costituatur cu illo,) & dicat, faciemus inter nos iudiciu sic & sic? Et dixit de iudicate יִתְפַּלֶּל־לוֹ in hithpahál passiuo: queadmodum dixit in nifhál passiuo Ieche. 20.35, וְנִשְׁפַּטְתִּי אִתְּכֶם & iudicabo vobiscum, &c. eo quòd iudex referens argumeta, atque probationes vnius alteri, perinde est acsi ipse iudicaret, quum iudicandorum dicit verba. Et in comment. Quis iudicabit (siue disceptabit) pro illo? acsi dicat, Quis ingredietur iudiciu pro illo cu Domino? Vel, quis precabitur, aut rogabit pro illo? Et sic Tharghum, Et si coram Domino peccauerit vir, à quo rogabit, & remittetur illi? Genes. 48.11, Et dixit Israél ad Ioséph, Videre faciem tuam non פִלָּלְתִּי iudicaui. i. non feci iudiciu in meipso, quòd amplius faciem tuā videre possem. R. Selomóh, nó cogitaui, id est putaui amplius videre facie tuā. R. Abrahám auenhezra, Nó iudicaui in corde meo. Tharghum, סְבָרִית putaui. Ieche. 16.52, Etiá tu porta ignominiam tuā quæ פִּלַּלְתְּ לַאֲחוֹתֵךְ iudicasti sorore tuā in peccatis tuis. i. quæ prius iudicasti sorore tuā super peccatis suis, quādo cœpit male agere: & nunc ad male agendum peior es illa, & iustificasti sorore tuam in peccatis tuis, quæ multiplicasti plus quàm illa. Psal. 106.30, Et stetit Pinechás, וַיְפַלֵּל & iudicauit. i. iudiciu fecit, quia transfixit Zimri, & Cozbi filiā Sur, vt exponit R. D. in lib. rad. & in coment. & R. Abrahám. Tharghu, וְצַלִּי & orauit. aut precatus est. R. Himmanuel, Et fecit opus iudicum. quu enim essent iudices, nó expectauit vt iudices viderent iudiciu suum, sed ex seipso fecit iudiciu

transfossis adulteris. Et in nifhál,opinione R.Iehudáh,Ieche.28.22,וְנִפְלַל & iudicabitur vulneratus in medio eius. Vel est verbũ geminatũ à נָפַל, pro,& corruet. Vide נָפַל. Et in hithpahál,2.Paral..30.18,Quia הִתְפַּלֵּל orauit.2.Reg.20.19,pro quib' הִתְפַּלַּלְתָּ אֵלַי orasti ad me. 1.Reg.8.28, מִתְפַּלֵּל orat. Iiób 42.10, בְּהִתְפַּלְלוֹ quum orauit ipse.1.Sem.12.19,הִתְפַּלֵּל ora.Psal.5.3,ad te אֶתְפַּלָּל orabo.Irme.7.16,Et tu אַל־תִּתְפַּלֵּל ne ores pro populo hoc.

Nomen,præposito ת,Iesah.1.15, Quũ multiplicaueritis תְּפִלָּה orationem.1.Reg.8.28,ad תְּפִלַּת oratione͂ serui tui.Iesah.38.5,Audiui תְּפִלָּתֶךָ orationem tuam. Psal.72.20,Perfectæ sunt תְּפִלּוֹת orationes. Tóar,Iiób 31.28, Et est iniquitas פְּלִילִי iudicata.aut iudicanda,vel iudice digna. Deuter.32.32,Et inimici nostri פְּלִילִים iudices.

Nomen,פְּלִילָה,Iudicium. Iesah.16.3, facite פְּלִילָה iudicium. Alia forma, Iesah.28.7, Impegerunt פְּלִילִיָּה in iudicio.deficit ב.

פָּלָא Mirabile esse,difficile & absconditum esse.Segregare,separare.In nifhál, Prouer.30.18,Tria sunt(quæ) נִפְלְאוּ abscõdita sunt à me.Subauditur enim אֲשֶׁר.Exod.33. 16, וְנִפְלִינוּ & separabimur ego & populus tuus ab omni populo &c.2.Semu.1.26, נִפְלְאַתָה mirabilis fuit amor tuus mihi præ amore mulierum . Est cũ duobus signis fœmineis,ת & ה,teste R.D. in Michlól, & lib.rad.Deuter.30.11, mandatũ &c. לֹא־נִפְלֵאת הִוא מִמְּךָ non est absconditum à te.Psal.118.23, est נִפְלָאת absconditum in oculis nostris.R.Abrahám in cõment.A Domino fuit iste lapis,& est mirabilis:à פֶּלֶא mirabile. Et in נִפְלָאת ת,est loco ה,sicut & Iechez.46.17,וְשָׁבַת,Iesah.51.21,וּשְׁכֻרַת.R.Dauid refert ad תְּשׁוּעָה salutem, id est A Domino fuit hæc salus &c. Idem quoque in Michlól

dicit poni pro נִפְלְאָה,& mutatum esse ה in ת quiescens. Psa.139.14,נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי נִפְלָאִים מַעֲשֶׂיךָ, terribilia(sub.sunt opera tua) mirabilis sui,mirabilia opera tua,& anima mea scit valde.In quē locū R.Abra.sic scribit,נוֹרָאוֹת est tóar לַעֲלִילוֹת operū:pro,terribilia opera,sicut Gen.42.7, & locutus est cum eis dura,id est verba dura.R.Moséh dixit dictionem Valde,coniungi cum Mirabilia opera tua.Psal.119.8,præcepta tua custodiam,ne derelinquas me vsque valde,id est, custodiam vsque valde,ne derelinquas me.Et est rectum.R.Dauid in cōment. Opera tua terribilia sunt in formatione mei:super quibus cō fitebor tibi quòd mirificatus sum in formatione, quia mirabilia sunt opera tua in me.Et anima mea cognoscit valde. i. operá tua sunt mirabilia valde, & anima mea intellectiua cognoscit opera tua miranda , & super his confitebitur tibi,quod haudquaquam aliis ani mantibus vsuuenit. Exod.34. 10, coram omni populo tuo faciā נִפְלָאוֹת mirabilia. Psal.72.18,faciens נִפְלָאוֹת mi rabilia solus.Psal.111.4,לְנִפְלְאֹתָיו mirabilibus eius.Et 9. 2,נִפְלְאוֹתֶיךָ mirabilia tua. Deuter. 17. 8, כִּי יִפָּלֵא מִמְּךָ דָבָר quum abscondita fuerit à te res. Irme.32.27, הֲמִמֶּנִּי יִפָּלֵא כָּל־דָּבָר nū à me abscondetur aliquid? Et in hifhíl,Iesa.28.29,הִפְלִא עֵצָה mirificauit consilium.pro הִפְלִיא. deficit enim י coniugationis.Psal.31.22,הִפְלִיא חַסְדּוֹ לִי miri ficauit misericordiā suam mihi.Exo.9.4,וְהִפְלָה,& separabit Dominus inter pecudes Israél &c. scribitur cū ה, inquit R.D.Deute.28.59,וְהִפְלָא יְהוָה מַכֹּתְךָ, separabit Do minus plagam tuā.à plagis aliis scilicet,quia erunt ma iores,& perseuerātes.scribitur cum א, & legitur more desinentiū in ה,ait R.D.in Michlól.Sic scribitur cū א, secundum eundem in lib.rad.illud Psal.4.4,& scitote quòd הִפְלָא segregauit Dominus misericordē sibi.i.Se-

gregauit Dauid misericordem ab omni Israél vt esset rex &c. Exod. 8.22, וְהִפְלֵיתִי & separabo. Iudic. 13.19, וּמַפְלִא & mirificabat facere. Est sine י coniugationis. R.D. in cóment. Et angelus mirificabat quando eduxit ignem de petra, & consumpsit hœdum & sacrificiú. Psal. 17.7, הַפְלֵה חֲסָדֶיךָ mirifica (segrega) misericordias tuas. Iesah. 29.14, idcirco ego addo לְהַפְלִיא אֶת־הָעָם־הַזֶּה הַפְלֵא וָפֶלֶא vt mirari faciam populú hunc, vt mirari faciam, & mirabile. R. Abrahám in cómen. vt abscodam, siue occulté à populo hoo &c. quia non intelligent. Et idcirco dixit postea, Et peribit sapientia &c. Et sunt (inquit) qui exponunt, vt mirabilia faciam populo huic, iuxta illud Exo. 15.11, עֹשֵׂה־פֶלֶא faciens mirabile. Et secundú opinionem meã hoc est sicut illud. R.D. in comment. Idcirco ego addo malú grande super illud quod adduxi vobis, vt mirari faciam, id est vt adducá malum super populum hunc, adeò vt mirabile futurum sit in oculis videntis: iuxta illud Thre. 1.9, וַתֵּרֶד פְּלָאִים & descendit mirabiliter. Idcirco geminauit, vt mirari faciam. Tharghum, Idcirco ego addo vt deleã populum hunc deletionibus mirabilibus. Ioél 2.26, qui fecit vobiscú לְהַפְלִיא ad mirificandum. i. miris beneficiis, & ad miraculum vsque vos affecit. Vno enim anno reddidit eis fructus quatuor annorum. Exod. 11.7, vt sciat quòd Dominus יַפְלֶה diuisit inter AEgyptú & Israél. Leuit. 27.2, vir quú יַפְלִא נֶדֶר בְּעֶרְכְּךָ separauerit votú in æstimatione tua animarum Domino. Exponit R. Selomóh & R.D. Vir qui declarauerit ore suo votú in æstimatione animæ. i. vt det æstimationẽ animæ suæ. Et בְּעֶרְכְּךָ est sicut בְּעֵרֶךְ in æstimatione. R. Abra. in cóm. Vir qui se exposuerit, & declarauerit votú in &c. Et est sẽsus, Qui vouerit vo

tum,dicens,Si Dominus fecerit mihi ſic, redimã animam meã ſecũdum æſtimationem mei, aut filiorum meorũ ſuper me,vel æſtimationem animalis. & כ vltimum in בְּעֶרְכְּךָ,ſecundũ opinionem grammaticorum redundat: & ſenſus eſt בְּעֶרֶךְ. Sunt qui dicunt כ eſſe ſignum pronominis.i.ſecundũ æſtimationem tuã, ô ſacerdos.Animarum(inquit) tam hominũ quàm aliorũ animantiũ. Et in pihél,Leuit.22.21, & vir quũ obtulerit ſacrificium Domino לְפַלֵּא־נֶדֶר vt ſeparet votũ. vel declaret,ſecũdum R.D,&c. Et in hithpahál,Iiób 10. 16,תִּתְפַּלָּא בִי, mirificaberis(mirificabis te:vel mirificum, mirabilémque facies te) in me. Nomen tóar, פֶּלְאִי, Mirabilis. Iudicũ 13. 18, vt quid interrogas de nomine meo,& eſt פֶלְאִי mirabile?Eſt cũ א quieſcente,& cum ſeghól,quia eſt longũ, inquit R.D. in Michlól:alioqui debuerat eſſe vt עִבְרִי.Eſt tóar(inquit idem in lib.rad.) nominis Dei mirabilis.Acſi dicat,Nomen meũ eſt mirabile,& excelſum,vt non poſſim oſtendere tibi.Et ſic ad Iahacób patrem noſtrũ,cui nolebat angelus indicare nomen ſuum,ait,(Geneſ.33.29,) Vt quid interrogas de nomine meo?Et hoc fuit, quòd angeli cõſpiciebãtur illis in hominum ſimilitudine,& non manifeſtabant illis ſe eſſe angelos. Idcirco ſuũ nomen non memorabant.Et ſic,vir cuius nomen ignorat qui memorat:aut ſi ſcit, non vult illum nominare nomine proprio,dicitur פְּלֹנִי talis.Ruth 4.1,ſede hic פְּלֹנִי אַלְמֹנִי talis, talis. Nomen,פֶּלֶא,Mirabile,mirũ,miraculum. Exo. 15.11,faciẽs פֶלֶא mirabile.Pſal.77.12,פִלְאֶךָ mirabile tuũ. pro mirabilia tua. Plurale maſculeũ,Thre.1.9,Et deſcendit פְּלָאִים mirabiliter. Fœmineũ,Pſal.119.129,פְּלָאוֹת mirabilia (vel occulta) teſtimonia tua. Alia forma, præpoſito

præposito מ. Iiób 37.16, מִפְלְאוֹת. Tóar cũ quinque pun ctis secundum R.D. quanquã pleraque exemplaria im pressa habeant sex. Iesah.9. 6, & vocauit nomen eius, פֶּלֶא admirabilem. Et fœmineũ instar שְׁרִידָה פְּלִיטָה à שָׂרִיד פָּלִיט masculeis. Psal.139.6, פְּלִאָיה דַעַת מִמֶּנִּי, occulta scientia à me. Vel mirabilior est scientia quàm ego. Scribitur (inquit R.D.) פְּלִאָיה, & legitur פְּלִיאָה: & idem est sensus, quanquam sint duæ species. Nam פְּלִאָיה est fœmineum à פֶּלְאִי supra memorato: פְּלִיאָה verò est fœmineũ à פָּלִיא, instar נָבִיא, cuius fœmineum est נְבִיאָה. Dixit Dauid, Hæc scientia est mirabilior, & altior me, ita vt illam non possim attingere.

פלג Diuidere, separare. In pihél, Iiób 38.25, Quis פִּלַּג לַשֶּׁטֶף תְּעָלָה diuisit inundationi aquæductum? Psal.55.10, פַּלַּג לְשׁוֹנָם diuide linguã eorum. Et in nifhál, in diebus illius נִפְלְגָה diuisa fuit terra. Nomen, פְּלַגָּה, Diuisio. Iudic.5.15, בִּפְלַגּוֹת in diuisionibus Reubén (quibus diuisit se à fratribus suis, & non est egressus ad præliũ hoc) magnæ cogitationes cordis. Vide expositionẽ loci in חֵקֶר. Alia forma, 2. Para.35.5, לִפְלֻגּוֹת in diuisionibus (portionib⁹, fúctionibus diuisis) domus patrũ.

Alia item, præposito מ, 2. Paral.35.12, לְמִפְלַגּוֹת secundũ diuisiones (aut partes, functiones) domus patrũ. Alia præterea, cum sex punctis, פֶּלֶג, Riuus: sic appellatus, quòd à suo fonte diuidatur. Psal.65. 10, פֶּלֶג riuus Dei. Iesah.30.25, פְּלָגִים riui. Psal.1.3, arbor plantata עַל־פַּלְגֵי מָיִם iuxta riuos aquarum. Et 46.5, פְּלָגָיו riui eius lætificabũt ciuitatẽ Dei. Vel sic, fluuius riuuli eius &c. acsi dicat: Egredietur fluuius de Ierusaláim quæ est ciuitas Dei, & eius riui lætificabunt illam. Alia forma, פְּלַגָּה. Iiób 20.17, non videbit בִּפְלַגּוֹת riuos.

פַּלָּד Lampas, aut Tæda. Dicitur per metathesin literarum à לַפִּיד. Nachú 2.3, in igne פְּלָדֹת tædarú currus. R. Abrahám, Currus, acsi ignis tædarum egrederetur in cursu eius. Et dictioni פְּלָדֹת non est socius: forsan conuersa est ex לַפִּידוֹת. R.D. in commen. Currus est acsi iret in igne (aut cum igne) tædarú: quia rotæ currus erant ferreæ, & in cursu illarum in viis super lapides, ignis egrediebatur è medio illarum, vi ac violentia cursus, ita vt videretur currus esse in igne, aut cum igne tædarum.

פָּלָה Diuidere, segregare. & quæ solent citari in hac radice, habes in פָּלָא. Sed in hac potissimum ponuntur הִפְלָה & הִפְלֵיתִי & הִפְלָה, יַפְלֶה & ,וְנִפְלִינוּ &, quæ in prædicta radice sunt adducta & exposita: quæ R.D. in Michlól adducit in ipsa prædicta radice: fatetur tamen posse esse & ex hac, & ipsius formam sequi.

פָּלַח Est בָּקַע, Scindere, diuidere, findere. Et in cal solum participiú, & in pihél futurum duntaxat in Sacris literis inuenitur. Psalm. 141.7, sicut פֹּלֵחַ וּבֹקֵעַ scindens, & findens (scilicet ligna) in terra. R.D. in cóment. scribit duo prædicta verba idem significare in dictionibus diuersis, & sensum esse, Sicut qui scindit ligna, dispergit scissiones huc, atque illuc, sic dispersa sunt ossa nostra. Et in pihél, Prouer. 7.23, Donec יְפַלַּח חֵץ כְּבֵדוֹ scindat sagitta iecur eius. 2. Reg. 4.39, וַיְפַלַּח & scidit in ollam pulmenti. Iiób 39. 6, fœtus suos, תְּפַלַּחְנָה scindent. ל est cum pathách præter normam. R. Abrahám Perusól, Incuruant se: & hoc quia ibices, & ceruæ tempore sui partus, quia earum vulua est stricta, doloribus debilitantur, & incuruant se in terra, & ad fœtus suos scindentur. pro, scindunt se. Lædunt enim membranas quæ sunt in ventre earú, scindendo, & có-

tundendo illas: & tempore quo emittunt, dolore afficiuntur. Nomen, פֶּלַח. Iudic. 9.53, Et proiecit mulier vna פֶּלַח רֶכֶב fragmen molæ. sub. superioris, quæ latinis dicitur catillus, & inferior meta. 1. Semu. 30. 11, & dederunt ei פֶּלַח דְּבֵלָה fragmẽ caricæ. Iiob 41. 15, & forte כְּפֶלַח תַּחְתִּית sicut mola inferior. Sic appellata, quòd sit diuisa, & quasi scissa à superiori, aut scissura superioris. Cãt. 4. 3, כְּפֶלַח sicut fragmen mali punici.

פלט Euadere, Eruere, eripere, proiicere, Parere, Elongare. Iechez. 7. 16, וּפָלְטוּ פְּלִיטֵיהֶם & euadent euasores earum. scilicet Gentium. Et in pihél, Psal. 18. 3, וּמְפַלְטִי & erutor meus. Est lene. Et 32. 7, clamoribus פַּלֵּט eripiendi. pro ereptionis. i. laude & confessione liberationis. acsi dicat, Quum eripiar ab inimicis, laudabo te, & confitebor tibi. Vel est imperatiuũ: acsi dicat, Clamoribus dicentium, Libera, vel erue: sicut quum quispiam eripitur à morte, maiorum autoritate, clamatur, Libera libera. In cõment. exponit, liberationis. Et 56. 8, num propter iniquitatem פַּלֶּט־לָמוֹ euadere (pro euasio, & liberatio) eis? R. D. in lib. rad. proiectio, & elongatio eis? Sed priorem, rectã esse scribit, & legendum admiratiue. Et 17. 13, פַּלְּטָה נַפְשִׁי erue animã meam. Et 82. 4, פַּלְּטוּ־דַל eripite pauperem. Iiob 21. 10, תְּפַלֵּט proiiciet fœtũ vacca eius. Micháh 6. 14, & quem תְּפַלֵּט eiecerit (vel proiecerit) gladio dabo. R. Abrahám, pepererit. Et in hifhil, Iesah. 5. 29, Et rugiet, & capiet prædã, וְיַפְלִיט & prædabitur. R. Abrahám in cõment. Et ostendet se eruere, vt videat si est qui eripiat. R. D. in comment. Et capiet erutam, quia omnes vrbes Iehudáh accepit præter Ierusaláim. Tharghũ, וִישֵׁיזֵיב & eruet. i. finget se eruere. Micháh 6. 14, & attinges (scilicet vxorem tuã,) וְלֹא תַפְלִיט &

non eiiciet fœtum.vel,& non pariet,secũdum R.Abrahám. Toar,פָּלִיט,Euaſor,qui euadit,& effugit, fugitiuus,Abiectus.Irm.44.14,& nõ erit פָּלִיט euaſor.Num. 21.29,dedit filios eius פְּלִיטִם fugitiuos.Deeſt י ſignũ plurale,Ieſah.66.19,& mittam ex eis פְּלֵיטִים euaſores ad gẽtes.i. illos qui euaſerint. Et ſine י formatiuo nominis tóar,Irme.51.50,פְּלֵטִים euaſores à gladio: Iudic.12.4, & percuſſerunt viri Ghilhád ipſũ Ephráim: quia dixerũt פְּלִיטֵי אֶפְרַיִם אַתֶּם abiecti Ephráim,Vos Ghilhád.i.Abiecti qui erãt in Ephráim,dicebant,Vos Ghilhád,quid reputamini in medio Ephráim,& Menaſſéh? Et appellabãtur abiecti פְּלִיטִים, quòd eſſent veluti fugitiui maiorũ, & exiſtimatorũ. Et ita ſecundũ opinionẽ meã, (ait idẽ R.D.)illud Ieſa.45.20,accedite pariter פְּלִיטֵי abiecti gẽtium.ל cũ chiric. At in comment.ſic ſcribit, פְּלִיטֵי &c. acſi dicat, Abiecti(viles)Ephráim vos, quia eſtis diuiſi in medio Ephráim,& Menaſſéh,& nõ eſtis alicuius exiſtimationis.Et quia viri Ephratæi probris illos afficiebans,viri Ghilhaditæ quum illos ſolos inueniebãt per terrã ſuã tranſeuntes,percutiebãt illos.Tamẽ ſecundũ opinionẽ interpretis Chaldaici,dictio אַתֶּם vos,cõiũgitur cũ Ghilhád,& nõ cũ Ephráim.ſic enim habet,Quia dixerũt euaſores fugitiui domus Ephráim, Quid eſtis exiſtimati domus Ghilhád in medio domus Ephráim, in medio domus Menaſſéh?Hobadiáh 14,אֶת־פְּלִיטָיו euaſores eius. Nomẽ,פְּלֵיטָה,Euaſio,Liberatio.Iech.14.22, & ecce remanſit in ea פְּלֵטָה euaſio.Ioél 2.3,etiam פְּלֵיטָה euaſio non erit illi. Exo.10.5, reſiduũ הַפְּלֵטָה euaſionis. 2.Paral.30.6,& reuertetur ad הַפְּלֵיטָה euaſionem.Gene. 32.8,turma remanens לִפְלֵיטָה in euaſionem.i.euadet.

Alia forma, Pſal. 55.9, feſtinare faciam מִפְלָט לִי eua-

ſionem(liberationem)mihi.

פֶּלֶךְ Cum ſex pūctis, Scipio, baculus cui quis innititur:& Fuſus. 2.Sem.3.29, tenens בַּפֶּלֶךְ ſcipioné. Proue.31.19,& manus eius ſuſtentauerunt פֶּלֶךְ fuſum.

Significat & מָחוֹז, Prouinciam, regionem, terminū, cōfiniū. Nech.3.9, princeps dimidii פֶּלֶךְ vici Ieruſaláim.

פָּלַם Librare, ponderare, Dirigere, rectū facere. Prouerb.5.21,& omnes ſemitas eius מְפַלֵּס dirigit. librat, aut ponderat. In cōmen. exponitur, Omnia leuia, ſtatera rectitudinis librat. Et R. Himmanuel, acſi dicat, Omnes viæ, omnia opera viri manifeſta ſunt corá Domino,& omnes ſemitas, & vias eius ſtatera ſuæ ſapientiæ ponderat. Et 4.26, פַּלֵּס מַעְגַּל רַגְלֶךָ pondera ſemitam pedi tuo. acſi dicat, Pone in bilácibus intelligētiæ tuæ, & pondera ſtatera ſapiētiæ tuæ mores tuos, vt reiectis malis, bonos eligas. Virtus mediū tenet gradū, deuitás extremitates, quæ ſunt veluti duæ lances bilanciū. Et hoc eſt non declinare ad dexterá, neque ad ſiniſtram. Ieſah.26.7, Rectū callem iuſti תְּפַלֵּס librabis. Pſal.58.3, Iniquitatem manuum veſtrarum תְּפַלֵּסוּן ponderabitis.

Nomen, Prouerb.16.11, פֶּלֶס, bilances,& ſtateræ iudicii Domino. פֶּלֶס, Rectitudo ſtaterarum: eſt illud quod ponderans, ſua capit manu, in cuius medio eſt lingula ſtaterarum. Sunt tamē qui dicunt פֶּלֶס vocari virgā ferream ſignatá ſignis ad ſciēdum pondera, ſuper quæ ſigna ponitur lapis, vel aliud pondus, vt notum eſt.

פָּלַץ Terreri, formidare, tremere. In hithpahál, Iiób 9.6, Et colūnæ illius יִתְפַּלָּצוּן cótremiſcét. Nomen, פַּלָּצוּת, Terror, Tremor, Pauor. Ieſa.21.4, פַּלָּצוּת tremor terruit me. Et quia idolū ſuis cultoribus eſt terrori, ac tremori, idcirco vocatur מִפְלֶצֶת: aut per ſubſána

tioné sic appellatur idólum, præposito מ. 1. Reg. 15.13, quia fecit מִפְלֶצֶת idólú luco. Alia forma, præposito ת, Irme. 49.16, תִּפְלַצְתְּךָ idólum tuú decepit te. vel superbia tua. Vtroque modo exponit R.D. in lib. rad. Et appellauit superbiã per modum subsannationis terrorem, & tremorem, quia sunt opposita superbiæ. Et in commẽ. exponit idólum tuú. aut idololatria tua. Vel terror tuus, qui iniectus fuerat vicinis tuis, quum omnia tibi ex sententia succederent, ipse decepit te. Tharghum, Stultitia tua errare fecit te.

פָּלַשׁ Inuoluere se cinere, aut puluere. Solum inuenitur in hithpahál. Irme. 25.34, Et clamate, וְהִתְפַּלְּשׁוּ & inuoluite vos puluere. Et 6.26, הִתְפַּלְּשִׁי בָאֵפֶר inuolue te cinere. Iechez. 27.30, בָּאֵפֶר יִתְפַּלָּשׁוּ cinere inuoluent se.

פָּלַשׂ Cum púcto in sinistro cornu, Vnde מִפְלָשׂ, Extensio, expãsio: aut Differẽtia, vel Pódus, vt alii exponunt, per mutationé literarum à פֶּלֶס pondus. Iiób 37.16, Num cognosces מִפְלְשֵׂי־עָב expansiones (aut differentias, vel pondera) nubis? pro nubium. R. Abrahám auéhezra, pódera: velut פֶּלֶס, vt dictú est. acsi dicat, Nunquid nosti opera nubiũ, quomodo sint libratæ, & ponderatæ statera, & bilancibus? Et hanc sequitur R. Moséh. R. Abrahám Perusól, differentias, mutationésque, & expansiones nubium.

פֵּן Quære in פּוּן.

פִּנָּה Angulus, Vide פָּנַן. Nam quanquam vulgò ponatur in radice פָּנָה, quia tamen habet daghés, rectum est vt sit à פָּנַן.

פָּנַן Vnde פִּנָּה, Angulus. Psal. 118.22, in caput פִּנָּה anguli. Prouerb. 7.12, Et apud omné פִּנָּה angulum insidiabitur. Iiób 38.6, Vel quis iecit lapidem פִּנָּתָהּ an-

guli eius? Prouer.7.8, apud פִּנָּהּ angulum eius. Ponitur pro פִּנָּתָהּ, inquit R.D. in Michlól, & in lib.rad. Vel est alterius speciei absque ה, scilicet פֵּן instar קֵן à קִנֵּן, cuius plurale est Zechar.14.10, Vsque ad portam הַפִּנִּים angulorum. Plurale fœmineũ, Iiób 1.19, Et tetigit quatuor פִּנּוֹת angulos domus. Et quia anguli sunt fortitudo domus, ideo turres fortes appellãtur פִּנּוֹת. Sepha.1.16, & super הַפִּנּוֹת turres excelsas. Et quia anguli domus fiũt è lapidibus maioribus, Maiores populi, duces, ac principes vocantur פִּנּוֹת. 1.Semu.14.38, omnes פִּנּוֹת anguli populi. Sepha.3.6, desolati sunt פִּנּוֹתָם anguli earum. Inde פְּנִינִים, Lapides pretiosi, gēmæ rubeæ. Thren.4.7, Rubicundiores corpore מִפְּנִינִים gemmis rubeis.

פַּנַּג Nomen loci. Secundum Tharghũ est genus oleris: secundum Iosephũ est balsamum. Iechez. 27.17, Iehudáh, & terra Israél ipsi negotiatores tui in frumentis (aut triticis) Minníth, וּפַנַּג & Pannágh, &c.

פָּנָה Aspicere, respicere, Vertere se, declinare, Verrere, scopare, mundare. Aptare, præparare. Deut. 31.18, Quia פָּנָה respexit (vertit se, declinauit) ad deos alienos. Irme.6.4, פָּנָה declinauit dies. Cãt.6.1, Quo פָּנָה declinauit dilectus tuus? Leuit.26.9, וּפָנִיתִי & respiciam ad vos. Irme.2.27, Quia פָּנוּ verterunt ad me ceruicem, & non faciem. Iehos. 15.7, & ad Aquilonem פֹּנֶה respicit. Iechez.8.3, הַפּוֹנֶה quæ respicit ad Aquilonem. Iehos. 15.2, הַפֹּנֶה quæ respicit ad Meridiem. Chag.1.9, פָּנֹה respicere (pro respiciebatis) ad multũ. Vel respicere (scilicet vestrũ) erat ad multũ. Ieche.17.5, לִפְנוֹת vt respiciat. Genes.24.63, לִפְנוֹת עָרֶב quũ declinaret vespera. Et sic Iudi. 19.26, לִפְנוֹת הַבֹּקֶר dum mane aspiceret. i. veniente die. Psal.25.16, פְּנֵה אֵלַי respice ad me. Num.14.25, cras פְּנוּ re-

uertimini. Gene.24.49, וְאֶפְנֶה, & declinabo ad dexterã, vel ſiniſtram. Exod.2.12, וַיִּפֶן כֹּה וָכֹה & reſpexit huc & illuc. Deut.2.1, וַנֵּפֶן, & conuerſi ſumus. aut vertimus nos.

Et in hifhíl, Irme.48.39, Quomodo הִפְנָה־עֹרֶף vertit (aut vertere fecit) ceruicem Moáb? Et 49.24, הִפְנְתָה, vertit ſe vt fugeret. 1.Semu.10.9, כְּהַפְנֹתוֹ quũ verteret ipſe humerum ſuum. Nachum 2.8, & non erat מַפְנֶה vertẽs ſe. Participium paſſiuũ inſtar מַרְאֶה, ſecundum R.D. in cõment. Iechez.9.2, Veniebant de via portæ ſuperioris מָפְנֶה verſæ ad Aquilonem. Iudic.15.4, וַיֶּפֶן, & vertit caudam ad caudam. Et in hofhál, Irme.49.8, Fugite, הָפְנוּ verſi ſunt. aut iuſſi ſunt verti. Non eſt imperatiuũ vt putant multi: quia in hac coniugatione non eſt imperatiuũ. Eſt autem ſenſus, Fugite habitatores Dedán, quia iam verſi ſunt inimici veſtri, vt veniãt aduerſum vos. Eodẽ modo exponit R.D. in cõm. Et in pihél, Aptare, præparare, Euacuare, expurgare, Scopare. Sephan.3.14, פִּנָּה אֹיְבֵךְ, euacuauit inimicum tuum. aut expurgauit. i. abſtulit eum è terra, vt vltrà non eſſet ibi. Tharghũ ſimiliter, פַּלִּי abſtulit, remouit. Malachi 3.1, וּפִנָּה־דֶרֶךְ לְפָנָי & præparabit viam ante me. Gene. 24.31, Et ego פִּנִּיתִי הַבַּיִת præparaui domũ. Pſal.80.10, פִּנִּיתָ לְפָנֶיהָ, euacuaſti ante illam. aut expurgaſti, & præparationem feciſti ante illam. i. abſtuliſti lapides, hoc eſt impios, ſecundum R. Abrahám, quia non ſtetit quiſpiã ante illam. Ieſah.40.3, פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה parate (expurgate) viã Domini. Hinc פָּנִים, numero tãtum plurali, vt apud nos diuitiæ, eſt Facies: ſic appellata, quòd aſpiciat huc atq; illuc. Et quia ira apparet in facie, nomine פָּנִים appellatur ira, vt infrà. Gene.32.30, Vidi Deum פָּנִים אֶל־פָּנִים facie ad faciem. Et cũ ל, Ante, antea, Prius. Ieho.14.15, Et nomen

men Chebrón, לְפָנִים antea(prius) erat Chiriáth arbáh. Iesa.41.26, וּמִלְּפָנִים & ab ante.i.ab initio. Et sic,id quod est ante homine:Ieche.2.10,& erat scriptum פָּנִים וְאָחוֹר ante,& retro.Iiób 2.7,& egressus est Satham מֵאֵת פְּנֵי à facie Domini.Genes.25.9, עַל־פְּנֵי ante faciem(vel coram, eregione)Mamré. Et 18, עַל־פְּנֵי coram omnibus fratribus suis cécidit.i. cécidit sors eius in sorte fratrū suorum.Item 6.11, לִפְנֵי הָאֱלֹהִים coram Deo. Et 10.9,Et ipse erat potens venator לִפְנֵי יְהוָה coram Domino.i. offerés de venatione sua corā Domino. Vel dixit corā Domino,ad magnificādam eius potentiam : acsi dicat, Maximus venator. sicut dicūtur montes Dei,id est maximi,& altissimi.Item 27.7, לִפְנֵי מוֹתִי antequam moriar. Et cum מ,Gene.3.8, מִפְּנֵי יְהוָה à facie Domini. Exod.9.11, Et non potuerunt magi stare coram Moseh מִפְּנֵי הַשְּׁחִין à facie vlceris.vel propter vlcus. Et 19.18, Et mons Sinái fumabat totus, מִפְּנֵי אֲשֶׁר יָרַד propterea quòd descendit super illú Dominus. Et cum מ & ל simul, Ionáh 1.3, vt fugeret Tharsis מִלִּפְנֵי יְהוָה à facie Domini.& idgenus multa, quum tamen מ & ל contrariæ videantur significantiæ: מ enim distantiā, ל propinquitatem cōnotat: sed sensus est, A facie Domini.i. à loco qui est coram Domino:& est locus receptionis prophetiæ.Et sic, A facie Dei Iahacób. Gene.4.5,ceciderūt פָּנָיו facies eius. pro cécidit facies eius. acsi dicat,pudore suffusus est, & erubuit.Et 32.20,Placabo פָּנָיו iram eius munere.Deut. 4.37,Et eduxit te בְּפָנָיו in facie sua. aut,per faciem suā. R.D.in lib.ra.per vitam suā: acsi dicat,iuramēto suo. Et sic Iiób 21.31,Quis annuntiabit עַל־פָּנָיו דַּרְכּוֹ in vita eius(aut per vitā eius)viam eius? Tharghú, קֳדָמוֹי coram illo. R.Abrahám auenhezra,Sensus est,Quis annútia-

bit illi viá eius, quòd ſit ita? ipſe facit quicquid vult, & non eſt qui reddat ei. Poteſt etiam exponi, inquit R. Dauid, Et eduxit te in ira ſua qua iratus eſt contra AEgyptios. Gene. 43.33, & ſederunt לְפָנָיו coram eo. 2. Reg. 6.32, Et dimiſit (emiſit) virũ מִלְּפָנָיו à facie ſua. i. à loco in quo erat coram ipſo. Et ſic alia huiuſmodi exponenda propter מ & ל, vt ſuprà dictum eſt. Iiób 1.11, Niſi עַל־פָּנֶיךָ in faciem tuã maledixerit tibi. Vel ſecundum R.D. in lib. rad. Niſi per vitã tuam. Eſt enim iurantis, ſecũdum eius opinionẽ. Exo. 20.3, Non erũt tibi dii alieni עַל־פָּנָי coram me. Vel ſecundũ R.D. in lib. ra. ad irã meam. i. ad irritandum me, ſicut dictũ eſt Deute. 32.21, Et irritauerunt me in vanitatibus ſuis. 1. Reg. 6.17, Ipſa eſt templum לִפְנָי (pro הַפְּנִימִי) intrinſecus. Et vocat illud intrinſecus, quãuis eſſet extra oraculum, quia erat intra porticum. Vel ponitur pro לִפְנֵי Ante: quia erat ante oraculum. Vel eſt ſicut לְפָנִים antea, vt dictum eſt de חַלּוֹנֵי & חֲשֻׁפֵי & חוֹרֵי in locis ſuis. Nomen cũ ה redundante, quia eſt dictio lõga: vt Pſa. 45.14, Tota inclyta filia regis, פְּנִימָה intrinſecus. ſub. manet. Eſt ſicut בִּפְנִים. 1. Reg. 6.18, Et cedrus pro domo פְּנִימָה intrinſecus, depicta, &c. .i. & tabulæ cedrinæ quibus tegebatur domus intrinſecus, depictæ erant, &c. Tóar, Iechez. 41.15, Et tẽplum הַפְּנִימִי interius. Et 17, vſque ad domũ הַפְּנִימִי interiorem.

פָּנַק Delicate nutrire. Semel inuenitur in Sacris, idque in pihél. Prouer. 29.21, מְפַנֵּק מִנֹּעַר עַבְדּוֹ qui delicate nutrit à pueritia ſeruũ ſuum, &c. Vnde Tharghum pro, dabit מַעֲדַנֵּי־מֶלֶךְ delicias regis, Geneſis 49.20: habet תַּפְנוּקֵי מַלְכִּין. Et idem, pro וְהֶעָנֹג & delicatus, Deuter. 28.54: habet מְפַנַּק.

פַּס Multicolor. Gene. 37.3, Et fecit ei tunicã פַּסִּים multorũ colorũ. Hinc פִּסָּה, Pars, particula, Vola, aut

palma manus. Pſal.72.16, Erit פִּסַּת־בַּר particula frumēti in terra, in ſummitate montium, tremet ſicut Lebanón fructus eius. Vel vola (aut palma) frumenti, ſecundum R. Ioſéph. acſi dicat, Serét volam plenā frugibus. Quam expoſitionem R.D. in cōment. ſic explicat, In diebus regis huius erit benedictio in mundo, adeò vt ſeminaturus ſit homo plenam volam frugum, etiam in vertice montiū, & futuræ ſint ſpicæ bonæ, ac plenæ vſqueadeo vt tremant, vento in eas flante, (ſicut arbores Lebanón) fructus eius. ſub. volæ. Tharghum, erít סְעִיד לַחְמָא confortans (fulciens) panis in terra. Probat per Danielem R. Ioſéph ſuam expoſitionem, vbi capite 5.5, ſcriptū eſt, Et rex aſpiciebat פַּס יְדָא דִּי כָתְבָא palmā manus quæ ſcribebat. Et Tharghū pro, Ecce nubes parua כְּכַף־אִישׁ עוֹלָה ſicut vola viri, 1. Reg. 18. 43: habet כְּפִסַּת יַד. R. Selomóh in cōm. Erit abūdantia, additio, & multiplicatio frumenti: Et doctores (inquit) exponūt, de tēpore Maſíach. i. Chriſti. Alii exponunt, Erit frumentum pro voluntate: quia creaturarum animus explebitur à Deo qui dat abundantiam mundo.

פָּסַס Finire. Pſal. 12.2, Quoniā פַּסּוּ finitæ ſunt veritates. Vel, finiti ſunt fideles. R. Abrahám auéhezra in cōment. excisi ſunt fideles. R.D. in cōment. defecerunt, conſumpti, finitíque ſunt viri veraces, fideléſque. Eſt enim nomen tóar, ſecundum R. Abrahám & R.D. R. verò Himmanuél in cóm. dicit, Sunt qui exponunt פַּסּוּ ſicut אָפְסוּ finiti ſunt: & dicunt deficere א. At rectum eſt vt ſit verbū geminatum: vt ſit ſenſus, נִכְרְתוּ excisi ſunt è mundo.

פָּסַג Vnde פִּסְגָּה, quod eſt גִּבְעָה, Collis. Nume. 23.14, ad verticē הַפִּסְגָּה collis. Hinc verbū, pro Ro-

borare,munire,in pihél.Pſa.48.14,פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ robo-
rate(munite)palatia eius. R.Selomóh,exaltate palatia eius. R.Abrahám auenhezra,Aſpicite palatia eius,quæ ſunt veluti colles. R.Himmanuél, Videte palatia eius quæ ſunt fortia ſicut collis.

פָּסַח Trāſire,Claudicare. Exo.12.27,qui פָּסַח trāſiuit. Et 13,וּפָסַחְתִּי & trāſibo iuxta vos.Ieſah.31.5,פָּסֹחַ trāſeundo,& eripiendo.vel trāſiliendo,ſaltādo:quia ſal tauit angelus ſuper Ieruſaláim,quando venit vt perde ret caſtra AEgyptiorum. 1. Reg. 18.20, Vſquequo vos פֹּסְחִים claudicatis in duas(aut inter duas)cogitationes? quia ſcilicet nō permanetis,neque eſtis ſtabiles in vna ex illis,ſed ſaltatis ſuper vtrāque,ait R.D.in li.ra. Et in nifhál, 2.Sem.4.4,cecidit,וַיִּפָּסֵחַ & claudus effectus eſt. Et in pihél,1.Reg.18.26,וַיְפַסְּחוּ & trāſiliebāt(ſaltabant)ſuper altare. Tóar,Leui.21.17,Vir cæcus,vel פִּסֵּחַ claudus. Nomen,פֶּסַח,Péſach,quod nos paſcha dicimus.Exo.12.43,hoc eſt ſtatutum הַפָּסַח ipſius péſach. 2. Paral.30.17,ſuper immolatione הַפְּסָחִים paſchatum. Et 35.8, Et ſacerdotibus dederunt לַפְּסָחִים pro paſchatibus.

פָּסַל Dolare, Sculpere. & dicitur tam de lapidibus, quàm de lignis.Chab.2.18,Quid prodeſt פֶּסֶל כִּי פְסָלוֹ יֹצְרוֹ ſculptile, quia ſculpſit illud plaſmator illius? Exo.34.1,פְּסָל־לְךָ שְׁנֵי־לֻחֹת אֲבָנִים dola tibi duas tabulas lapideas.Deuter.10.3,וָאֶפְסֹל & dolaui,&c. Nomen,פֶּסֶל, Sculptile.Exod.20.4,Non facies tibi פֶסֶל ſculptile. Ieſah.42.17,qui confidunt בַּפָּסֶל in ſculptili.2.Paralip.33. 22, & omnibus הַפְּסִילִים ſculptilibus. Irme. 50.38, terra פְּסִלִים ſculptiliū eſt. Et nomē loci vbi dolabantur lapides,Lapicidina. Iudi.3.19,Et ipſe reuerſus eſt מִן־הַפְּסִילִים à lapicidinis.Sic verſu 26.

פעה Clamare. Iesah. 42. 14, Tanquam parturiens אֶפְעֶה clamabo. אֶפְעֶה serpentis genus, require in אפע, licet ponatur & in hac radice à R. Dauid.

פעל Operari. Deuter. 32. 27, פָּעַל כָּל־זֹאת operatus est omne hoc. Iesa. 26. 12, omnia opera nostra פָּעַלְתָּ לָּנוּ operatus es nobis. Psal. 119. 3, אַף לֹא־פָעֲלוּ etiam non operati sunt iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. quod R. Abrahám exponit, Etiã iis qui non sunt operati iniquitatem, reputabitur quòd ambulauerint in viis eius. R. D. nonnullos exponere ait, quanto magis. acsi dicat, Si seruauerint testimonia tua. i. præcepta tua affirmatiua: quanto magis obseruabũt vt nõ operẽtur iniquitatẽ quæ sunt præcepta negatiua, sed ambulabũt in viis eius? Deinde refert expositionem R. Abrahám, quam scribit non esse rectã, iuxta id quod scriptum est Psal. 34. 14, Recede à malo, & fac bonum: quia non erit perfectus homo, si auertatur à malo, nisi etiam faciat bonum. Sic etiã interpretatur R. Himmanuél, dicens, Etiam si non sunt operati iniquitatẽ transgrediendo præcepta negatiua, non tamen sat est hoc, sed oportet vt in viis eius ambulent faciendo bonum. Potest adhuc & hoc modo exponi, inquit R. Dauid in cõment. Quũ Dominum toto corde requisierint, fidunt, quia nõ sunt operati iniquitatem, quia nunquam contigit eis aliqua præuaricatio, sed omnibus diebus vitæ suæ in viis eius ambulauerunt. Psal. 15. 2, וּפֹעֵל צֶדֶק & operans iustitiã. Iiób 7. 20, quid אֶפְעַל לָךְ operabor tibi? Nomẽ, פֹּעַל, Opus. Psal. 9. 17, בְּפֹעַל in opere manuum suarum. Iiób 7. 2, פָּעֳלוֹ opus suũ. Et cum chólem præter normã, Irme. 22. 13, וּפָעֳלוֹ & opus suum (. i. mercedẽ operis sui) non dabit illi. Sed R. Ioseph scripsit non esse nomen,

ſed verbũ,id eſt,Et quod operatus eſt cum illo non dedit ei.i.mercedem illius.Et hæc expoſitio eſt recta,inquit R.D.1. Paral.11.22,magnus פְּעָלִים operibus.Eſt inſtar בְּקָר à בְּקָרִים,& רֹמַח à רְמָחִים. Fœmineũ,פְּעֻלָּה,Opus. Et in regimine, Leui.19.13, non morabitur פְּעֻלַּת opus mercennarii tecũ. Irme.31.16, eſt merces לִפְעֻלָּתֵךְ operi tuo.Pſal.17.4,לִפְעֻלּוֹת propter opera hominum. Alia forma,מִפְעָל. Prouer.8.22,ante מִפְעָלָיו opera ſua.Et fœmineum,Pſal.46.9,מִפְעָלוֹת.

פָּעַם In nif hál,& hithpahál eſt Conterere, ſiue contundi,aut conteri, aut contritum & cõtuſum eſſe.Pſal.77.5,נִפְעַמְתִּי cõtritus fui,& non loquar. R.D. in comment. Vigilo in nocte, & cogito de meis afflictionibus:& mane ſum cõtritus,ita vt loqui nõ valeã. Idem R.Abrahám. Tharghum ſimiliter, אִיטְרְפִית contritus ſum.Dani.2.3,וַתִּפָּעֶם רוּחִי & contritus eſt ſpiritus meus. In hithpahál, Dani.2.1, וַתִּתְפָּעֶם רוּחוֹ & contritus eſt ſpiritus eius. Et macór in cal,Iudi.13.25,Et incœpit ſpiritus Domini לְפַעֲמוֹ conterere eum. Exponit R.Dauid.incœpit prophetia venire illi vice prima:vel cõterere,& cõtundere illum.Prior expoſitio,à פַּעַם vice: altera à פָּעַם conterere. Doctores Hebræorum deducũt (vt inquit R.D.) à פַּעֲמוֹן tintinnabulũ.i. pulſare eum, & quaſi tinnitũ facere illi.Vnde ſic exponunt,Et ſpiritus prophetiæ pulſabat(aut tinniebat)ante illum ſicut tintinnabulũ. Et פַּעַם,Vicem ſignificat. Iehoſ.6.3,circundando vrbem פַּעַם אֶחָת vice vna. Geneſ.18.32,& loquar,verum tantũ הַפַּעַם ſemel.Nume.24.1,& non ambulauit כְּפַעַם־בְּפַעַם ſicut ſemel & iterum.Gen.33.3,& incuruauit ſe ſuper terram שֶׁבַע פְּעָמִים ſeptẽ vicibus.Duale,Num.20.11, & percuſſit petram virga ſua פַּעֲמָיִם bis.

פַּעַם quoque eſt Pes. Ieche.41.6, Triũ & triginta פְּעָמִים pedum. Pſalm.74.3, eleua (aut eleuare fac) פְּעָמֶיךָ pedes tuos ad contritiones in ſæculũ. i. in ſæculũ duraturas. Vel ad conterendũ &c. Vel, eleua contritiones tuas: aut malleos tuos, vt nonnulli exponunt, inquit R.D. in lib. rad. Et in comment. exponit רַגְלֶיךָ pedes tuos: referens alios exponere, malleos tuos. R. Menachém, R. Selomóh, & R. Himmanuél, contritiones tuas, terroréſque tuos. Pſalm.58.11, פְּעָמָיו pedes ſuos. 2. Reg.19.23, planta פְּעָמַי pedum meorũ. Plurale fœmineum, pro Angulis, 1. Reg.7.30, Et quatuor פַּעֲמֹתָיו anguli eius.

Eſt & פַּעַם, Contritio: vel Malleus quo aliquid conteritur. Ieſah.41.7, אֶת־הוֹלֶם פָּעַם cum percuſſione contritionis. R.D. in lib. ra. cũ cõtritione percuſſionis, aut cũ percuſſione contritionis: vel mallei, & ita habet Tharghũ, בְּקוּרְנָסָא malleo. ſcilicet paruo. Et in cõm. mollificã tem malleum ad percuſſionẽ incúdis, id eſt ad percutiendum cum illo bracteas ſuper incûdem. & אֶת eſt loco ל. Tharghum, aurificem percutientem malleo, ſub. grandi, cum percuſſione mallei. ſub. parui. Et ita mos eſt artificis vt à principio percutiat grandi malleo, & poſtea paruo. Et à percuſſione vocatur פַּעֲמוֹן, Tintinnabulum. Exo.28.34, פַּעֲמֹן זָהָב tintinnabulum auri.

פָּעַר Eſt פָּתַח, Aperire. Pſal.119.131, פִּי פָעַרְתִּי os meum aperui. Iiób 16.10, פָּעֲרוּ עָלַי בְּפִיהֶם aperuerunt ſuper me os ſuũ. Et ſic ב redundat. Vnde & Tharghũ ſine ב, פּוּמְהוֹן os ſuũ. Et 29.23, וּפִיהֶם פָּעֲרוּ & os ſuũ aperuerũt.

פָּצָה Aperire. Iudic. 11.36, פָּצִיתָה אֶת־פִּיךָ aperuiſti os tuũ. Pſal.66.14, quæ פָּצוּ aperuerunt labia mea. Idem Tharghum, & Hebræi omnes. Ieſah.10.14, וּפֹצֶה פֶה & aperiens os. Iechez.2.8, פְּצֵה פִיךָ aperi os tuum. Iiób 35.16, וְאִיּוֹב הֶבֶל יִפְצֶה־פִּיהוּ aperiet os ſuum.

פצח Eleuare vocem:& Frangere,confringere.Ieſa. 14.7,פָּצְחוּ רִנָּה cecinerunt laudem.Et 44.23,פִּצְחוּ הָרִים רִנָּה cantate montes laudem.Et 54.1,פִּצְחִי רִנָּה canta laudem. Et in pihél, Micháh 3.3,וְאֶת־עַצְמֹתֵיהֶם פִּצֵּחוּ & oſſa eorum contriuerunt.vel confregerunt.

פצל Decorticare.In pihél.Gene.30.38,Et ſtatuit virgas quas פִּצֵּל decorticauit. Et 37, וַיְפַצֵּל בָּהֵן פְּצָלוֹת לְבָנוֹת & decorticauit in eis cortices albos.

פצם Rumpere,ſcindere, diſrumpere,Aperire. Pſal. 60.4,Tremere feciſti terram,פְּצַמְתָּהּ ſcidiſti(diſrupiſti)eam.vel aperuiſti &c.quod idem eſt.Alibi non inuenitur in Sacris literis pro בָּקַע ſcindere, aperire. Tharghum habet פְּצַם.

פצע Vulnerare,percutere vſque ad ſanguinis effuſionem.Canti.5.7,percuſſerunt me,פְּצָעוּנִי vulnerauerũt me.Deut.23.1, non ingredietur פְּצוּעַ־דַּכָּא fractus attritione.R.D. exponit, cuius vn' aut duo teſtes ſciſſi ſunt.1.Reg.20.37, & percuſſit eum vir percutiendo וּפָצֹעַ & vulnerando. Nomen,פֶּצַע,Vulnus.Exo.21.25,פֶּצַע תַּחַת פָּצַע vulnus pro vulnere.Gene.4.23,quia virum occidi לְפִצְעִי in vulnere meo . ל vice ב, ſecundum R.Abrahã & R.D.Prou.23.29,cui פְּצָעִים vulnera gratis?

פצר Cogere, Vim facere, Tranſgredi. Geneſ. 19.3, וַיִּפְצַר־בָּם מְאֹד & coegit eos valde.Et 8,וַיִּפְצְרוּ בָאִישׁ & vim fecerunt in virum. Et macór in hifhíl, 1.Semu.15. 23, & Teraphim הַפְצַר tranſgredi. ſub. voluntatem Dei,ſecundum R.Dauid.

פקד Viſitare,Recordari,Reſpicere,Deficere, deeſſe, Numerare,Præcipere,Conſtituere, Deponere, Præficere.Gene.21.1,Et Dominus פָּקַד אֶת־שָׂרָה viſitauit Saráh.Vel,Recordatus eſt,ſecundum R. D. in lib.rad. aut

aut respexit. Tharghum, דְּכִיר recordatus est. Zechar. 10.3, quia פָּקַד visitauit (recordatus est, respexit) Dominus exercituum gregẽ suum. Tharghum, דְּכִיר, recordatus est. Idem R.D. in cõment. Iiób 35.15, & nunc quia אַיִן פָּקַד אַפּוֹ paululum visitauit (sub. eũ) furor eius, non cognouit eũ in multitudine (sub. peccatorum suorũ) valde. R.D. in lib. rad. exponit acsi dicat, Gratis ipse irascitur, & excitat furorem suum: quia non cognouit vias Domini, atque eius iudicia. Et in cõment. Nunc postquam noluisti iustificare iudicẽ, idcirco iratus est tecum, & visitauit furor eius, & prolongauit morbum tuũ, & ægritudinem tuá: quia nó nouit multitudinem iustitiarũ tuarum, quia non fecisti illas. Vel, visitauit furor eius Iiób, eo quòd non sciuit, neque agnouit Iiób multitudinẽ bonorũ quæ olim elargitus est ei Deus. Vel, quia non nouit multitudinẽ iniquitatum suarũ, ideo iratus est furor eius. Vel, Et nunc, quia hominẽ qui est nihil, & vanitas, visitauit furor eius. i. iudicium Dei, acsi non nouisset Deus, eius iniquitates: Iiób frustra aperit os suum dum iustificat se &c. Et R. Moséh in comment. Et nunc quia nihil, aut paululum visitauit furor Dei ipsum Iiób, & non cognouit Iiób multitudinem. i. quòd multiplicabit adhuc Deus valde furorem, atque irá, secundum illius peccata: idcirco timeat ab vltionibus. Tharghũ, Et nunc acsi non esset visitatio iræ eius, non cognouit multitudinem valde. Iiób 36.23, מִי־פָקַד עָלָיו דַּרְכּוֹ quis memorauit ei viá suam &c. tanquam scilicet Dominus sit oblitus, vt exponit R.D. in cõment. Vel, quis memorauit ei viam suam, vt dicat ei, Operatus es iniquitatem: vt idẽ ait in ipsis cõment. R. Mosẽh in cõment. Quis visitabit viam Dei

Dei vt videat an ſit bona,& quis dicet,Operatus es ini quitatem?At rectũ eſt vt exponatur,Et quem præfecit ſibi(Deus?)ſub.vt ſit ipſe præſes ac dominus:& Deus ſit ei ſubditus, & dicat ei,Operatus es iniquitatẽ,& nõ iuſſi vt ita faceres: nónne ipſe Dominus eſt præſes? R. Abra. Peruſól,Quis inuenietur qui ſit cõſtitutus,& ordinatus ſuper Deũ,vt illũ doceat viã regiminis,& gubernationis, & qui dicat Deo in regimine rerũ, Operatus es iniquitatem,quia in illarũ regimine non ſeruaſti iuſtitiam?Et eſt verſus iſte ſicut ille Ieſah.40.13, Quis direxit ſpiritũ Domini,& vir conſilii eius qui ſcire faciet illũ?Cũ quo iniit conſiliũ vt ipſum erudiret,& doceret &c.2 .Paralip.36. 23, & ipſe פָּקַד עָלַי præcepit mihi vt ædificarem ei domũ.1.Paralip.21.6,& Leuí, & Biniamin non פָּקַד numerauit inter eos. Iiób 34.13, quem פָּקַד עָלָיו præfecit ſibi ſuper terram? R.D.in cóment. Quis memorabit ei opera atque iudicia eius in terra? Vel quis eſt in terra qui præcipiat ei,vt faciat aliquid paruũ,vel magnũ, quum mũdum ipſe creauerit? Sũt qui dicunt reſpõſionẽ eſſe ad Iiób ſuper illo quod dixit, Terra data eſt in manu impii. Ad quod reſpõdet Elihú,Quis cõſtituit(aut præfecit)impiũ in terra? & quis poſuit eum ſuper orbem vniuerſum?At rectũ eſt in oculis meis vt ſit ſenſus,quòd omnia creauit propter hominis neceſſitatẽ, tam inhabitabilẽ quàm habitabilem terrá, quæ orbis appellatur. Et hoc eſt, Et quẽ præfecit ſibi in terra? ſcilicet inhabitabili. Et R. Moſéh in cóm. Quis præpoſitus(aut conſtitutus) eſt ſuper iudiciũ vniuerſæ terræ? quis præpoſitus eſt ſuper orbẽ vniuerſũ? nónne Dominus? Et quomodo peruertet iudiciũ? R. Selomóh, Quis eſt præfectus ipſi Deo, cui Deus ipſe ſit ſubditus, vt di-

cat Deo, Cur ita fecisti, vt malefaceres huic homini: quia non præcepi tibi vt sic faceres. Et idcirco adinuenit occasiones aduersus illum, dicens, Fecit hæc. Nónne ipse est Dominus iudex qui faciet secundú voluntatem suam? & quis dicet ei, Cur ita facis? Exod. 3.16, פָּקֹד פָּקַדְתִּי אֶתְכֶם visitando visitaui vos. Vel, Recordando recordatus sum vestri. Hoc verbum construitur cú אֶת, & עַל, & אֶל &c. Irm. 50.18, ecce ego פֹּקֵד אֶל־מֶלֶךְ בָּבֶל וְאֶל־אַרְצוֹ visito regẽ Babél, & terrã eius, כַּאֲשֶׁר פָּקַדְתִּי אֶל־מֶלֶךְ אַשּׁוּר quemadmodú visitaui regem Assúr. Et frequentissime cũ עַל, vel אֶל capitur in malum. Nume. 26. 63, qui פָּקְדוּ אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל numerauerunt filios Israél. Iesah. 34. 16, vnusquisque cú socio suo non פָּקָדוּ defuerunt. Deute. 20. 9, וּפָקְדוּ שָׂרֵי צְבָאוֹת constituent principes exercituũ. Nume. 4.27, וּפְקַדְתֶּם עֲלֵיהֶם & deponetis apud eos in custodiam omne onus eorum. 1 Semu. 25.15, & non נִפְקַדְנוּ מְאוּמָה defuit nobis quicquã. Exo. 20.5, פֹּקֵד עֲוֹן אָבֹת visitans iniquitatem patrum. Et 30.13, omnis transiens עַל־הַפְּקֻדִים ad numeratos. 2. Reg. 11.15, & præcepit &c. פְּקֻדֵי הַחַיִל præfectis exercitus. Gene. 50.24, פָּקֹד יִפְקֹד אֶתְכֶם visitando visitabit vos. Vel, recordando recordabitur vestri. 2. Semu. 24.4, לִפְקֹד אֶת־הָעָם vt numeraret populũ.

Venit instar imperatiui Nomen, vt Irm. 50.21, aduersus terram rebellionũ ascende super eam (sub. Dari,) & super habitatores פְּקוֹד Pecód. i. Babél, quæ sic appellatur quòd venisset tempus visitandi illã. Sed secundum Ionathán erat vna ex vrbibus Babél. Et sic Iechez. 23. 23, filii Babél, & omnes Casdim, פְּקוֹד Pecód, & Sóah, & Cóah, omnes filii Assúr &c. secũdũ Tharghũ, nomina sũt prouinciarũ. Imperatiuũ, Num. 3.15, פְּקֹד אֶת־בְּנֵי לֵוִי numera filios Leui. Psal. 80.14, וּפְקֹד גֶּפֶן זֹאת & visita vineã istã.

aut, Recordare vineæ istius. Iesah. 10.12, אֶפְקֹד עַל־פְּרִי־גֹדֶל לְבַב visitabo fructum magnitudinis cordis regis Assur, Et 27.3, ne forte יִפְקֹד visitet super eã. sub. inimicus. Vel, ne forte recordetur illius inimicus. Psa. 8.5, & filius hominis quòd תִפְקְדֶנּוּ visites eum. Vel, recorderis illius. vnde R.D. in li. rad. idẽ esse geminatũ scribit. Et in nifhál frequentius est Deficere, deesse. Num. 31.49, Et nõ נִפְקַד defuit è nobis quisquã. 1. Semu. 20.18, וְנִפְקַדְתָּ כִּי יִפָּקֵד מוֹשָׁבֶךָ & deficies (vel memoraberis:) deficiet enim sessio tua. R.D. in cõm. Et memoraberis: deficiet enim sessio tua. recordabitur enim tui, quia deficiet è sede sessor. Irme. 23.4, & nõ יִפָּקֵדוּ visitabuntur. vel erũt in memoria.

Et in pihél, Iesah. 13.4, Dominus exercituũ מְפַקֵּד צְבָא numerat (constituit) exercitũ belli. R.D. in comment. etiã exponit numerat, more scilicet ducũ qui ituri ad bellũ numerãt milites. R. Abrahám exponit præsides.

Et in hifhil, Gen. 39.5, הִפְקִיד אֹתוֹ בְּבֵיתוֹ præposuit eum domui suæ: 1. Semu. 29.4, & reuertatur ad locum vbi הִפְקַדְתּוֹ constituisti eum. Irme. 36.20, וְאֶת־הַמְּגִלָּה הִפְקִדוּ & volumen deposuerunt (.i. in depositũ dederunt) in cubiculo Elisamáah. 2. Paral. 34.12, & super eos מֻפְקָדִים præpositi Iáchath. Nume. 1.50, & tu הַפְקֵד אֶת־הַלְוִיִּם cõstitue leuitas. Psal. 31.6, In manu tua אַפְקִיד רוּחִי commendabo (in depositum ponã) spiritum meum. Gene. 41.33, וְיַפְקֵד פְּקִדִים & præficiat præfectos super terram. Et in hofhál, Leuit. 6.4, Vel אֶת־הַפִּקָּדוֹן אֲשֶׁר הָפְקַד אִתּוֹ & depositum quod depositũ est apud eum. Irme. 6.6, est ciuitas הָפְקַד quæ visitata est tota ipsa. Et in puhál, Exod. 38.21, qui פֻּקַּד numeratus est iussu Moséh. Iesah. 38.10, פֻּקַּדְתִּי יֶתֶר שְׁנוֹתָי carere (deficere) factus sum dimidio annorũ meorum. Verbum passiuũ, omniũ Hebræorum cõsensu. R.

D.in cómen. Defeci residuo annorũ meorum.i.carui. Tharghũ, propterea meméto mei in bonum, adde annis meis. R.Abrahám, defeci. Et est sermo ornatus: & sic in lingua Chedár. Et sunt (inquit R.Abrahám) qui exponũt, פָּקַד מִמֶּנִּי defecit à me residuũ annorum meorum, sicut illud Irme.10.20, Filii mei יְצָאֻנִי egressi sunt ex me: quod est sicut יָצְאוּ מִמֶּנִּי. Et in hithpahál, Iudi. 20.15, הִתְפָּקְדוּ numerati sunt. Et 21.9, וַיִּתְפָּקֵד & respectus est populus. Est lene præter normam, & פ cum camés, inquit R.D.in lib.rad.& in cóment. vbi exponit, memoratus est, respectus est. Tharghum, numerati sunt.

Tóar, פָּקִיד, Præpositus, præfectus. 2.Reg.25.19, פָּקִיד præfectus super viros belli. Nomẽ, Iesa.10.2, Et quid facietis in die פְּקֻדָּה visitationis? recordationis, respectus. 1.Paral.23.11, & fuerunt domui patris לִפְקֻדָּה אֶחָת in numerationẽ vnã. vel potius, præfecturã vnã. Nume.3. 32, פְּקֻדַּת præfectura custodũ. Psal.109.8, פְּקֻדָּתוֹ præfecturam eius accipiat alter. R.D.in lib.ra.exponit, vxorem eius, vel substãtiam eius: sic appellatã, quòd illi homo sit præfectus. R.Iehosúah, vxorem eius. R.Abrahám, præfecturam eius. Sunt autem (inquit) qui exponunt, animã eius, quæ est sicut פִּקָּדוֹן depositum. R.Himmanuél, Substantiã eius, peculiaria eius. Iiób 10.12, וּפְקֻדָּתְךָ & visitatio (vel prouidẽtia) tua custodiuit spiritũ meũ. Iesah.15.7, וּפְקֻדָּתָם & opes eorũ ad torrentẽ salicum deferent. acsi dicat, Ad locũ alium diuitias eorũ deferẽt. Ita R.Abrahám, & sic R.D.in cóment. acsi dicat, Et diuitias eorum hostes ad torrẽtem salicum (qui erat prope vrbem Moáb) deferent, vt illas inter sese diuidant. Iesah. 60. 17, & ponam פְּקֻדָּתֵךְ tributum tuum pacem. .i.pro tributo quod præfectis impẽdis, ponam tibi pa-

cem, quia non ſolues illis amplius tributũ. Vel ſecundum R. Abrahám in cõment. Et ponam præfecturam tuã.i. homines præfecturæ tuæ, hoc eſt præfectos tuos, pacem: quia pacifice capient tributum. Iechc.9.1, Appropinquauerũt פְּקֻדּוֹת viſitationes ciuitatis. Poteſt etiã exponi (inquit R.D. in lib. rad.) præfecturæ. Et in comment. Præfecturæ ciuitatis.i. homines qui ſunt præfecti viris exercitus. Et dixit ciuitatis: quia prius ipſi ad ciuitatem venerũt: & poſt illos, exercitus. Tharghum, Conſtituti ſuper ciuitatẽ. aut præfecti ciuitatis. Nomen, פִּקּוּד, Præceptum. Pſal.19.9, פִּקּוּדֵי præcepta Domini recta. R.D. in comment. פקודי ſunt præcepta intellectus quæ Deus conſtituit, & poſuit in corde, & intellectus docet illa. Pſal.119.128, Ideo כָּל־פִּקּוּדֵי כֹל יִשָּׁרְתִּי omnia præcepta omniũ (ſcilicet præceptorũ legis) direxi. Eſt ſicut illud Iechez.44.30, Et primitiuum omnium primitiarũ omnium. ſub. fructuũ. Et omnia præcepta omniũ, ſub. tam eorum quæ ſunt ſcripta in lege, quàm eorum quæ non ſunt ſcripta: ſicut Ruth 4.7, Et hoc erat teſtimonium in Iſraél, &c. & idgenus alia, quæ iam erant in præceptũ & iudicium ob generalem conſuetudinem in Iſraél. Direxi.i. recta eſſe docui illos qui ea contẽnebant. R. Himmanuél in cõm. Senſus horũ verſuum eſt, Idcirco dilexi præcepta tua ſuper aurũ &c. eo quòd omnia præcepta omniũ.i. vniuerſæ legis, direxi, hoc eſt, ſcrutatus ſũ, & inueni illa recta in corde meo, & in corde hominũ, & oſtẽdi illis fructũ eorũ. Et quia dilexi præcepta tua ſuper aurũ, odio habui omnẽ viam mẽdacii. Sũt etiã qui exponũt יִשָּׁרְתִּי pro אִשָּׁרְתִּי cũ permutatione י in א, vt ſit, beata eſſe prædicaui, & beatos qui illã cuſtodiũt, &c. Alia forma, פִּקָּדוֹן, Depoſitũ. Le-

uit.6.4, Vel אֶת־הַפִּקָּדוֹן depoſitū. Gene.41.35, Et ſit eſca לְפִקָּדוֹן in depoſitū. Alia rurſum, præpoſito מ, 2. Paral. 31.13, בְּמִפְקַד præcepto Chizchiiáhu regis. Ieche.43.22, Et comburet eum בְּמִפְקַד הַבַּיִת præcepto domus extra ſanctuarium.i. quēadmodum præceptū erat domui vt facerēt ſacerdotes. Siue, in loco domus (aut tēpli) in quo iuſſum erat ſacerdotibus vt cōburerent illum, ſecundum R.D. in cōment. Altera ſignificatio, 2. Sem.24.9, & dedit Ioáb numerū מִפְקַד־הָעָם numeri populi regi. Nechem.3.31, ante portam הַמִּפְקָד Miphcád.

פָּקַח Aperire. Iiób 27.19, עֵינָיו פָּקַח oculos ſuos aperuit. Pſal. 146.8, Dominus פֹּקֵחַ עִוְרִים aperit cæcos.i. oculos cæcorum. R.D. Dominus aperit cæcos.i. ſanat eos qui ſūt cæci ex ægritudine oculi. Et dixit hoc, quòd cæcus eſt quaſi ligatus, vt è loco ſuo non recedat. Vel cæcos, ob multitudinē afflictionū: quia afflictio tenebris, & ſal' luci aſſimilatur. Ieſa.42.20, רָאוֹת videre multa, & nō ſeruabis: פָּקוֹחַ אָזְנַיִם aperire aures, & nō audiet.i. non prodeſt videre multa, niſi cuſtodias: nec aperire aures, niſi ſit qui audiat. Vel ſunt infinitiua vice futurorū: pro, Videbis multa &c. Vnde R.D. ſic exponit in cōment. Videbitis multa, id eſt multas afflictiones, & non obſeruabitis oculo cordis veſtri vtquid vobis euenerint afflictiones iſtæ. & ecce oculi veſtri vidēt, & cæci eſtis. Quid enim prodeſt videre, niſi cuſtodiatis vias veſtras? Et aures veſtræ apertæ ſunt, & non audiet quiſpiam ex vobis increpationē, & ſic eſtis vt ſurdi. Et רָאוֹת & פָּקוֹחַ ſunt infinitiua. Et dixit ſingulari numero, cuſtodies, audiet: perinde acſi nō vnus quidem ex illis cuſtodiret, & audiret bonā viam. Dixit præterea in ſecunda perſona, cuſtodies: & in tertia audiet, in eodē verſu, ſi-

cut & 1.Reg.22.28,Audite populi vniuersi ipsi:& idgenus plæraque. Iesa.42.7,לִפְקֹחַ עֵינַיִם עִוְרוֹת vt aperias oculos cæcos.2.Reg.19.16,פְּקַח יְהוָה עֵינֶיךָ aperi Domine oculos tuos. Zechar.12.4, Et super domum Iehudáh אֶפְקַח אֶת־עֵינַי aperiam oculos meos. Gene.3.5,וְנִפְקְחוּ & aperientur(aperient se)oculi vestri. Est verbum in nifhál intransitiuũ, & sic Iesah. 35.5, Tunc תִּפָּקַחְנָה aperientur oculi cæcorũ. Tóar,Exod.4.11,Vel פִּקֵּחַ videns,vel cæcus.Et 23.8,quia munus excæcat פִּקְחִים videntes. p est lene. Nomen geminatũ,Iesah.61.1,Et vinctis פְּקַח־קוֹחַ apertioné carceris.Quãuis enim scribatur sicut duæ dictiones:vna tamen est significatio. Potest & vt duæ dictiones exponi,& קוֹחַ erit macór à לָקַח accipere.i.ad aperiendũ,& accipiẽdum eos è carcere,vel captiuitate. R. Ioséph scripsit קוֹחַ esse carcerẽ, sic appellatum quòd capti,& clausi ibi sint:& sic est sensus,ad aperiendum eis carcerem. R.Abrahám in cóment.nomen esse scribit, & dictionem vnam geminantem secũdam & tertiam literam radicalem,vt in סְחַרְחַר,& יְרַקְרַק,& אֲדַמְדָּם.

פָּקַע Vnde פַּקֻּעוֹת, Colocyntæ, siue Cucurbitæ agrestes minores satiuis. 2.Reg.4.39,Et collegit ex ea פַּקֻּעֹת שָׂדֶה cucurbitas agrestes. R.D.in lib.ra.dicit esse speciem peponũ paruorum. 1.Reg.6.17,מִקְלַעַת פְּקָעִים instar fundæ,cucurbitarũ agrestium. Et 7.24,וּפְקָעִים & cucurbitæ agrestes.i.figuræ cucurbitarum agrestiũ sub labio eius,ait R.D.in lib.ra. Tharghú,pro & cucurbitæ &c.habet, Et figuræ בֵּיעִין ouorum: quia scilicet erãt rotundæ vt oua.

פַּר Bos iuuenis:imò & senex vocatur פַּר.sed ex cótextu Sacrarũ literarũ videtur non esse magnus annis.Paru' vocatur עֵגֶל,Vitulus. Exo.29.1,Accipe פַּר אֶחָד

בֶּן־בָּקָר iuuencum vnũ filium bouis. Hinc videtur non eſſe grandis annis. Vel hoc dixit ad diſcrimen ſenioris. Tharghũ, תּוֹר bouem filiũ תּוֹרֵי boum. R. tamen Selomóh exponit vitulum, ita ſcribens, Accipe פַּר ad expiandum opus הָעֵגֶל vituli, qui eſt פַּר. Et R. Abrahám in cõm. Quia dixit פַּר, &c. ſignificat non fuiſſe grandem annis. Et ſic dicuntur filii columbæ, & hircus caprarũ. & Nume. 7, idem ſæpius repetitur. Geneſ. 32. 15, וּפָרִים & iuuencos decem. Fœmineũ, פָּרָה, Iuuẽca, vacca. Nume. 19. 2, & accipient ad te פָּרָה אֲדֻמָּה vaccam rufam. Geneſ. 32, 15, פָּרוֹת vaccas. פָּרָה eſt etiã nomen vrbis, Iehoſ. 18. 23.

פרר Vnde פָּרוּר, Olla, lebes, cacabus. Nume. 11. 8, & coquite בַּפָּרוּר in lebete. Vide פָּאר.

פרא Multiplicare, augere, Fructificare. In hifhíl, Hoſe. 13. 15, inter fratres יַפְרִיא multiplicabitur. aut multiplicabit ſe, vel creſcet. i. ipſe Ephraím, quoniam non fecit vitulos, inter fratres ſuos multiplicabitur, & creſcet, vt dixit Iahacób de illo, Gene. 48. 19, & profecto frater eius minor, maior erit illo, & ſemen eius erit, &c. R. Ionáh deducit à פֶּרֶא onager. i. erit vt onager. פֶּרֶא cum ſex punctis, Onager, ſiue aſinus ſylueſtris. Et per translationem, Homo ſylueſtris hoc nomine appellatur. Geneſ. 16. 12, & ipſe erit פֶּרֶא אָדָם ſylueſtris homo. Iiób 6. 5, Nunquid rudet פֶּרֶא onager iuxta germen? Et cum ה vice א, Irme. 2. 24, פֶּרֶה onager aſſuetus in deſerto. Iiob 24. 5, ecce פְּרָאִים onagri.

פרד Diuidere, Separare. In nifhál, Iudi. 4. 11, Et Chéber Chenita נִפְרָד diuiſus à Cáin. Prouerb. 18. 1, deſiderium quæret נִפְרָד diuiſus, in omni ſapientia miſcebitur. aut miſcebit ſe. R. Abrahám in cõmẽt. ita exponit, Propter diſcẽdi deſiderium quod habet, quæret

ſapientiam qui ſeparatus eſt à loco ſuo, & in omni ſapientia,id eſt & cum omnibus viris ſapientiæ miſcebit ſe. R.D.in lib.ra.qui eſt diuiſus in opinione ſua,& cõſilio ſuo,nec credit conſilio alterius, quæret deſideria, omni ſapientia oſtendet ſeipſum miſtum, quũ nõ ſit, ſed vadit poſt deſiderium cordis ſui. Geneſ.10.5,ab his נִפְרְדוּ diuiſæ ſunt inſulæ. Et 13.9, הִפָּרֶד נָא מֵעָלָי diuide te quæſo à me. Itẽ 14,poſtquã הִפָּרֶד־לוֹט diuiſus eſt(aut diuiſit ſe)Lot.eſt macór prædicto more reſolutũ.Et 25.23, E viſcerib' tuis יִפָּרֵדוּ diuidẽtur. Et in pihél,Eſtér 3.8, populus quidam diſperſus,וּמְפֹרָד & diuiſus.Hoſe.4.14, quia ipſi cum meretricibus יְפָרֵדוּ diuident. ſub.vxores à maritis ſuis,fornicando cum illis. ita R.D.in lib.ra. & cõment. R.Abrahám, diuident maritos. R.Ioſéph deducit à פֶּרֶד mulus.i.ſcortabantur,& adulteriũ committebant vt muli: quia nõ eſt inter animalia,quæ adulteria,vt muli,cõmittant. Sunt etiam qui exponũt, Facient cum meretricibus opus muli qui nõ generat: nã ipſi coibant eo pacto,vt non generarent, ſicut Her & Onán,Gene.38.9. Et in hifhíl,Gene.30.40,וְהַכְּבָשִׂים הִפְרִיד & agnos diuiſit Iahacób. Deut.32.8,בְּהַפְרִידוֹ quando diuidebat ipſe filios hominũ. Ruth 1.17,mors יַפְרִיד diuidet inter me & te. Et in hithpahál, Pſal. 22.15, וְהִתְפָּרְדוּ & diuiſa ſunt omnia oſſa mea. Iiób 4.11,& filii leænæ יִתְפָּרָדוּ diuidentur. Nomen,פֶּרֶד,Mulus.1.Reg. 18.5,equum וָפֶרֶד & mulum.2.Semu.13.29,vnuſquiſque ſuper פִּרְדּוֹ mulum ſuum. 2.Reg.5.17, onus paris פְּרָדִים mulorum. Fœmineũ,1.Reg.1.33,ſuper הַפִּרְדָּה mulam.

Et in coniugatione cal,eſt Expandere,extendere.Ieche.1.11,& alæ eorum פְּרֻדוֹת expanſæ. Nomen,פְּרֻדוֹת, Grana.Ioél 1.17,& computruerunt פְרֻדוֹת grana. ſic R.

Abrahám,& R.D. Sunt enim grana diuisa & dispersa sub terra cuiuscunque seminis.

פרה Crescere, Fructificare. Irme.3.16, quũ multiplicati fueritis, ופְרִיתֶם atque creueritis. Deute.29.18, radix פֹּרֶה רֹאשׁ fructificans venenũ. Psal. 128.3, vitis פֹּרִיָּה fructificans. Gene.35.11, פְּרֵה cresce. Exod.23.30, donec תִּפְרֶה crescas. Et in hifhíl, Gen.41.52, הִפְרַנִי crescere fecit me Deus. Psal.105.24, וַיֶּפֶר אֶת־עַמּוֹ & crescere fecit populum suum. Nomen, פְּרִי, Fructus. Irme.12.2, fecerunt פְּרִי fructum. Psal.1.3, פִּרְיוֹ fructũ suum dabit.

Aliud, præposito א, אַפִּרְיוֹן, Lectus quo deferũtur sponsæ, Cant.3.9, אַפִּרְיוֹן lectũ fecit sibi rex Selomóh. Et rectũ est vt sint ex hac radice פֹּארָה פֹּארוֹת, de quibus in פָּאַר.

פרז Vnde פְּרָזוֹת, Vrbes absque munitione, & muro in planitie constitutæ. Iechez.38.11, Ascendam super terram פְּרָזוֹת vrbiũ absque muro. Zechar.2.4, פְּרָזוֹת absque muro habitabitur Ierusaláim. Ester 9.18, qui habitabãt בְּעָרֵי הַפְּרָזוֹת in vrbibus absque muro. Plurale masculeum, Chab.3.14, caput פְּרָזָיו vrbiũ eius absque muro. Vel, exercituũ eius, vt exponit R.D. in cõmen. scribens, Percussisti baculis eius .i. Ghog, perfodisti caput חיילותיו exercituũ eius. Et vocauit eos פְּרָזָיו, quia veniẽt in multitudine, & habitabunt in circuitu Ierusaláim in vrbibus absque muro. Vnde & ipse dixit, Ascendam super terrã vrbiũ absque muro. suprà citatũ. Et Zecha. 2,&c. vt supra. Vel, perfodisti baculis eius caput super vrbes absque muro, secũdum R.Abra. Nomen vniuersale vrbibus absq; muro, פְּרָזוֹן. Iudi.5.7, desierũt (cessauerunt) פְּרָזוֹן ciuitates absque muro. Et qui inhabitant ciuitates absque muro, dicũtur פְּרָזִים. Estér 9.19, Iehudæi הַפְּרָזִים qui habitabant in vrbibus absque muro.

פרח Florere, Oriri, germinare, Volare. Nume.17.8, פָּרַח floruit virga Aharón. Iesah.27.6, וּפָרַח & florebit Israél. Cant.6.10, vt viderẽ הֲפָרְחָה an floruerit vitis. Leuit.13.42, lepra פֹּרַחַת florens est. Iechez.13.20, quibus venamini animas לְפֹרְחוֹת vt volent. scilicet extra corpora. Siue, vt sint volantes, secũdum R.D. in comment. Est enim proprie participiũ fœmineum. Tharghum, vt pereãt. Hose.14.6, יִפְרַח florebit sicut lilium.

Et in hifhíl, Iechez.17.25, וְהִפְרַחְתִּי עֵץ יָבֵשׁ & florere faciam lignum aridum. Prouerb.14.11, & tabernaculum rectorum יַפְרִיחַ florebit. Nomẽ, פֶּרַח, Flos. Nume.17.8, & protulit פֶּרַח florem. Iesah.5.24, וּפִרְחָם & flos eorũ. Plurale, פְּרָחִים: & cum pronomine וּפְרָחֶיהָ & flores eius, Exod.25.30. Tóar geminatũ, Iiób 30.12, ad dexteram פִּרְחַח paruus (pro paruuli) surgent, ad subsannandum scilicet. Sunt tamẽ qui nomen putant esse cõpositum, acsi dicat, פֶּרַח חַח flos spinæ, per quem indicat filios hominum leues atque contemptibiles, qui assimilantur flori spinæ. Ita R.D. & R.Moséh in cõment. Expositores (inquit R.D.) dicunt nomen geminare ח à פָּרַח florere, quòd puer sit vt flos. Et sic paruuli auiũ appellantur אֶפְרוֹחִים pulli. Et sic in verbis doctorũ Hebræorum, filii paruuli sacerdotum vocantur פִּרְחֵי כְהוּנָּה flores sacerdotii. Dicit ergo, Ad dexteram puer, id est quisque è pueris surgent. pro surgebãt &c. R. Abrahám Perusól, Ad dexterã &c. Et adhuc ecce video ad dexteram meã פִּרְחַח pueros qui floruerunt, & germinauerunt, & nati sunt vt contemnant me. R. Abrahám in cõmen. Pueri, quẽadmodum sunt flores. Idem R. Leui in cõment.

Alia forma, אֶפְרוֹחַ, Pullus. Deut.22.6, & matrẽ cubantẽ super הָאֶפְרֹחִים pullos. Iiób 39.27, וְאֶפְרוֹחָו & pulli eius.

פֶּרֶט Cum ſex punctis, Grana ſingula quæ remanēt tempore vindemiæ. Leuit. 19. 10, וּפֶרֶט & granū (pro grana) vineæ tuæ nō colliges. Et participiū in cal, Hamós 6. 5, הַפֹּרְטִים עַל־פִּי הַנָּבֶל, id eſt qui מִתְאַחֲרִים vniūt ſe ſecundum chorū. ita R.D. in lib. rad. exponit etiam Qui aperiunt cantica, & cantiones. Cui videtur ſimile quod dicunt doctores Hebræorū הוו פריטין שפותיה aperiunt labia ſua. Quidam deducunt à פְּרוּטָה obolus, aut nummus. Acſi dicat, Qui dant ſinguli obolū (aut nummum) cantori. Et in comment. ſic exponit, Qui dicūt cantica ſua ſecundum chorū, ſingulos gradus in cantico ſecūdum pulſationē chori aut pſalterii. Vel פּוֹרְטִים ſunt fides aut chordæ chori aut pſalterii, ſingulæ ſecūdum pulſationem ſuā. Alii exponunt, dantes ſinguli nummum pulſanti. Per hoc innuens totū illorum ſtudium fuiſſe in diuerſis ſpeciebus voluptatis, & Dei nō recordatos fuiſſe. Tharghū, Qui pulſant aut canunt. R. Abrahám in cōment. exponit, qui ſciebāt facere cātica præciſa (aut determinata) in pulſationibus abſq; חָרוּז.

פָּרַךְ Vnde פֶּרֶךְ cum ſex punctis, eſt קֹשִׁי, Duritia: & רִצּוּץ, Confractio, & contritio. Exo. 1. 13, & ſeruire faciebant AEgyptii filios Iſráel בְּפָרֶךְ in duritia. i. dure. R. Selomoh, ſeruitute dura cōterente corpus. Aliud, פָּרֹכֶת, Velū, cortina quæ diuidebat arcā à tabernaculo eccleſiæ. Exo. 26. 30, & facies פָּרֹכֶת velum ex hyacintho.

פָּרַם Scindere, & proprie in loco ſuturæ, ſecundum doctores Hebræos. Leui. 13. 45, veſtimenta eius erunt פְּרֻמִים ſciſſa. Et 10. 6, & veſtimenta veſtra non תִפְרֹמוּ ſcindetis.

פָּרַס Frangere, In fruſta concidere, Scindere, diuidere. Ieſah. 58. 7, Nónne פָּרֹס frangere (aut, vt fran

gas:est enim macór)esurienti panem tuum?Thren.4.
4,פֹּרֵשׂ frangens. Micháh 3.3,וּפָרָשׂוּ & fregerunt.quanquam sunt scripta cũ ש.Irme.16.7, non יִפְרְסוּ extendẽt se eis super luctũ ad consolandũ eum (.i.vnúquenque eorum)super mortuo. Exponit R.D. in lib.rad. Non venient ad consolandú eum super mortuo.Acsi dicat, Non plangent super mortuis,neque viuentes consolabuntur.Sunt(inquit) qui exponunt, Et non frangent eis.sub.panem. Mos enim consolantiũ est vt lugenti panem frangant,inquit R.Ioseph.Scribit R.D.in cóment.significare expandere manus in luctu, & percutere manú ad manum.i. & non lamentabuntur super mortuis,neque consolabuntur viuẽtes. Et in hifhíl, Deuter. 14. 7, וּפַרְסָה לֹא הִפְרִיסוּ & vngulam non diuiserunt.Leuit.11.6,& vngulã non הִפְרִיסָה diuisit.Et 7,quia מַפְרִיס פַּרְסָה הוּא findens (diuidens) vngulam est . Et 4, וּמִמַּפְרִיסֵי & ex diuidentibus vngulã. Nomen,פַּרְסָה,Vngula:vt paulo supra.Leui.11.3,פְּרָסֹת vngulas.Et in regimine Iesah.5.28, פַּרְסוֹת. Masculeum, Zechar. 11. 16, וּפַרְסֵיהֶן & vngulas eorũ diuidet. Et פֶּרֶס cum sex punctis,nomen est auis magnæ quæ deserta incolit. Secũdum R. Ionáh hæc auis Harabice dicitur עַקָאב. Leuit. 11.13,וְאֶת־הַפֶּרֶס & gryphum.

פָּרַע Deficere,rebellare,Elongare,Cessare,desinere, Denudare,discooperire,Vlcisci,vindicare,Occultare,Retrocedere.Num.5.18,וּפָרַע אֶת־רֹאשׁ הָאִשָּׁה denudabit caput mulieris.i.capillos capitis mulieris absconditos sub velamine.Exo.32.25,& vidit Moséh populum quòd פָּרֻעַ הוּא כִּי־פְרָעֹה discoopertus esset,quia discooperuerat eum Aharón ad infamiã inter hostes eorũ. R. D. in lib.rad. quòd manifestatus esset ex operibus

ſuis malis.Prouerb.13.18,paupertas,& ignominia פּוֹרֵעַ מוּסָר deſerenti correctionem.ſub.euenient.R.D.in cōmen. dicit quòd paupertas, & ignominia euenient homini ſpernenti,& nolēti recipere correctionem.Iudic. 5.2,בִּפְרֹעַ פְּרָעוֹת quū vlciſceretur vltiones in Iſraél. Vel, eo quòd vltus eſt vltiones &c.ſecundum R.D. in lib. rad.Sunt tamen qui exponunt, in manifeſtando manifeſtationes &c. Priorē expoſitionem ſequitur in cōment.Et Tharghum,pro נְקַם vlciſci,habet פְּרַע. Proue. 4.15,פְּרָעֵהוּ deſere illam.Iechez.24.14,non אֶפְרַע retrocedam,& non parcā.Acſi dicat,Non redibo retrorſum ab illo quod locutus ſum.Leuit.21.10, אֶת־רֹאשׁוֹ לֹא יִפְרָע caput ſuum non nudabit. Mos enim lugentis erat, vt diſcooperiret caput,tiarámque,aut pileum amoueret. Prouerb.8.33,& ſapientes eſtote,& ne תִּפְרָעוּ poſtponatis.In comment.Ne ceſſare faciatis à cordibus veſtris. Vel dicit,Par eſt vt præcedat correctio doctrinā,& non facere cōtrariū.Vel dicit quòd ſapiētia clamat,vt diſcatis eā,& ſuſcipiatis ab illa increpationes ſine aliqua retributione, ſed gratis. Tharghum, Et ne conculcetis. Vel ſecundū R.Leui in comment.Ne ceſſetis à vigilātia & ſtudio.Vel,ne deſeratis has vias quas præcepi vobis:quia ſunt viæ ad apprehēdendā ſapientiam. Et in nifhál,Prouer.29.18,בְּאֵין חָזוֹן יִפָּרַע עָם quū non fuerit viſio,deficiet(rebellis erit) populus. In cōment. exponitur,nudabitur.aut manifeſtabitur. Et in hifhil,2.Paral.28.19, quia הִפְרִיעַ בִּיהוּדָה vltionem fecit in Iehudáh. Alii(inquit R.D.)exponunt,manifeſtationem fecit.

Illud autem Irme. 44.30, Ecce ego do Parhoh חָפְרַע Chofráh regē AEgypti in manu inimicorum eius:ſcribitur cū ח,& eſt cognomen ipſius Parhóh,qui erat illo

tempore.Sunt qui dicunt (inquit R.D. in comment.) ח esse loco ה, & per metathesin literarũ esse ipsũ פַּרְעֹה, sic vocatum quòd esset פָּרוּעַ nudatus aut nudandus, & manifestandus. Tharghũ, תְּבִירָא confractionis, aut confractum. Nomen, פֶּרַע, Nudatio, Vltio, Vindicta. Nume.6.5, גַּדֵּל פֶּרַע שְׂעַר רֹאשׁוֹ, crescere faciat nudationẽ capilli capitis sui. Aliud, פַּרְעֹה, Vltio, vindicta. Vnde פַּרְעוֹת, vt in macór cal. Deuter.32.42, à capite (.i. ab initio) פַּרְעוֹת אוֹיֵב vltionum inimici.

פָּרַץ Diuidere, rumpere, Diruere, Destruere, Cogere, Multiplicare, augere, crescere, Transire terminum. 2.Semu.5.20, פָּרַץ יְהוָה אֶת־אֹיְבַי לְפָנַי כְּפֶרֶץ מָיִם עַל־כֵּן קָרָא שֵׁם־הַמָּקוֹם הַהוּא בַּעַל פְּרָצִים diuisit Dominus inimicos meos secundum diuisionẽ aquæ. idcirco vocauit nomen loci ipsius Báhal perasim. 2.Paralip.20.37, פָּרַץ יְהוָה אֶת־מַעֲשֶׂיךָ diruit (destruxit) Dominus opera tua. Iiób 28.4, פָּרַץ נַחַל מֵעִם־גָּר, creuit torrens (acsi rumperetur) apud peregrinantẽ. aut habitãtem: sub. iuxta illũ. R.Leui in cõm. Creuit torrens à peregrinante.i. à loco in quo peregrinatur homo. R.Abrahám auenhezra in cõment. Crescet locus torrentis qui est גָּר, hoc est מֻגָּר effusus, sicut aquæ הַמֻּגָּרִים effusæ, adeò vt obliuioni tradatur præ multitudine, quem calcauerunt filii hominum. & sic גָּר non est à גור peregrinari, habitare: sed à נָגַר, Effundere, defluere. R.Moséh in cõmẽ. Dixit quòd Deus crescere facit torrentem à loco ex quo defluit: (& est locus absconditus sub terra) & loca torrẽtis obliuioni traduntur à pede, & non transibunt illum, quia aquæ excreuerunt, & roboratæ sunt super homines, & mouentur, & eleuãt fluctus. Et R.Abrahám Perusól in comment. Aliquando Deus crescere fecit torrentem qui

qui est apud homines iuxta illú commorantes:& siccare fecit illum vt esset aridus. Et sic, Loca obliuioni tradita à pede: nunc quia iam transeunt illac per aridá ab aquis pristinis: nnuc Eleuantur ibi aquæ altiores homine:& Mouentur pedes hominis illac transeundo. Acsi dicat: nunc torrentes vertuntur in aridam, nunc arida in torrentes aquarú. מֵעִם־גָּר ab homine qui peregrinatur,& manet illic. Gene.38.29, מַה־פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ cur diuisa est(diuisit, vel rupit se)propter te diuisio?& vocauit nomen eius פָּרֶץ Páres. Vel sic, Cur diuisisti? super te sit diuisio. Vel, quare diuisisti super te diuisioné? R.Selomóh in comment. exponit, Cur roborasti tibi robur? Tharghú, quàm magna fortitudo fuit tibi, vt præuales? Psal. 80.13, vt quid פָּרַצְתָּ גְדֵרֶיהָ diruisti (destruxisti) macerias eius? Micháh 2.13, ascédit הַפֹּרֵץ לִפְנֵיהֶם פָּרְצוּ destructor ante eos, destruxerunt & transierunt portam. 1.Paralip.4.38,& domum patrum suorum פָּרְצוּ לָרוֹב auxerút multum. Vel, multiplicati, aut dispersi sunt valde, siue multum, secundú R.D. Hose.4.2, & furari & adulterium committere, פָּרָצוּ destruxerunt. aut ruperunt, subaudi maceriam & custodiá legis, & multiplicauerunt præuaricationes, secundú R.D. in commen. Eccle.10.8, וּפֹרֵץ גָּדֵר & diruenté sepem mordebit serpés. Iesah.5.5, פָּרֹץ גְּדֵרוֹ diruere(pro diruá)maceriam eius, & erit in conculcationé. Est macór vice futuri. Vnde & Tharghum habet futurú אֶתְרַע. 2.Paral.31.5, וְכִפְרוֹץ הַדָּבָר & quum multiplicata esset res. Eccles.3.3, tempus לִפְרוֹץ destruendi,& tempus ædificandi. Exo.1.12, יִפְרֹץ crescet. 2.Paralip.11.23, וַיִּפְרֹץ & dispersit de omnibus filiis suis in vniuersas terras Iehudáh &c. R.D. in cóment. Hose.4.10,& non יִפְרֹצוּ crescent. multiplicabuntur. 1.Paral.13.

2,& à Domino Deo nostro נִפְרְצָה dispergamus.sub.huc & illuc.acsi dicat, Mittamus huc & illuc ad fratres nostros. Et in nifhál,1.Semu.3.1,נִפְרָץ aperta. Et in pohél, Nechem.1.3, Et murus Ierusaláim מְפֹרָצֶת dirutus. destructus. Nomen,פֶּרֶץ,Diuisio, Ruptio,ruptura,Apertura,Percussio,Multiplicatio.Iesa.58.12,sepiens פֶּרֶץ aperturá.Psal.144.14,non est פֶּרֶץ ruptura.aut apertura,sub.in muro,secundũ R.Abrahám.R.vero D. in cõment.exponit,Non est in nobis,neque in animalibus nostris sterilitas: quia sterilitas est פֶּרֶץ diuisio, percussio.Iechez.13.5,non ascendistis בַּפְּרָצוֹת in diuisionibus. aut rupturis, sub.murorum:aut aperturis. Alia forma,præposito מ.Iudic.5.17, וְעַל מִפְרָצָיו יִשְׁכּוֹן & in fracturis(aperturis)eius habitabit.Exponit R.D, in loco vbi diffunduntur flumina.Sunt qui exponunt,in locis fractis vrbium ad custodiendũ ea à facie inimicorum:idcirco non venit ad bellũ. Tóar,פָּרִיץ,Fur,latro:à diruendis,destruendísque domibus sic appellatus. Psal.17.4, ego custodiui vias פָּרִיץ latronis. i. prohibui nequis ambularet per semitas (aut vias) latronis, & impii. Et sic Gene.3.24,ad custodiendum viam arboris vitæ.i.ad prohibendũ nequis iret per illam. R.Abrahám,Custodiui.i.posui custodes iuxta semitas eius,ne verbũ labiorũ tuorũ transgrederetur,quòd esset latro.Ieche.18.10, & genuerit filiũ פָּרִיץ latronẽ. R.D.in cõmẽt. destruẽtem.sub.sepẽ veritatis.Iesah.35.9,non erit ibi leo,וּפְרִיץ חַיּוֹת & latro bestiarũ(.i.& alia bestia rapax)non ascendet per eam.Plurale,פְּרִיצִים,instar נְרִיבִים. Alia forma, Irme.7.11,spelunca פָּרִיצִים latronum.Dani.11.14,& filii פָּרִיצֵי latronum.Hæc tamen possunt dici esse eiusdem speciei,& præter normam esse cum camés,vt scribit R. Dauid in Michlól de סָרִיסִים.

פרק Conterere, Frangere, confringere, Diuidere, separare, Seruare, autſaluũ facere. Geneſ.27.40, וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ מֵעַל צַוָּארֶךָ & franges iugum eius à collo tuo. Pſal.7.3, ne forte rapiat vt leo animam meã, פֹּרֵק laceret &c. R. Abrahám in comment. Ne forte rapiat quilibet ex inimicis, vt leo animã meam: laceret, membratim diuidens, & frangens. R. Dauid, frangat &c. Thre. 5.8, פֹּרֵק qui ſeruet (aut ſaluum faciat) non eſt, de manu eorũ. Pſal.136.24, וַיִּפְרְקֵנוּ & ſeruauit nos ab inimicis noſtris. Et in pihél, Exod.32.2, פָּרְקוּ נִזְמֵי הַזָּהָב ſeparate inaures aureas. פ eſt cum camés propter ר literã ſequentem, vt פָּרְכוּ. 1. Reg.19.11, מְפָרֵק הָרִים conterens montes. Zechar.11.16, יְפָרֵק conteret. Et in hithpahál, Iechez. 19.12, הִתְפָּרְקוּ fracti ſũt.ſub.rami eius. Exo.32.24, הִתְפָּרָקוּ ſeparate vos.ſub.ab inauribus quæ ſunt in auribus veſtris. Et idcirco eſt in hithpahál, quia magno, & prompto animo fecerunt, & lubẽtiſſimo animo ſeparauerũt ſe ab inauribus ſuis, vt illas non haberent amplius. Et 3, וַיִּתְפָּרְקוּ כָּל־הָעָם אֶת־נִזְמֵי הַזָּהָב & ſeparauerunt ſe omnis populus ab inauribus aureis. Hoc loco אֶת ponitur vice מִן, inquit R.D. in Michlól, & lib.rad. Nomen cũ ſex punctis, פֶּרֶק, Fractio, Contritio, Laceratio. Nachum 3.1, פֶּרֶק contritione (laceratione) plena. Hobadiáh 14, & ne ſtes ſuper הַפֶּרֶק contritione.i.non erat tibi ſtandum ſuper contritione quæ venit Iſraeli, ſed liberare eos debebas, ſi poteras. Et eſt ſicut illud Leuit.19.16, non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Sunt qui exponũt, in capitibus viarũ, in loco vbi viæ ſeparantur abinuicem, vbi dicebas Babyloniis, Hæc eſt via. Et מ præpoſito, Os colli, ſiue poſt collum. 1. Semu.4.18, & confractum eſt מַפְרַקְתּוֹ os colli eius.

פרש Exponere, Explanare, declarare, Diuidere, separare, Pungere. Leui. 24. 12, לְפְרֹשׁ לָהֶם עַל־פִּי יְהוָה, vt exponeret eis iuxta sermonem Domini. Et in nifhál, Iechez. 34. 12, in medio ouium suarũ נִפְרָשׁוֹת diuisarum. i. dispersarum. Et in pohél, Neche. 8. 9, Et legerunt in libro, in lege Dei מְפֹרָשׁ exposito. vel declarato. i. verbo exposito, secúdum R. Abrahám auenhezra in cóment. Et in puhal, Nume. 15. 33, non פֹּרַשׁ expositũ (vel declaratum) erat quid esset faciendum illi. Et in hifhil, Prouerb. 23. 32, & sicut regulus יַפְרִשׁ punget. Verbum caret י coniugationis. R. Abrahám in commentariis exponit, mordebit, sub. te. Et ex hoc vocatur פָּרָשׁ, Eques, propter הַפְּרִישִׁין calcaria quæ sunt in pedibus eius. Idem R. Leuí. Et R. Himmanuél, Et sicut regulus יַפְרִשׁ hoc est יַכְאִיב dolore afficiet. Et dixit, dolore afficiet, in verbo hoc quod est diuidere, separare: quòd dolor separet coniuncta, sicut accidit in incisionibus, (siue in incisis) & vulneratis, in quibus propter separationem partiũ coniunctarum carnis contingit dolor. Et etiam in loco vbi fit diuisio, cóspicitur virus ex quo generatur dolor: & idcirco dixit יַפְרִישׁ loco יַכְאִיב. Vel dixit יַפְרִישׁ faciet liuores. vt enim magnũ liuorem infert morsus serpentis, & reguli, sic faciet & vinum. Dicit ergo metaphorice, vinum dolore afficere stomachum, & caput ebriorũ, perinde acsi momordisset eos regulus. Nomen, פָּרָשָׁה, Declaratio, expositio. Estér 4. 7, וְאֵת פָּרָשַׁת expositionem argenti. Et 10. 2, וּפָרָשַׁת & expositio magnitudinis Mordochái. Tóar, פָּרָשׁ, Eques. Nachum 3. 3, פָּרָשׁ מַעֲלֶה וְלַהַב חֶרֶב equitis, ascendere facientis (lanceá,) & ferrum gladii. R. D. in li. rad. scribit ו in וְלַהַב redundare, sicut Genes. 22. 4, die tertia וַיִּשָּׂא

leuauit Abrahám oculos ſuos. Vel eſt locutio defectiua,& ſubauditur lanceā, vel clypeū,aut idgenus armorū:vt legas,aſcendere facientis ferrū &c.vel,aſcendere facientis lanceam,& ferrū &c.Et dictio פָּרָשׁ non eſt in regimine.1.Reg.1.5,currum וּפָרָשִׁים & equites.Exo.14.26,& ſuper פָּרָשָׁיו equites eius. Illud autem Iechez.27.14,De domo Togarmáh equos וּפָרָשִׁים & quites : ſunt qui exponunt פָּרָשִׁים ſpecies equorum generoſorū: ſed non eſt opus tali expoſitione,quia præcedenti verſu dictum eſt,Græcia,Tubál, & Méſec ipſi negotiatores tui in animabus hominum. Hinc & פֶּרֶשׁ cū ſex punctis, i.Stercus,fimus. Malachi 2.3, & ſpargam פֶּרֶשׁ ſtercus. Exo.29.14,& pellem eius,וְאֶת־פִּרְשׁוֹ & fimum eius.

פָּרַשׂ Cum puncto in ſiniſtro cornu,Expandere,extēdere,diſpergere. Pſal.105.39,פָּרַשׂ עָנָן לְמָסָךְ expandit nubem in tentoriū.pro tentorio.Irme.48.40, וּפָרַשׂ כְּנָפָיו & expādet alas ſuas. Iiób 11.13,וּפָרַשְׂתָּ אֵלָיו כַּפֶּיךָ & extendes ad eum palmas tuas. Exod.25.19,פֹּרְשֵׂי כְנָפַיִם expandentes alas. Ioél 2.2,ſicut mane פָּרֻשׂ expāſum ſuper montes. Exod.9.29,אֶפְרֹשׂ אֶת־כַּפַּי expandam manus meas ad Dominum. Et in nifhál, Ieche.17.20,יִפָּרֵשׂוּ diſpergentur. Et in pihél,Zecha.2.6,in quatuor ventos cæli פֵּרַשְׂתִּי אֶתְכֶם diſperſi vos. Thren.1.17,פֵּרְשָׂה percuſſit Siión manus ſuas.more ſcilicet lugētiū. Pſal.68.15,בְּפָרֵשׂ quū extenderit Omnipotēs reges in ea,ningere faciet in Salmon. R.D.in cōm.quū extēderit,vt Pſal.143.6, expandi manus meas ad te.i.quū percuſſerit eos Deus omnipotens,ſicut dictū eſt Ieſah.37.36,Et egreſſus eſt angelus Domini &c. & ecce vniuerſi ipſi cadauera mortuorum,expanſi ſuper faciem terræ,reges, & principes,ſicut ſcriptū eſt 2.Paralip.32.21,& elegit om-

nem virum robuſtum,principẽ & ducem in caſtris regis Aſſúr.Sunt etiam qui exponunt,quum contereret (confringeret) vt Irme.4.31, vt infrá. In ea.i.in Ieruſaláim,tunc quũ extenderit Omnipotens reges,congregatio quæ erat in tenebris, efficietur alba vt nix. תַּשְׁלֵג eſt verbũ intranſitiuũ. Poteſt eſſe & tranſitiuũ,& ת referetur ad Deum.i.dealbabis,in Salmón,hoc eſt in tenebris,hoc ſenſu,Quum extẽderis,Omnipotens,reges in ea, dealbabis tenebras. Et R.Abrahám auenhezra, Quũ extenderit Omnipotens(.i.victor) reges terræ in ea(ſub.congregatione)תַּשְׁלֵג conſpicietur alba tanquã nix quæ iugiter inuenitur in monte Salmón.R.Himmanuél, Quũ contriuerit,& ſucciderit Deus omnipotens reges, qui venturi ſunt cum exercitu Gog & Magóg in ea &c. quẽadmodum deſcendit pluuia, & nix è cælo, ſic deſcendere faciet Deus plagas vmbræ mortis.i.lapides grandinis,& ignem atque ſulphur.Et hoc eſt quod memoratũ eſt in libro Iechez. 38.21, & vocabo aduerſum eum in cũctis montibus meis gladium, dixit Dominus Deus &c. imbrem inundantem, & lapides grandinis,ignem & ſulphur pluere faciam ſuper eum &c.In ea,ait,id eſt in cõgregatione quæ congregata eſt aduerſus Iſraél. תַּשְׁלֵג, acſi dicat, Pluere faciet inſtar niuis plagas vmbræ mortis.Vel ſecũdum aliam ſignificationẽ,Quũ expanderit ſe, vel expãſi fuerint.i. quũ exercitus Gog & Magóg fuerit inſtar auroræ expanſæ ſuper montes, iuxta illud Iechez.38.9,Et aſcendes veluti multitudo aquarũ,venies tãquam nubes ad operiendũ terrã &c.In ea.i.in terra Iſraél,orietur lux ſalutis vice tenebrarũ vmbræ mortis quæ fuerũt illi propter pauorẽ exercitus Gog & Magóg. Et vocat ortũ lu

cis ſalutis ſuper eã, cãdorem niuis, metaphorice: & tenebras afflictionis, vocat Salmón.i.tenebras. Et macór cum pronomine, Ieſah.1.15, וּבְפָרִשְׂכֶם & quũ extenderitis manus veſtras. ר eſt cum chiric loco ſeghól, inquit R. Abrahám auenhezra, & R.D.in cõment. & in Michlól. Irme.4.31, Vox filiæ Siión lamentabitur(pro quæ lamentatur) תְּפָרֵשׂ כַּפֶּיהָ expandet manus ſuas. Vel, cõteret(aut percutiet) manus ſuas alteram ad alteram more lugentiũ, ſecundum R. Himmanuel. R.D, extendet.i.coniunget manus ſuas alteram ad alteram.

פְּרָת Euphrates. Gen.2.14, Et fluuius quartus eſt פְּרָת Euphrates. Secundum R. Ioſéph, duces habitantes iuxta flumen Peráth, dicuntur פַּרְתְּמִים quaſi Perathæi.i.Euphratæi. Eſtér 1.3, Fecit conuiuiũ omnibus principibus ſuis, & ſeruis ſuis, fortitudini Perſarum, & Medorũ, הַפַּרְתְּמִים ducibus Euphratæis. Alii dicũt, maiores ſignificare principes: & ita exponit R.D.in פַּרְתָּם.

פָּשָׂה Creſcere, Expandi, diffundi. Leuit.13,5, Nõ פָּשָׂה creuit (diffudit ſe) plaga. Et 35, Et ſi פָּשֹׂה יִפְשֶׂה creſcendo creuerit.

פָּשַׁח Scindere. Semel tantum inuenitur, ídque in pihél. Threno.3.11, Vias meas peruertit, וַיְפַשְּׁחֵנִי & ſcidit me. Tharghum, pro וַיְשַׁסֵּף & ſcidit Semuél Agág, 1.Semu.15.33: habet וּפַשַּׁח. Et in Miſnáh, אִילָן שֶׁנִּפְשַׁח arbor quæ ſciſſa eſt.

פָּשַׁט Exuere, Expoliare, Excoriare, Irruere, irrũpere, Graſſari, prædari, ire ad expoliandum, prædandúmque. Hoſe.7.1, פָּשַׁט expoliauit(prædatus eſt) latro foris. Nachum 3.16, Bruchus פָּשַׁט graſſatus eſt, (expoliauit,)& auolauit. R. Abrahám in cõm. Et vniuerſi ipſi erũt ſicut locuſta quæ graſſatur ſuper terram, & auolat, & non apparet. R.D.in cõment. ſicut locuſta

249

quæ graſſatur in terra,& cito auolat,ſicipſi volauerũt, & cito perierunt,& opes illorum non profuerunt illis. Leuit.6.11,וּפָשַׁט אֶת־בְּגָדָיו & exuet veſtes ſuas.Iudic.9.33, וּפָשַׁטְתָּ עַל־הָעִיר & irrues ſuper ciuitatẽ.vel,ibis ad expoliandum,& prædandum ciuitatẽ. 1.Sem.27.10,& dixit Achís,אַל־פְּשַׁטְתֶּם הַיּוֹם quò irruiſtis(iuiſtis ad prædandũ, graſſati eſtis)hodie? אַל ponitur pro אָן quó, ſecundum R.D.in cõment. & ita habet Tharghum,לְאָן quó. Sed R.Ionáh ſcripſit א poni pro ע, hoc eſt אַל pro עַל ſuper: & ſubaudiendum מִי, vt ſit עַל־מִי ſuper quem. R. verò Abrahám exponit אַל iuxta propriã ſignificationem,& legendum interrogatiue, Non graſſati eſtis hodie? Et ipſi reſponderunt, Sic,graſſati ſumus in tali,& tali loco. Nechem. 4.23, פֹּשְׁטִים בְּגָדֵינוּ expoliantes nos veſtes noſtras.Ieſa.32.11,פְּשֹׁטָה exuere,& nudare.pro exuite vos & nudate vos:macór pro imperatiuo.Hannaghíd ſcripſit eſſe imperatiua:R.Moſéh,infinitiua.R.D.in comment.dicit eſſe imperatiua fœminea pluralis numeri, quanquam ſint qui dicant eſſe mecoróth: & quòd huiuſmodi imperatiua quandoque veniũt cum נ & ה, interdum cum נ tantum,vt קְרֶאןָ Ruth 1.20.interdum cũ ה tantũ, vt hoc loco Ieſahiáh. Iechez.44.19, יִפְשְׁטוּ אֶת־בִּגְדֵיהֶם exuent ſe veſtibus ſuis. Et in pihél,1.Semu.31.8,לְפַשֵּׁט אֶת־הַחֲלָלִים ad expoliandum occiſos. Et in hifhíl,Iiob 19.9,כְּבוֹדִי מֵעָלַי הִפְשִׁיט gloriã meam à me expoliare fecit.Vel,opes ſiue diuitias meas. Leui.1.6,וְהִפְשִׁיט אֶת־הָעֹלָה & excoriare faciet holocauſtum.2.Paral.35.11, Et leuitæ מַפְשִׁיטִים excoriabãt. 2.Paral.29.33, Et non poterãt לְהַפְשִׁיט אֶת־כָּל־הָעֹלוֹת excoriare omnia holocauſta. Nume.20.26,וְהַפְשֵׁט & exuere fac. Hoſe.2.3, פֶּן־אַפְשִׁיטֶנָּה עֲרֻמָּה ne forte expoliare faciam illam nudam. Et in hithpahál,

hithpahál,1.Semu.18.4.וַיִּתְפַּשֵּׁט יְהוֹנָתָן אֶת־הַמְּעִיל & exuit se Iehonathán pallio. Dictio אֶת ponitur vice מִן, secundum R.Dauid in Michlól & lib.rad.

פָּשַׁע Deficere, מָרַד, Rebellare, & exire à voluntate domini, vel præcepto per superbiã. 2. Reg.3.7, Rex Moáb פָּשַׁע בִּי rebellauit contra me. Iesa.1.2, & ipsi פָּשְׁעוּ בִי rebellauerunt contra me. præuaricati sunt in me. Et 48.8, וּפֹשֵׁעַ & præuaricans. Item 59.13, פָּשֹׁעַ præuaricari. Prouerb.28.21, יִפְשַׁע־גָּבֶר præuaricabitur vir. Et in nifhál, Prouerb.18.19, frater נִפְשָׁע durior est ciuitate forti: & lites sicut vectis fortis. R.Abrahám auĕhezra, Frater qui præuaricatur.i. à quo egreditur præuaricatio, magis præuaricatur, quàm ciuitas quæ præuaricatur contra regem suum: & lites fratris erunt sicut fortitudo vectis palatii.cum ostiis scilicet. Et dixit Frater: quia multitudo litiũ est propter hæreditatẽ fratrum.

Nomen, פֶּשַׁע, Defectio, rebellio, præuaricatio. Exod. 22.9, super omnẽ rem פֶּשַׁע præuaricationis. in deposito scilicet: quia non custodiuit illam secundum morem custodum. Et quanuis non sit hîc rebellio, quia tamen debitam non adhibuit diligẽtiam, perinde est acsi rebellasset contra deponentem, & fecisset cõtra mandatum illius. Micháh 1.5, מִי־פֶּשַׁע quæ præuaricatio Iahacób? Vel potius, Quis(sub.fuit) causa præuaricationis Iahacób? nónne Somrón? Dictio enim מִי, non dicitur nisi de viuente. Psa.36.2, dixit פֶּשַׁע præuaricatio impio. R. Abrahám, Hoc cogito in medio cordis mei: perinde acsi præuaricatio impiũ alloquatur, Ne paueas. Idcirco nõ est pauor Dei ante oculos eius. R.D.in cóm. Dico in medio cordis mei, quòd præuaricatio.i. cogitatio mala, dicit ad impiũ, Fac quicquid vis. Quia non

est pauor &c. Et dixit פֶּשַׁע præuaricatio &c. sicut dictũ est Gene.4.7, Ad ostium peccatum cubat. Tharghum, Dixit rebellio ad impiũ &c. R. Selomóh, Hæc scriptura versatur in medio cordis mei, quód præuaricatio .i. cogitatio mala dicit impio, vt non sit timor Domini ante oculos eius. Prouer.17.9, qui operit פֶּשַׁע præuaricationem, quærit amorem. R. Abrahám in cómen. Qui quærit amorẽ socii sui, (.i. alterius,) operiet præuaricationem eius qua præuaricatus est in eum, & non manifestabit illam. Et iterans rem præuaricando vice altera, diuidit ducem qui ipsum magis dilexisset quàm se. Eodem ferè modo exponit R. Leui. Et 10.12, & omnes פְּשָׁעִים præuaricationes operiet charitas.

פשע Cũ puncto in sinistro cornu, Incedere, deambulare, gradi. Iesah. 27.4, אֶפְשְׂעָה בָהּ incedam cótra illam. In quibusdam libris, inquit R.D. est cum camés chathéph. 1.Sem.20.3, quia כְפֶשַׂע sicut passus inter me & mortẽ. acsi dicat, Parum. Nomen, præposito מ, 1.Paralip.19.4, & præcidit vestimẽta eorum per medium עַד־הַמִּפְשָׂעָה vsque ad nates.

פשק Aperire. Proue.13.3, פֹּשֵׂק שְׂפָתָיו aperiẽti labia sua contritio (terror) ei. Et in pihél, Ieche.16.25, וַתְּפַשְּׂקִי אֶת־רַגְלַיִךְ & aperuisti pedes tuos omni trãseunti.

פשר Interpretari. vnde פֵּשֶׁר cum quinque punctis, quanquã nonnulli codices habeãt sex. Eccles. 8.1, & quis cognoscit פֵּשֶׁר דָּבָר interpretationem verbi? Et in lingua Aramæa, Dani.2.4, Dic somnium seruis tuis, וּפִשְׁרָא & interpretationem indicabimus.

פשת Vnde פִּשְׁתָּה, Linum. Iesa.42.3, וּפִשְׁתָּה & linum ferè extinctum non extinguet. Plurale masculeum, Iesah.19.9, operantes פִּשְׁתִּים lina. Iehos.2.6,

בִּפִשְׁתֵּי הָעֵץ in linis ligni. In linis.i.culmis linorum, quia adhuc linú erat in culmo, qui vocatur lignum, seu arbor, aut arbustú. Et in lingua Sancta inueniuntur huiusmodi cóiunctiones, vt idem sit coniunctú, & id cui coniungitur, vt וְתוֹלַעַת שָׁנִי & vermiculo cocci, Exo.25.3. Et cótra, vt Leuit.14.4, וּשְׁנִי תוֹלַעַת & coccú vermiculi.

פָּתַת In frusta concidere, Frangere. Leuit.2.6, פָּתוֹת אֹתָהּ פִּתִּים fráges illud in frusta. Est macór, vel imperatiuú vice futuri: sicut Deut.32.50, וּמֻת & morere (pro morieris) in monte. sic, frange (pro franges) illam) vel illud) in frusta. Inde פַּת, Frustum, buccella, Genes.18.5, & capiam פַּת־לֶחֶם buccellam panis. Ruth 2.14, & intinges פִּתֵּךְ buccellam tuam in aceto. Psal.147.17, כְּפִתִּים sicut buccellas. Et perfectú nomen, Iechez.13.19, וּבִפְתוֹתֵי לֶחֶם & in buccellis panis. Secundum R. Iehudah inuenitur verbú in hifhil in hac radice, Prouerb.24.28, וַהֲפִתִּית בִּשְׂפָתֶיךָ & cófringes (pro vt confringas eum) labiis tuis. acsi dicat, Ne sis testis &c. quia si fueris testis sine causa, confringes, & cóminues illum labiis tuis. Et secúdum normam debuerat esse וַהֲפִיתוֹתָ, cum chólem, inquit R.D. Require & in פָּתָה, licet ipse R.David prædictam expositionem approbet.

פָּתָה Est נָטָה, Inclinare, declinare cor ad ea quæ sút præter rationé & veritatem. Suadere, persuadere, Dilatare. Iiób 5.2, quia stultum occídet ira, וּפֹתֶה תָּמִית קִנְאָה & declinantem interficiet inuidia.i. eum qui declinauerit ad omnia quæ viderit, & concupiuerit sibi, interficiet eum inuidia, quia inuidebit omnibus quæ videbit. R. quoque Leui in cóment. scribit esse virum multi desiderii, cuius cor inclinatur ad omnes prosperitates, & semper remanet cum inuidia, & dolore ip-

ſo.Et cõparauit פֹּתֶה ſtulto, quia vtplurimum eſt ſtultus. R.Moſéh in cõm.Eũ qui affligit ſeipſum,quia viæ ſuæ non proſperè cedunt, omni tẽpore interficiet ira. קִנְאָה enim & כַּעַס ira, vnũ ſunt vbiq;. Prou.26.19,וּלְפֹתֶה שְׂפָתָיו & declinanti (ſub. ad te) labiis ſuis (deficit ב) ne miſceas te.i.& cum declinante ad te labiis ſuis, & verbis ſuis blandis,cuius cor non eſt tecũ, ne habeas commercium.Sunt tamen(inquit R.D.)qui exponunt ſecundum alteram huius verbi ſignificantiam, nempe, Et cum dilatante os ſuũ ad loquendum verba vana, & opprobria aduerſum homines,ne miſceas te. Vel quia dixit,Qui reuelat ſecretum,ambulat fraudulẽter: ſubiungit, Et cum dilatãte labia ſua, & reuelante ſecretũ, ne miſceas te cum illo.Tharghũ,Et cum blandiẽte labiis ſuis,ne miſceas te.R.Abrahám auẽhezra,Et blandiẽti ne miſceas te: quia reuelabit ſecretũ tuum, & eſt fraudulẽtus. Hoſe.7.11, & fuit Ephráim ſicut columba פּוֹתָה אֵין לֵב declinás abſq; corde.i.quæ declinat ad eſcã, & non eſt ei cor, vt intelligat & cõſyderet quòd ad capiendam illam rete expanſum ſit, quum declinauerit ad cibum:ſic Ephráim declinauit ad illos ad quos trahebat eius deſiderium, ad AEgyptũ, ad Aſſúr, vt quæreret auxilium : & non erat ei cor ad intelligendum, ſciendúmque quòd omniũ creator ruere faceret eos,ſi ab altero auxilium quærerẽt.Et hoc eſt quod dixit ſequenti verſu, Quum iuerit,expandam rete meũ ſuper eos &c.Eodem modo exponit R.D.in cõment. Iiób 31. 27, וַיִּפְתְּ בַּסֵּתֶר לִבִּי & declinauit in occulto cor meũ. ב in בַּסֵּתֶר eſt dagheſſatum, vt habent libri emendati & correcti,inquit R.D.in Michlól:& ſic nõ eſt maccáph inter ipſam & præcedentem dictionẽ: & פ & ת ſunt cum

ſeuá quieſcēte: quòd ſi eſſet ibi maccáph, tūc ב eſſet cū rapheh, & moueretur. Et in nifhál, Iiób 31.9, ſi נִפְתָּה declinauit (aut inclinatū eſt, vel inclinauit ſe) cor meū ſuper mulierē. Irme.20.7, וָאֶפָּת & declinaui. pro וָאֶפָּתֶה. R.D. in cōmen. Et inclinatus ſum ad verba tua. Et eſt inſtar אֵגַל. & perfectum אִפְתָּה inſtar אִבְנָה. Et in pihél, Irme.20.7, פִּתִּיתַנִי inclinare feciſti me. Et ſecundum R. Moſch Kimchi, ex hac radice eſt illud Prouerb.24.28, וְהִפְתִּיתָ &c. quod eſt citatum in פָּתַת, in fine. Et ה eſt vice אִם, hoc ſenſu, Ne ſis teſtis gratis in amicum tuum. וְאִם פִּתִּיתָ & ſi declinare feciſti eū, & teſtificatus eſt pro te teſtimoniū falſum, ne teſtificeris propter hoc pro illo falſum teſtimoniū. Et hoc eſt quod dixit poſtea, Ne dicas, Quēadmodum fecit mihi, ſic faciā ei. Iechez.14.9, Ego Dominus פִּתֵּיתִי אֵת הַנָּבִיא הַהוּא declinare feci prophetam illum. ה prius, eſt cum ſeri. Hoſe.2.14, ecce ego מְפַתֶּיהָ declinare facio eam. vel perſuadeo illi. Scribitur cum י loco ה vltimæ radicalis, inquit R.D. in lib. rad. Et in cōment. ſic exponit, Dabo in corde eius vt cōuertatur ad pœnitentiā, adhuc illa in captiuitate exiſtēte. Qui enim perſuadet ſocio ſuo, trāſire facit illum à ſua opinione ad opinionem alterius: & ſic Dominus trāſire facit Iſraél ab opinione ſua in qua eſt in captiuitate vt ſequatur deſiderium, & cogitationem malam, & dat in corde eorum vt relicto malo, accipiant bonum. Ob id ait Iechez.11.19, Remouebo cor lapideū de carne veſtra, & dabo vobis cor carneū. 2.Semu.3.25, quia לְפַתֹּתְךָ ad perſuadendū tibi venit. Iudic.14.15, פַּתִּי אֶת אִישֵׁךְ perſuade viro tuo. 1.Reg.22.21, אֲפַתֶּנּוּ perſuadebo illi. Pſal.78.35, וַיְפַתּוּהוּ & blanditi ſunt (ſuaſerūt) illi ore ſuo. Et in puhál, Leche.14.9, quum יְפֻתֶּה perſuaſus fuerit. Pro-

uer.25.15, longanimitate יְפֻתֶּה persuadebitur princeps.

Et in hifhil, Genes.9.27, יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת dilatet Deus Iépheth. perfectũ est יַפְתֶּה. Et in hac significãtia Tharghũ frequenter vtitur hoc verbo. Toár, פֶּתִי, Simplex, qui credens omnibus, perfacile suadetur, qui declinat & flectitur ad omne verbum. Psal.19.8, sapientem efficiens פֶּתִי simplicem. Prouerb.1.22, vsquequo פְּתָיִם simplices diligetis פֶּתִי simplicitatẽ? Idem versu 32, est absque א cum י, quod est vice radicalis tantum. Interdum tamen est cum duplici י, priori, radicali: altero, signo multitudinis. Et cum א, Prouerb.8.5, פְּתָאִים simplices. Et cum א quiescente, & י moto, vt Psal.116.6, פְּתָאיִם, vbi א quiescens non est radicale, aut vice literæ radicalis, quia י motum est vice radicalis, & י signum multitudinis deficit. Nomen secundum formã toár, פֶּתִי, instar פְּרִי. Prouerb.1.22, vsquequo simplices diligetis פֶּתִי simplicitatem? Alia forma, Prouerb.9.13, Mulier stultitiæ, tumultuatur: פְּתַיּוּת simplicitatis (sub. mulier,) & nõ nouit quicquam. Et quia simplex celeriter omnia operatur, quia nihil habet pensi: à פֶּתִי deducitur dictio פִּתְאֹם quæ celeritatem notat, Mox, repente, statim. instar שִׁלְשֹׁם. Et א est loco ה vltimæ radicalis: ם verò redũdat. & omnia sunt sine ו, præter vnum quod est Psal. 64.8, Et sagittauit eos sagitta פִּתְאוֹם subito. Interdum & cum alia dictione idem significante iungitur, vt habes Iesah.30.13, פִּתְאֹם לְפֶתַע statim repente.

פתח Aperire, Soluere, Euaginare, Sculpere, Pingere. Iesah.50.5, Dominus פָּתַח לִי אֹזֶן aperuit mihi aurem. Psal.37.14, חֶרֶב פָּתְחוּ Gladium euaginauerũt impii. Ierme.13.19. פֹּתֵחַ aperiens. Nume.19.15, פָּתוּחַ apertum. Deuter.15.8, פָּתֹחַ תִּפְתַּח אֶת־יָדְךָ לוֹ aperiendo aperies

manum tuam illi. 2. Reg. 13. 17, פְּתַח הַחַלּוֹן aperi fenestrã. Iesah. 41. 18, אֶפְתַּח עַל־שְׁפָיִים נְהָרוֹת aperiam in excelsis flumina. Hamós 8. 5, וְנִפְתְּחָה־בָר & aperiemus frumentum. i. horrea frumenti. Et in nifhál, Iesa. 5. 27, & nó נִפְתַּח soluetur cingulum. Iechez. 1. 1, נִפְתְּחוּ aperti sunt cæli. Iesah. 51. 14, festinauit ligatus לְהִפָּתֵחַ vt solueretur. Iiób 12. 14, claudet virũ, & non יִפָּתֵחַ aperietur ei. Vel, incarcerabit virum, & non soluetur. sub. à vinculis suis, secúdum R. Dauid & R. Moséh. Et in pihél, Iiób 30. 11, Quia יִתְרוֹ פִּתַּח funem meũ (vel suum. est enim duplex lectio) soluit. Cant. 7. 12, si floruit vitis, פִּתַּח הַסְּמָדַר aperuit (soluit) se vua minuta. Est intransitiuũ: quãquam sunt qui putant (inquit R. D.) chiric esse loco súrec, & esse ex puhál passiuo. i. aperta est. 2. Para. 3. 7, וּפִתַּח כְּרוּבִים & pinxit cherubim in parietibus. Psal. 30. 12, פִּתַּחְתָּ שַׂקִּי soluisti saccũ meũ. Et 116. 16, פִּתַּחְתָּ לְמוֹסֵרָי soluisti vincula mea. ל redundat, inquit R. Abrahám. Exod. 28. 9, וּפִתַּחְתָּ & sculpes in eis nomina filiorũ Israél. Iesah. 60. 11, וּפִתְּחוּ & apertæ erunt portæ tuæ iugiter. Est intransitiuum, inquit R. D. Vel est ex puhál, & chiric est loco surec, vt dicunt nonnulli, inquit R. Abrahám & R. D. Et sic Iesah. 48. 8, non פִּתְּחָה fuit aperta auris tua. Et sic est communis grammaticorũ opinio: sed prius est magis rectum, inquit R. D. Zecha. 3. 9, ecce ego מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָהּ cælo cælaturã eius: aut sculpo sculpturam eius. Vel secundũ R. D. in lib. rad. soluo: acsi lapis fuisset in vinculis omnibus diebus quibus cessauerũt ab opere, & modo soluissent eum ac posuissent in ædificio. Sed prioré expositionem rectã esse scribit. Et quia perfectio dispositionis lapidis pulchri, sunt picturæ, flores, poma quæ sculpuntur, & pinguntur in illo, ideo metaphorice di-

xit:Ecce &c.acſi dicat, Perficio ædificium ſecundũ omnem diſpoſitionẽ eius. Idẽ ſcribit in cõment. Exo.39.6, מְפֻתָּחֹת ſculptos ſculpturis ſigilli. Ieſah.58.6, פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת רֶשַׁע ſolue colligationes impietatis. Vel eſt macor, ſoluere, vel vt ſoluãt. Pſal.105.20, וַיְפַתְּחֵהוּ & ſoluit eũ. Et in hithpahál, Ieſah.52.2, הִתְפַּתְּחִי ſolue te à vinculis colli tui. intranſitiuum ſecundũ omnes grãmaticos. Et ab aperiendo dicitur nomen מַפְתֵּחַ, Clauis. Ieſah.22.22, & dabo מַפְתֵּחַ clauem domus Dauid. 1. Paral.9.26, & ipſi ſuper הַמַּפְתֵּחַ clauem. Vel aperturã, aut apertionem. i. conſtituti ad aperiendũ portas ſingulo manè. Et in regimine, cum chiric, ſecundũ R.D. in lib. rad. Prouerb. 8.6, וּמִפְתַּח & apertio. Alia forma, Iechez.29.21, & tibi dabo פִּתְחוֹן־פֶּה aperturam (aut apertionẽ) oris in medio eorũ. i. in medio Iſraél, quia videbunt prophetias tuas veras factas. Alia forma, פֵּתַח cũ ſéri, Apertio. Pſa.119.130, פֵּתַח דְּבָרֶיךָ apertio verborum tuorũ illuminabit. Et iuxta hoc exponunt nonnulli illud Prouerb.17.18, qui exaltat (eleuat) פִּתְחוֹ apertionem ſuã, quærit contritionẽ. Acſi dicat, Qui loquitur magna cõtra homines. Et ſic eſt expoſitũ à doctoribus Hebræorũ. Ita etiã exponit R.D. in lib. rad. deducens à פֵּתַח cum ſeri. Ibidẽ deriuãs à פֶּתַח cum ſeghól, exponit, Qui exaltat פִּתְחוֹ oſtiũ ſuũ, quærit contritionem. Acſi dicat, Qui rebus magnis vacat, iuxta illud quod dicunt doctores, Omnis qui vacat ædificiis, depauperatur. Michah 7.5, ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi פִּתְחֵי־פִיךָ aperturas (apertiones) oris tui. Exponit R.D. in cõment. Ab vxore tua opus eſt vt cuſtodias apertiones oris tui: quia ſi locutus fueris malum contra ſocium tuum ante illam, reuelabit illud.

Aliud, פֶּתַח, cum ſeghól. Iechez.40.13, פֶּתַח נֶגֶד פָּתַח oſtium

ſtium contra oſtium.Gene.38.14,& ſedit בְּפֶתַח in oſtio Henáim quod erat iuxta viá Timnáth. Vide עַיִן in duali. Et 19.6,& egreſſus eſt ad eos Loth הַפֶּתְחָה ad oſtium. Eſt enim ſicut לַפֶּתַח. Proue.8.3.in introitu פְּתָחִים oſtiorum.Ieſah.13.2, & ingrediantur פִּתְחֵי oſtia principum. R.Ionáh,gladii.Micháh 5.6,& terram Nimród בִּפְתָחֶיהָ in gladiis eius. Ab euaginando ita gladius appellatur.

Alia forma,פְּתִיחָה,Gladius.Pſal.55.22,& ipſa(ſub.verba ſunt) פְתִיחוֹת gladii. Alia item, פִּתּוּחַ, Sculptura, פִּתּוּחִים ſculpturæ. Exo.28.11,פִּתּוּחֵי ſculpturis ſigilli ſculpes duos lapides.

פָּתַל Peruertere,Luctari,Conari.In nifhál, Geneſ. 30.8,נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי luctationibus (aut conatibus) maximis luctata ſum cũ ſorore mea. vt ſcilicet ſuperarem illã. Nomen enim אֱלֹהִים eſt additũ augendi gratia. R.D.in lib.rad.exponit,נִתְהַפַּכְתִּי וְנִשְׁתַּדַּלְתִּי verti me,(more ſcilicet luctantis)& conatum feci cum ſorore mea vt illã vincerem,& etiam inualui. Sunt qui deducunt à פָּתִיל quod eſt filũ retortum , quod eſt fortius.acſi dicat,נִתְחַזַּקְתִּי roboraui me. Tharghũ, Suſcepit Dominus poſtulationem meam. R.Menachém filius Serúc (vt ſcribit R.Selomóh) exponit, Coniunctionibus Dei (.i.quæ ſunt à Deo) coniuncta ſum cũ ſorore mea merendo filios. Et hæc etiã interpretatio deducitur à פָּתִיל filo torto,& duplicato. Ipſe veró R.Selomóh exponit,conatibus multis conata ſum cũ ſorore mea, vt eſſem æqualis illi. Hæc autẽ interpretatio deducitur à פָּתַל peruertere,ſubuertere:quód qui cũ altero luctatur,(vt inquit R.Abrahám)vt vincat,quærit ſubuertere illũ alterũ vt ruere faciat ipſũ . Et נַפְתּוּלֵי eſt nomen ex nifhál. Et dixit Dei,(ſecundum eundẽ R.Abrahám)

acſi dicat, Quia ad honorem Dei dedi ancillam meã. Vel, quia Dominus adiuuit me in luctatione mea.

Proue.8.8,Non eſt in eis נִפְתָּל prauũ.aut peruerſum. Iiob 5.13,& conſilium נִפְתָּלִים peruerſorum. Nomen, נַפְתּוּל,Peruerſitas,Lucta,Conatus,vt dictum eſt. Et in hithpahál, Pſal.18. 27, Et cũ peruerſo תִּתְפַּתָּל peruerſus eris.Et 2. Semu.22.27, & cum peruerſo תִּתַּפָּל peruerſus eris.pro תִּתְפַּתָּל inquit R.Dauid. tranſlata eſt enim ſecunda radicalis in primam.i.ת poſitũ eſt ante פ.Venit autẽ hoc modo vt eſſet ſimilis præcedentibus verbis תִּתַּמָּם תִּתַּבָּר. Et exponit in cõment. adduces ſuper eum ſecundũ viam ſuã peruerſam.Et ſic Prouer.3.34, Deriſores ipſe deludet .i. adducet ſuper eos vt cadant ſecundum deluſionẽ ſuã. Tóar geminatum, Deuter.32. 5,Generatio praua וּפְתַלְתֹּל & peruerſa. Hinc פָּתִיל,Fruſtum panni paruũ.Nume.19.15, & omne vas apertum ſuper quo nõ eſt צָמִיד פָּתִיל עָלָיו coniunctũ fruſtum panni ſuper eo . Et ſimile eſt illi in verbis Hammiſnáh, פְּתִילַת הַבֶּגֶד fruſtũ paruum panni.Et ſic ſecundũ opinionem meam(inquit R.D.)illud Gene.38.18,& dixit,Annulum tuũ וּפְתִילְךָ & pallium tuũ.vel tegmen quod eſt ſuper caput tuum.Et ſic habet Tharghũ,וְשׁוֹשִׁיפָךְ & pallium tuũ.aut veſtem tuã. Significat etiam Filũ duplicatum,& tortũ: & ſic dicunt Hebræorum doctores, quód פָּתִיל eſt filũ netum,ac tortũ.Exod.28.37,& pones eam עַל־פְּתִיל תְּכֵלֶת in filo retorto hyacinthino. Iudi.16. 9,quemadmodum rumpitur פְּתִיל־הַנְּעֹרֶת filum ſtuppæ. Exo.39.3,& abſcidit פְּתִלִם fila.Gene.38.25,וְהַפְּתִילִים & pallia.vel veſtes,aut fila.

פֶּתֶן Aſpis. Pſal.58.5. Ieſah. 11.8, ſuper foramen פֶּתֶן aſpidis.Deute.32.32,& venenum פְּתָנִים aſpidum

crudele. Hinc מִפְתָּן, Limen infernum quod calcatur. Sepha.1.9, & super omné ſaltantem ſuper הַמִּפְתָּן limé.

פֶּתַע Mox, ſtatim, protinus, repente. Prouerb.6.14, פֶּתַע mox conteretur. Num.6.9, בְּפֶתַע repente. Ieſah.29.5, לְפֶתַע.

פָּתַר Interpretari, exponere, declarare ſomnia. Gene.41.12, Vnicuique ſecundum ſomniũ ſuum פָּתָר interpretatus eſt. Nomen, Gene.41.11, כְּפִתְרוֹן ſecundum interpretationem ſomnii ſui. Et 40.12, Hæc eſt פִּתְרוֹנוֹ interpretatio eius. Et 8, nónne Dei ſũt פִּתְרֹנִים interpretationes?

DICTIONES QVADRATAE.

פִּלֶגֶשׁ Ancilla vnita viro abſque ſcriptura (.i. contractu) & ſponſalibus, vera tamẽ vxor in Sacris literis, vt palàm eſt de Cheturáh quæ appellatur vxor Geneſ.25.1, & addidit Abrahám, & accepit vxoré, & nomen eius Cheturáh: & peperit ei Zimrán &c. & tamẽ verſu 5, dicitur, Et dedit Abrahám omnia quæ erãt ſibi, ipſi Iſchác: & filiis הַפִּילַגְשִׁים concubinarũ quæ erant Abrahám, &c. munera. Et 1. Paral.1.32, & filii Cheturáh פִּילֶגֶשׁ cócubinæ Abrahã. 1. Reg.11.3, וּפִילַגְשִׁים & cócubinæ trecentæ. Iechez.23.20, & adamauit עַל פִּלַגְשֵׁיהֶם ſeruos eorũ quorũ membrũ (virile) vt membrũ aſinorũ eſt, vt exponit R.D. in lib. rad. Sed poſtea ſic ſcribit, Et rectũ eſt in oculis meis vt exponatur concubinas (aut pellices) eorum. Vel, cũ pellicibus eorum. עַל enim ſecundũ ipſum, eſt ſicut עִם. Acſi dicat, Adeò eos adamaſti vt facta ſis eis vt illorum pellices. Et in cóment. Expoſitores, inquit, exponunt, ſeruos eorum: quia פִּלַגְשִׁים hoc loco ſunt viri, non mulieres: & hoc oſtendit quod ait,

Quorum membrũ &c.Sed hoc non obſtat, quia caro. i.membrum,dicitur etiam de muliere, vt habes Leui. 15. 18, erit fluxus eius בִּבְשָׂרָהּ in carne eius. Vnde exponit vt in lib.rad.cum pellicibus eorum.

פַּעְנֵחַ Nomen tóar,מְגַלֶּה,Reuelator. Gene.41.44, Et vocauit Parhóh nomen Ioséph צָפְנַת פַּעְנֵחַ occulti reuelatorem . Et eſt inſtar פַּרְשֵׁז. Alii dixerunt eſſe præteritum ex pihél , & פ debuiſſe ſcribi cũ chiríc ſecundũ normam.Et poetæ flectunt ipſum per omnes modos , & tempora. Alii nomen dixerunt eſſe AEgyptium. Hæc R.D.in lib. rad. R.Abrahám in cõment. Si ſit dictio AEgyptia , neſcimus eius ſignificantiam. Tharghum,Et vocauit eum,virum cui abſcõdita,ſunt reuelata. R.Selomóh,expoſitorem abſconditorum.& non habet ſimile in Scriptura.

פַּרְבָּר Nomen domus.1.Paralip.26.18,לַפַּרְבָּר ad domum inſtrumentorum &c . duo לַפַּרְבָּר pro domo(.i.per ſingulas domos)inſtrumentorum.

פַּרְדֵּס Hortus domeſticis arboribus conſitus , pomariũ.Cant.4.13,פַּרְדֵּס paradiſus malorũ punicorũ.Eccle.2.5,feci mihi hortos וּפַרְדֵּסִים & paradiſos.

פַּרְוָר Eſt מִגְרָשׁ, Suburbium , Suburbanus locus. 2. Reg.23.11, ad cubiculũ Nethanmélech eunuchi qui erat בַּפַּרְוָרִים in ſuburbanis.i. qui erat præpoſitus ac præfectus ſuburbanis vrbium atque villarum, Et ſic doctores Hebræorum, ſuburbanũ vocant פַּרְוָרָה. Et Iechez.27.28,pro,Et contremiſcent מִגְרָשׁוֹת ſuburbana:Tharghum Ieroſolymitanum habet פַּרְוָרַיָּא.

פַּרְעֹשׁ Pulex. 1. Semu. 24. 15, poſt פַּרְעֹשׁ אֶחָד pulicem vnum. Idem 26.20.

פַּרְשְׁדֹן Vnde illud Iúd.3.22,Et egreſſum eſt הַפַּרְשְׁדֹנָה ſtercus.Sed ſecundũ R.Dauid in lib.rad.eſt

nomen loci:acsi dicat, Et egressus est (sub. Ehúd) in Par sedón. Vel, egressus est ad locum mansionis equitum, vt dicitur in cōment. Et נ & ה redundant, sicut נ & ה, in מִסְדְּרֹנָה. Vel vtrunque, נ scilicet & ה, sunt formatiua nominis tóar fœminei, sicut in רִאשׁוֹנָה אַחֲרוֹנָה: quanquam secundū normam sit breue, si ה sit signū fœmineum. Sed secundū Tharghum est sicut פֶּרֶשׁ, stercus. & ד redundat. acsi dicat, Infixo gladio in eius ventre, stercus egressum est de vētre ipsius. Et secundum eius verba videtur dictio composita ex פֶּרֶשׁ stercus, & שְׁרוֹנָה à שְׁרָה effundere. Sic enim habet, Et egressum est אוּכְלֵיהּ שְׁפִיךְ stercus eius effusum.

פַּרְשֵׁז Est sicut פָּרַשׂ, Expandit, ז redundante. Iiob 26. 9, פַּרְשֵׁז עָלָיו עֲנָנוֹ expandit super eum nubem suam. Et sunt qui dicunt dictionem compositā ex tribus, scilicet פָּרַשׂ שַׁדַּי זִיו expandit Omnipotens splendorem suum. R. Abrahám dicit, Non habet socium, & est פָּרַשׂ expandit. Tharghum, Expandit sicut cortinam super eum nubem gloriæ suæ. R. Leuí, Expandit &c.

פַּרְתַּם Vnde פַּרְתְּמִים, Principes magni, vel duces qui sūt trās flumē פְּרָת Euphratis. Vide פְּרָת.

פְּתִגִּל Vnde פְּתִיגִיל, Fascia pectoralis. Iesah. 3. 24, Et pro פְּתִיגִיל fascia pectorali cingulū sacci. R. D. in lib. rad. scribit genus esse vestis, quam induebant ad gloriā & decorem, quæ vocatur אלגלאלא. Sunt qui exponunt cingulum quo se accingebant mulieres, quod vocant יצילא. Idem in comment. pro cingulo sericeo lato. R. Abrahám; pro veste tenui, ac subtili quæ ponebatur super omnes vestes.

פַּתְשֶׁגֶן Exēplar alicuius scripturæ. Nō est Hebræa dictio, sed Aramæa: vnde nō inuenitur nisi

in libris captiuitatis. Ester 3.14, פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב exẽplar scripturæ, vt ponatur lex &c. Et Deuter. 17. 18, pro, scribet sibi אֶת־מִשְׁנֵה exemplar (ad verbum, duplũ) legis: Targhum habet, פַּתְשֶׁגֶן exemplar, siue descriptionem legis.

צ



Est litera radicalis: sed hoc habet peculiare, quòd in hithpahál, pro ת habet ט.

צאל Arbor, virgultũ, siue germẽ magnũ iuxta aquam aut lutũ, magnã reddẽs vmbrã. Iiób 40.16, sub צאלים arboribus vmbriferis cubabit? Et 17, circũdabũt eũ צאלים arbores vmbriferæ vmbra sua? Hic idẽ geminatur, Circundabunt eum arbores vmbriferæ: &, arbores vmbriferæ sunt vmbra eius. Et versus ipsi exponuntur admiratiue, sic, Num sub arboribus &c. Num circundabunt &c. Acsi dicat, Nequaquam. quia præ multitudine magnitudinis eius non dormit sub arboribus vmbriferis, neque vnquam arbores vmbriferæ circundant illum.

צאן Pecus, Vide צון. nam א redũdat.

צב Operimentum lecticæ, aut currus quo deferuntur homines supra dorsum animalium, aut iumentorum. Nume. 7.3, & attulerunt sex צָב עֶגְלוֹת plaustra operimenti. i. operta. & dictio עֶגְלוֹת est in regimine. Targhum Ierosolymitanum habet, sex plaustra מְזוּגָן sociata, siue biiuga. Acsi dicat, vnicuique plaustro fuisse par boum trahens illud. Et rectum est vt exponatur, species animalium. Iesah. 66.20, & in curru וּבַצַּבִּים plaustris opertis. Sic etiam R. Abrahám. Est & species reptilis. Leuit. 11.29, וְהַצָּב & crocodilum. ita quidã vertũt.

צבא Exercitus, Finis, Tempus determinatum. Psal. 68.12, צָבָא רָב exercitus magnus. Iiób 7.1, nónne

צָבָא tempus determinatum eſt homini ſuper terram?
Danie.10.1,וְצָבָא גָּדוֹל & exercitus magnus. ſcilicet appa
ruit ei,vt R.Abrahám. Vel,tempus magnū,vt R.Da-
uid.Alii(inquit idem)exponūt,voluntas: ex Tharghū,
in quo צְבָא eſt velle. Et cum ה vice א, Zechar.9.8,מִצָּבָה
ab exercitu.Iiób 14.14,cunctis diebus צְבָאִי tēporis mei
expectabo.ſperabo.Ieſah.40.2,impletu[m] eſt צְבָאָהּ tem
pus eius. Plurale maſculeū,צְבָאִים.& cum pronomine,
Pſal.103.21 omnes צְבָאָיו exercitus eius. Fœmineū, Pſal.
24.10,Dominus צְבָאוֹת exercituū. צְבָאוֹת,Capreæ,quæ-
re in צְבָה. Et in regimine,Exod.12.41,omnes צִבְאוֹת ex-
ercitus Domini. Hinc verbum in cal, pro Militare,
dimicare,pugnare,Congregare exercitum. Exod.38.8,
& fecit conchā de ſpeculis הַצֹּבְאֹת אֲשֶׁר צָבְאוּ congregan-
tium ſe,quæ congregabant ſe(ſcilicet inſtar exercitus)
ad oſtium tabernaculi.Congregabant enim ſe filiæ Iſ-
raél ad oſtiū tabernaculi, & afferebant(aut offerebant)
manibus ſuis ſpecula pro oblatione ſpontanea taber-
naculi. Tharghū,de ſpeculis mulierum quæ veniebāt
vt orarent in oſtio &c. R.Abra.in cōm.Mos erat om-
niū mulierū,vt ſe decorarent, reſpicere facies ſuas ſin-
gulo mane in ſpeculis æneis,aut vitreis;vt ſuā aptarēt
tiarā quæ erat ſuper caput ſuū.Erant autē in Iſraél mu
lieres Deum colentes;quæ ſpreta mundi vanitate, ſua
ſpecula Domino offerebant,quia non erant illis opus,
quæ per ſingulos dies veniebant ad oſtium tabernacu
li vt orarēt, & Dei audirēt præcepta. Et dixit צָבְאוּ,quia
erant multæ. Nume.31.42,à viris הַצֹּבְאִים qui pugnaue
rant. Ieſah.29.7,& omnes צֹבֶיהָ pugnantes contra illā.
deficit א è ſcriptura,pro צֹבְאֶיהָ. Num.4.23,omnem qui
veniebat לִצְבֹא צָבָא ad militādum militiā. Et 31.7, וַיִּצְבְּאוּ

& pugnauerunt contra Midián. Et in hifhil, 2. Reg. 25.19, & ſcribam principem הַצָּבָא הַמַּצְבִּא אֶת־עַם militiæ qui congregabat populum terræ.

צָבָה Tumeſcere, intumeſcere, Inflari. Nume. 5.27, וְצָבְתָה & tumeſcet venter eius. Et in hifhil, Nume. 5.22, לַצְבּוֹת (pro לְהַצְבּוֹת) vt tumeſcere faciát ventrem. Tóar fœmineũ, Nume. 5.21, & vterum tuú צָבָה tumeſcentem. Hinc eſt & צְבִי, Caprea, aut capreolus, Gloria, decor, Terra Iſraél, Voluntas, deſideriũ, Amor. Ieſah. 13.19, & erit Babél צְבִי gloria (amor) regnorum. Et 24.16, צְבִי לַצַּדִּיק gloriam iuſto. vel iuſti, ſi ל capiatur pro ה. Irme. 3.19, hæreditatem צְבִי gloriæ. Deuter. 14.5, ceruum וּצְבִי & capreolum. vel capream. Nomina ſpecierum vtrunque genus comprehendunt, quacũque forma efferantur. 2. Semu. 1.19, הַצְּבִי יִשְׂרָאֵל ô terra Iſraél in excelſis tuis occiſus eſt. Appellatur ſic terra Iſraél, quòd vt ceruus cæteris animantibus pedibus eſt velocior, ita terra Iſraél eſt leuis, ac facilis ad maturandũ (ſiue concoquendum) fructus ſuos præ aliis terris, ſecũdum doctores Hebræorum. Vel quia cæteris eſt deſiderabilior. Dani. 11.16, & ſtabit in terra הַצְּבִי Iſraél. vel deſiderii. i. deſiderabili. Et 8.9, וְאֶל־הַצֶּבִי & ad terrã Iſraél. deſiderabilé ſcilicet. Cãt. 2.9, ſimilis eſt dilectus meus לִצְבִי capreæ. 2. Semu. 2.18, & Haſaél leuis erat pedibus ſuis ſicut vnus הַצְּבִים capreolorum. deficit י ſignũ pluralis. Scribitur & cum א quieſcéte, & א moto. 1. Paral. 12.8, וְכִצְבָאִים & ſicut capreoli. aut capreæ. י ſignũ pluralis deficit. Et in plurali fœmineo mutatur י in א, vt Cant. 2.7, בִּצְבָאוֹת per capreas. Et ſic poteſt exponi illud Irm. 3.19, hæreditatem צְבִי צִבְאוֹת gloriæ caprearum gẽtium &c. Vel exercituũ. Vtroque modo exponit R. Dauid in lib. rad.

צָבַט Dare, porrigere. Ruth 2.14, וַיִּצְבָּט־לָהּ קָלִי, & dedit (aut porrexit) ei polentam. Alibi in Sacris non inuenitur.

צָבַע Tingere, aut colorare. Irme. 12.9, nunquid auis צָבוּעַ tincta hæreditas mea mihi? Dicũt (inquit R.D. in lib. rad.) esse auẽ quandam variis coloribus respersam, ad quã congregantur aliæ aues vt illam edãt, ac deuorent, quòd eam odio habeant. Vide עַיִט. Nomen, צֶבַע, Color. Iudic. 5.30, שְׁלַל צְבָעִים לְסִיסְרָא שְׁלַל צְבָעִים רִקְמָה צֶבַע רִקְמָתַיִם spolium colorũ (sub. diuersorũ) ipsi Siserá, spolium colorũ, polymitum, color, duo polymita. Ex hac radice est & אֶצְבַּע, Digitus. Exod. 8.19, אֶצְבַּע digitus Dei est. Irm. 52.21, & crassitudo eius quatuor אֶצְבָּעוֹת digitorum. Prouerb. 6.12, בְּאֶצְבְּעֹתָיו digitis suis.

צָבַר Congregare, Coaceruare, Fundere aggerẽ. Iiób 27.16, אִם־יִצְבֹּר כֶּעָפָר כָּסֶף si coaceruauerit tãquam puluerem (aut terrá) argentum. Gene. 41.49, וַיִּצְבֹּר יוֹסֵף בָּר & coaceruauit Iosẽph frumentũ. Chabac. 1.10, וַיִּצְבֹּר עָפָר & coaceruauit terram. i. fudit aggerem, & cœpit illam. sub. vrbẽ. Vel coaceruauit puluerẽ. i. populũ sicut puluerem. Nomen, צִבּוּר, Congregatio, coaceruatio, Cumulus. 2. Reg. 10.8, ponite ea duos צִבֻּרִים cumulos.

צָבַת Manipulus. Ruth 2.16, & etiã proiiciendo proiicietis ei de הַצְּבָתִים manipulis.

צָדַד Vnde defectiuum nomen צַד, Latus. Iesah. 60.4, & filiæ tuæ עַל־צַד iuxta latus nutrientur. Ieche. 4.8, & non vertes te מִצִּדְּךָ אֶל־צִדֶּךָ de latere tuo in latus tuum. 1. Semu. 20.20, & ego tres sagittas צִדָּה ad latus eius iaciã. ה est lene, præter normã, inquit R.D. in Michlól, & lib. rad. Gene. 6.16, ostium arcæ בְּצִדָּהּ in latere eius pones. Iudicũ 2.3, & erunt vobis לְצִדִּים ad latera. i. e-

runt in ſpinas ad latera. vel in lateribus. Eſt enim locutio defectiua. R. Ionáh ſcripſit daghés eſſe loco hannách, id eſt י vel ו quieſcentis, deducens à צִיר vel צוּר, in retia in quæ cadetis. Vide in צוּר.

צָדָה Inſidiari. Exo.21.13, & qui nō צָדָה inſidiatus eſt. 1.Sem.24.12, & tu צֹדֶה אֶת־נַפְשִׁי inſidiaris animæ meæ. Et in nifhál, Deſolare. Sephan.3.6, נִצְדּוּ deſolatæ ſunt vrbes eorum. Nomen, צְדִיָּה, Inſidiæ. Nume. 35.20, בִּצְדִיָּה per inſidias.

צָדַק Iuſtificare. Iiób 33.12, ecce זֹאת לֹא־צָדַקְתָּ hoc non iuſtificaſti. Et 35.7, ſi צָדַקְתָּ iuſtus fueris. Item 34. 5, צָדַקְתִּי iuſtus ſum. Et 9.20, ſi אֶצְדָּק iuſtificauero me, os meum condemnabit me. Et in nifhál, Dani.8.14, וְנִצְדַּק & iuſtificabitur (iuſta erit) ſanctificatio. i. ſanctuarium. Et in pihél, Irme.3.11, צִדְּקָה נַפְשָׁהּ iuſtificauit animam ſuam auerſatrix Iſraél. Iiób 32.2, עַל־צַדְּקוֹ נַפְשׁוֹ eo quòd iuſtificabat ipſe animā ſuam. Ieche.16.52, בְּצַדֶּקְתֵּךְ אַחְיוֹתֵךְ quum iuſtificaueris ſororem tuam. ת eſt additū ſecundum normā qua additur ת in fine macór. Et in hifhil, 2.Semu.15.4, quis ponat me iudicē &c. וְהִצְדַּקְתִּיו & iuſtificem eum? aut, & reddam illi ius? Dixit hoc de illo cuius cauſa eſt iuſta. Iudex enim vno iuſtificato, alterum condemnat. Prouerb.17.15, מַצְדִּיק רָשָׁע iuſtificas impiū. 1.Reg.8.32, וּלְהַצְדִּיק צַדִּיק & iuſtifices iuſtum. Exo. 23.7, non אַצְדִּיק רָשָׁע iuſtificabo impium. Et in hithpahál, Gen.44.16, וּמַה־נִּצְטַדָּק & in quo iuſtificabimur? aut iuſtificabimus nos? acſi dicat, Quid poſſimus arguere, vt ſimus iuſti? Tóar, Gen.6.9, Nóach vir צַדִּיק iuſtus. Pſal.1.5, in congregatione צַדִּיקִים iuſtorum. Gen.18.24, propter quinque הַצַּדִּקִם iuſtos. eſt ſine י ſigno pluralis.

Nomen, Deut.16.20, צֶדֶק צֶדֶק iuſtitiam, iuſtitiam ſe-

quêris, vt viuas. Psal. 50.6, & annuntiabunt cæli צִדְקוֹ iustitiam eius. Alia forma, Iesah. 56.1, & facite צְדָקָה iustitiam. Psal. 22.32, & annũtiabunt צִדְקָתוֹ iustitiam eius. Et 31.2, בְּצִדְקָתְךָ in iustitia tua. Item 103.6, faciens צְדָקוֹת iustitias Dominus. Iechez. 18.24, צִדְקָתוֹ iustitiæ eius.

צָהֹב Vnde צָהוֹב, Flauus, aut aureus color, color propinquus colori auri. Leui. 13.30, capillus צָהֹב flauus. Et participium in hiphil, Hezræ 8.27, & vasa æris מֻצְהָב deaurati. aut colorati instar fului, & aurei coloris.

צמק Arere, arescere, Siccare. Hoseáh 9.14, & vbera צֹמְקִים arentia. Vnde & vuæ siccæ dicũtur צמוקים. 1 Semu. 25.18, & centum צִמֻּקִים ligaturas vuæ passæ. R. Selomoh, vuas siccas. R. Leui in commen. subaudit vt Tharghũ, & exponit, cẽtum botros vuarum siccarum.

צמר Cum sex pũctis, Lana. Leuit. 13.47, in veste צֶמֶר lanæ. i. lanea. Psal. 147.16, qui dat niuem כַּצָּמֶר sicut lanam. Inde צַמֶּרֶת, quod est הַסָּעִיף הַגְּבוֹהַּ Ramus altus. Iechez. 17.3, & tulit אֶת־צַמֶּרֶת summitatẽ (vel summum ramũ) cedri. Secundum R.D. in lib. rad. & commẽt. est ramus celsior in arbore qui vulgò dicitur צימא *sima*. i. summitas. Idem R. Selomóh in comment. Et 31. 10, & dedit (.i. posuit) צַמַּרְתּוֹ summitatem suam inter condensa.

צמת Est כָּרַת, Excidere, succidere. Threno. 3.53, צָמְתוּ בַבּוֹר חַיָּי succiderunt in carcere vitam meam. Vel intrãsitiue, Excisa est in carcere anima mea. R. Selomóh, constrinxerũt, iuxta illud doctorũ Hebræorũ, צומת הגידין contractio neruorum. quod & R.D. citat. Et secundum R. Abrahám sensus est, Posuerũt me in carcere. Et in nifhál, Iiób 23.17, quia non נִצְמַתִּי succisus sum à facie tenebrarum. Et 6.17, tempore quo effluxerint נִצְמָתוּ excidentur. Sunt, inquit R.D. qui exponũt,

coniungentur. congelabuntur, cõtrahentur. Vide זָרַב. R. Abrahám auĕhezra, Tempore quo incaluerint (aut calefacti fuerint) excidentur. Et in pihél, Psal. 88.17, terrores tui צִמְּתוּתֻנִי succiderunt me. Est verbum compositum, secundum R.D. in Michlól, ex tertia persona plurali, & secunda plurali: nam si esset tertiæ duntaxat personæ, dicendum erat צִמְּתוּנִי. si tantum secundæ, dicendum erat צִמַּתְּתוּנִי. Et fieri potest, talem geminationem factam fuisse roborandæ rei gratia, & non esse dictionem cõpositam, sed geminatam. Sic enim est mos Hebræorũ, vt liquet in יְרַקְרַק אֲדַמְדָּם, & huiusmodi, quæ geminantur ad corroborandam rem. Et hoc est rectũ, inquit: quia non inuenitur ratio talis cõpositionis. R. Abrahám dictionem scripsit esse cõpositam, vt מַבְלִיגִיתִי de qua in בָּלַג, & מְקַנֶּנֶת, vt in radice קָנַן. Et in hifhíl, Psal. 73.27, הִצְמַתָּה succidisti omnem fornicãtem abs te. Et 54.7, הַצְמִיתֵם succide illos. Itẽ 69.5, מַצְמִיתַי succidentes me. vel qui disperdere, & succidere me optant. Et 101.5, ipsum אַצְמִית succîdam. vel disperdam. Et 18.41, & odio habẽtes me, אַצְמִיתֵם succîdam eos. aut disperdam. Et sic Tharghũ, אֲשֵׁיצִיתִינוּן perdam eos. Nomen, Leui. 25.23, & terra non vendetur לִצְמִתֻת ad excisionem. i. absolute, & simpliciter, sed ad tẽpus. R. Abrahám, לִכְרִיתוּת præcise. R. Selomóh, לִפְסִיקָה vẽditione præcisionis perpetuæ. Tharghum, לַחֲלוּטִין absolute.

צָנַן Frigescere. Vnde צִנָּה, Frigus. Prouerb. 25.13, כְּצִנַּת־שֶׁלֶג sicut frigus niuis in die messis. Est etiam צִנָּה, Scutum, aut clypeus. R.D. vulgo appellari scribit טרגון *thargon.* Significat & genus nauiculæ piscatoriæ instar scuti, aut clypei factæ. 1. Reg. 10.16, & fecit rex Selomóh ducenta צִנָּה זָהָב scuta aurea. Est singulare pro

plurali. Psal.35.2,apprehende clypeum,וְצִנָּה & scutum. Et 5.13,כַּצִּנָּה sicut scutũ voluntas coronabit illum.Vide עָטַר.Plurale,2.Paralip.11.12,& in qualibet ciuitate(posuit)צִנּוֹת scuta & lanceas. Alia significatione,Hamós 4.2,& tollet vos(inimicus)בְּצִנּוֹת in spinis, & posteritatem vestram in hamis piscatoriis. vel in nauiculis,instar scutorum scilicet.Vtroque modo exponit R.D.in lib.rad. Tharghũ, Et eleuabunt vos populi in clypeis, & filias vestras in nauiculis piscatorũ. In cõm.quoque vtroque modo suos doctores exponere fatetur.Et secũdũ priorẽ expositionẽ,dixit metaphorice, in spinis seu hamis.acsi dicat,Trahẽt eos quẽadmodũ piscatores trahunt pisces spina, aut hamo: iuxta illud Iiób 40.21, & hamo perforabis maxillã eius.Et posteritatẽ vestram.i. filios vestros,ac filias.R.Selomóh in cõm.vt Tharghũ. R.Abrahã,Et tollet vos hamis.Et posteritatẽ vestrã.i. filiũ qui stabit post vos: vt Dani.11.4,וְלֹא לְאַחֲרִיתוֹ & nõ posteritati(.i.filio)eius. acsi dicat,Nõ relinquet regnũ suum filio suo, vt exponit Dones filius Labráth, teste R.Selomóh. Masculeum,Prouerb.22.5,צִנִּים spinæ,& laquei בְּדֶרֶךְ עִקֵּשׁ in via peruersi. secũdum R.Abrahám & R.D. in lib.rad. Potest etiam exponi, inquit idem R.D. frigora, & laquei. R.Abrahám in cõment. Spinæ(&)laquei in via peruersi,vt capiatur illis.Et est sensus,Qui custodit animã suam,& non facit malũ, longinquus est à spinis,& laqueis. R.Leui, In via viri peruersi.i.ambulantis per viã peruersam,non cõsyderantis,vt par est, per quã viam ambulet, inueniuntur frigora,aut frigiditates,vt lædatur frigore aeris:& laquei quib' eius capiãtur pedes.Et R.Himmanuél,Spinæ(&) laquei &c.i.via viri peruersi plena est offendiculis.Vel

ſpinæ(&)laquei in via peruerſa.poteſt enĩ עִקֵּשׁ eſſe tóar ipſius viæ, & non hominis. Poteſt eſſe & nomen ſubſtantiuum,inſtar דַּבֵּר, vt Hoſe.1.2,principium דְּבַר־יְהוָה ſermonis Domini. & קִטֵּר, vide קָטַר. Et perfectum geminatum, Nume.33.55,וְלִצְנִינִם & in ſpinas,in lateribus veſtris. Iehoſ.23.13,וְלִצְנִנִים & in ſpinas in oculis veſtris. R.Abrahám,& R. Dauid,& R.Selomóh.

צָנַח Figere,& Iactare, aut proiicere ſe. Iudicũ 4.21, וַתִּצְנַח & fixit ſe in terra. ſic Tharghũ,וּנְעַצַת & fixit ſe.i.clauus pertranſiuit tẽpus eius, & fixit ſe in terra,inquit R.D.in cóment.R.Selomóh vt Tharghú.Et 1.14,וַתִּצְנַח & iactauit ſe de aſino:à priori ſignificãtia deducitur:vnde exponit R.D.in lib.rad.Et iactauit ſeipſam adeo fortiter de aſino in terram acſi fuiſſet in terra fixa.Tharghũ,וְאִתְרְכִינַת & iactauit ſe &c.Idem R.Selomóh,vt ſcilicet proiiceret ſe ad pedes patris ſui. Idẽ Iehoſ.15.17. (alibi in Sacris literis non inuenitur.) vbi R.Selomóh exponit,הִטִּיתָה inclinauit ſeipſam vt proiiceret ſe ad pedes eius. R.Dauid in commẽt,הִפִּילָה עַצְמָהּ proiecit ſeipſam de aſino ſuper quo equitabat.Et Tharghum,pro וַתִּפֹּל & iactauit ſe de camelo, Geneſ.24.64: habet וְאִתְרְכִינַת.

צָנַם Vnde צְנוּמָה,Parua,minuta,ſicca.Semel inuenitur,ídque in plurali,Gene.41.23,& ecce ſeptem ſpicæ צְנֻמוֹת paruæ,(&)tenues. R.D.in cómen.exponit, קְטַנִּים paruæ. Et ſic doctores Hebræorũ dicunt פַּת־צְנוּמָה buccella parua in ſcutella. Sũt qui exponũt, ſpinæ ſiccæ. Et ſic exponunt illud quod memorauimus,buccella ſicca.Et à ſiccitate doctores Hebræorũ,petram vocãt צְנַמָּה.R.Selomóh in cóment.צְנוּמָא in lingua Aramæa, eſt סֶלַע petra.acſi dicat,abſq; humore,& ſiccæ inſtar pe

træ. Tharghum, hoc loco habet נִצָן inanes. vel habentes tantum flores, vt alii exponunt. Alii dicunt צְנוּמוֹת idem esse quod רַקּוֹת tenues. Alii צְלָמִים, quòd eo nomine appellentur צְלָמִים in lingua Ismahelitica, teste R. Abrahám auenhezra in comment.

צָנַע Est שָׁפֵל כָּתַר, Humiliare, Abscondere. Prouer. 11. 2, וְאֶת־צְנוּעִים & cum humilibus sapientia. Siue, & cum iis qui se abscondunt ob nimiã humilitatem. Dictio אֶת ponitur pro עִם, inquit R. Himmanuél, vt sit, Et cum humilibus est (aut veniet, vel inuenietur) sapientia. Et in hifhíl inuenitur macór, Micháh 6.8, וְהַצְנֵעַ & humilies te ambulando cum Deo? Tharghum, Et vt sis humilis ambulando in timore Dei tui?

צָנַף Est הָפַךְ סָבַב, Vertere, Voluere, Circuire, circundare. Iesa. 22. 18, צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה circundando circundabit te circuitu. Aut, vertendo vertet te versione sicut pila. R. D. in cõment. Voluendo voluet te volutione. i. quẽadmodum inuoluit homo הַמִּצְנֶפֶת cidarim, & proiicit in locum longinquũ, & quẽadmodum proiicit homo pilam in terram latam locis, vbi non est sepes, vel quidpiã illam retinens, quæ vertit se, & vadit donec inueniat obicẽ. Leuit. 16. 4, וּבְמִצְנֶפֶת בַּד יִצְנֹף & cidari linea inuoluet se. Nomen, צָנִיף, Cidaris. Zechar. 3. 5, ponant צָנִיף טָהוֹר cidarim mundam super caput eius. Iesah. 62. 3, וּצְנוֹף מְלוּכָה & cidaris regni in manu Dei tui. Tharghũ, & corona laudis. Et R. D. idem scribit esse geminatũ. prius dixerat, Et eris corona gloriæ in manu Domini. Et quia dicit In manu: videtur intelligere de coronulis. i. circulis aureis quos nobiles in plærisque locis deferre solent. Quod & R. Abrahám innuit. Et scribitur dictio cũ ו, & legitur cũ י. Iesah. 3. 23, & sindones וְהַצְּנִיפוֹת

& cidares.sic R.Abrahám & R.D. Alia forma.Exod. 28.4, & tunicam strictam, מִצְנֶפֶת וְאַבְנֵט cidarim & baltheum. aut cingulū. Et 39, & facies מִצְנֶפֶת שֵׁשׁ cidarim byssinam.

צנק Vnde צִינֹק,Carcer.Irme.29.26,Et pones eum in neruo וְאֶל־הַצִּינֹק & in carcere. Alii exponunt, in manicis ferreis.

צנר Vnde צִנּוֹר,Canalis, Fistula per quam aqua è tecto eiicitur. Psal.42.8, ad sonitum צִנּוֹרֶיךָ fistularum tuarū.i.nubium,inquit R.D.in commēt.Comparauit enim nubes fistulis, quòd effundant aquas vt fistulæ.acsi dicat,ad sonitū afflictionum,& angustiarū, quæ veniunt super me sicut aquæ tectorū è canalibus.

צעד Incedere,deambulare,prætergredi.2.Sem.6.13, quū צָעֲדוּ prætergressi essent qui portabāt arcā Domini sex צְעָדִים passus.Gene.49.21,filiæ(vnaquæque filiarum,secundū R.Abrahám & R.D.)צָעֲדָה deambulauit(incessit)super murū. Iudi.5.4,בְּצַעְדְּךָ quū recederes de agro Edóm.Prou.7.8,& per viā domus eius יִצְעָד deambulabit. Chab.3.12, in ira תִּצְעַד אָרֶץ incedes super terrā.R.D.in comment. In ira tua deambulasti terrā. i.super(aut contra)septem gentes in terra ipsarū. Et in hifhil,Iiób 18.14,וְתַצְעִדֵהוּ & incedere faciet eum(.i. eius consilium)ad regem terrorum.Vel, & ducet eum (sub.hominē,eius animus)ad regem terrorū: secundū R.Moséh.R.Abrahám auenhezra,Et cōsilium, ac spes eius ducet eum ad regem terrorū. i. ad maximum inter terrores. Nomen,צַעַד,Incessus,Gressus. Prouerb. 30.29,tria sunt boni צַעַד incessus.Et 16. 9, & Dominus præparabit צַעֲדוֹ gressum eius.Iiób 18.7,artabuntur צַעֲדֵי gressus potentiæ eius.Prouer.5.5,infernum צְעָדֶיהָ gres-

ſus eius tenebunt.i. adiuuant acſi manibus tenerent, vt ducant ad infernũ. Fœmineum cũ ה.2.Semu.5.24, Quum audieris ſonitum צְעָדָה inceſſus (deambulationis) in cacumine pirorum. Alia forma, præpoſito מ, Pſa.37.23, A Domino מִצְעֲדֵי־גֶבֶר greſſus viri firmati(aut parati) ſunt.in margine ſcribitur גָּבֶר cum camés. Et præpoſito א, eſt ornamentũ brachii.Nume.31.50, אֶצְעָדָה, וְצָמִיד armillam,& ornamentũ manus.Sunt tamen qui dicunt eſſe ornamentũ pedis, inquit R.D.à צָעַד incedere.2. Semu. 1.10, & accepi &c. וְאֶצְעָדָה & armillam quæ erat ſuper brachium eius. Alia forma, ſine א.Ieſah.3.20, וְהַצְּעָדוֹת & armillas.

צָעָה Migrare, Ire de loco ad locum.intranſitiuum, & tranſitiuũ.Ieſah.51.14, feſtinauit צֹעֶה captiuus vt ſolueretur.R.D.in lib.rad. captiuus, & vadens de loco ad locũ.Acſi dicat, captiuus,& vinctus, vt ſolueretur à vinculis ſuis. Et in comment. Non lædet te ira affligentis, quia nũc feſtinabit captiuus.i.Iſraél qui eſt captiuus inter populos, vt ſoluatur à loco captiuitatis. Et verbum ſignificat migrare, & ire de loco ad locum,& interdũ migrare captiuitatis migratione, nonnunquam alia migratione, ſicut & verbũ גָּלָה.Et eſt hoc loco verbum intranſitiuũ.Et ſic Irm.2.20,& ſub omni ligno viridi tu צֹעָה demigrabas meretrix. R.Abrahám in cõment.Ligatus.i. manens in anguſtia,& afflictione, vt ſolueretur in perpetuum.Ieſah.63.1, iſte formoſus in veſte ſua צֹעֶה בְּרֹב כֹּחוֹ demigrare faciens in multitudine fortitudinis ſuæ.Acſi dicat, Demigrare & proficiſci faciens Iſraél ex omnibus locis captiuitatis ſuæ in quæ diſperſus eſt:inquit R.D.in lib.ra.Sed in comment. exponit, Demigrare faciens gentes ab extremo ad extremum.R.Abrahám, demigrare faciens alios.Ir

me.48.12, & mittã ei צֹעִים וְצֵעֻהוּ demigrare facientes ,& demigrare facient eum.i.demigrare facientes illũ è loco ſuo,& demigrare faciẽt eũ,& captiuũ ducent è loco ſuo in quo hactenus fuerat quietus. Sed וְצֵעֻהוּ eſt verbum ex pihél. R.D.in lib.rad.& cõment. Tharghum, Et mittam ſuper eos prædatores, & prædabuntur eos.

צָעַן Transferre. Ieſah. 33. 20, Tabernaculum בַּל יִצְעָן non transferetur. R.Ioſéph radicem ſcripſit eſſe יָצַע , & נ redundare ſicut in אַלְמוֹן aut אַלְמָן & בִּנְיָן:& eſſe ſubſtantiuum, ſtratum ſtrati:aut adiectiuũ.i.tabernaculum quod non deponetur,quod nunquam erit ſtratũ,ſed ſemper erit extenſum.R.Abrahám in cõm. (Sicut)tabernaculũ(deficit enim כ)יִצְעָן,id eſt יִפֹּל cadet.Et non habet ſocium.i.alibi in Sacris literis non inuenitur.Tharghum, Sicut tabernaculum quod non מִתְפָּרַק deponitur.Sic R.Dauid in comment.

צָעַף Vnde צָעִיף, Operimentũ,velũ quo mulieres faciẽ operiũt. Gen.38.14,& operuit ſe בַּצָּעִיף velo.

צָעַק Eſt זָעַק,Clamare,vociferari. Thren.2.18,צָעַק clamauit cor eorum ad Dominũ.Gene.4.11,צֹעֲקִים clamant ad me.Exo.22.23,ſi צָעֹק יִצְעַק אֵלַי clamando clamauerit ad me.Irme.22.20,וּצְעָקִי & clama.צ cum camés chathéph.Iiób 19.7,ecce אֶצְעַק clamabo. Et in nifhál, Iudic.7.23,וַיִּצָּעֵק & congregatus eſt vir Iſraél.Tharghũ, וְאִתְכְּנִישׁ & congregatus eſt. Et 24, וַיִּצָּעֵק & congregatus eſt omnis Ephráim. Et in pihél, 2. Reg. 2. 12, & ipſe מְצַעֵק clamans. Nomen,צְעָקָה, Clamor. Iiób 34.28, vt adducat ſuper illum צַעֲקַת דָּל וְצַעֲקַת עֲנִיִּים clamorem pauperis,& clamorem pauperum audiet.

צָעַר Minui,diminui,minus eſſe; paruum eſſe.Irm. 30. 19, Et non יִצְעָרוּ diminuentur . Eſt verbum actiuum

actiuum intransitiuũ,& pro impersonali positum. Iiób 14.21, וְיִצְעֲרוּ & diminuẽtur. Tóar, צָעִיר, Paruus, Minor. Genes.25.23, maior seruiet צָעִיר minori. Et 43.32, וְהַצָּעִיר כִּצְעִירָתוֹ & minor, secũdum ætatẽ suã minorẽ. Iiób.30.1, צְעִירִים minores me.i.iuniores. Irm.14.3, miserũt צְעוֹרֵיהֶם minores suos ad aquas.i. maiores miserũt minores extra vrbẽ, vt viderent an aquæ inueniretur. Scriptura est cũ ו, lectio cũ י. Lectura est clarior, quia inuenitur צָעִיר. at scriptura צָעוֹר non inuenitur: eadẽ tamen est significatio. Et sic Irme.48.4, צְעוֹרֶיהָ minores eius. Alia forma, Zechar.13.7, super הַצֹּעֲרִים minores. Fœmineũ, Gen. 19.30, Et dixit primogenita ad הַצְּעִירָה minorẽ. Substantiuũ, צְעִירָה, Minor ætas, vt in צָעִיר. Tóar masculeum ac fœmineum, præposito מ. Genes.19.20, & ipsa מִצְעָר parua. Iiób 8.7, & erit principium tuum מִצְעָר paruum. Dani.8.9, egressum est cornu vnum מִצְּעִירָה paruum. צ est cum daghés euphoniæ gratia.

צָפַר Adhærere. Thren.4.8, צָפַד adhæsit cutis eorum ossi eorum. Alibi non inuenitur.

צָפָה Speculari, prospicere, Expectare, Operire, Tegere. Iechez.3.17, צֹפֶה speculatorem dedi te. i. prophetã. Psal.37.32, צוֹפֶה רָשָׁע לַצַּדִּיק speculatur impius iustum. 1.Sem.1.1, & fuit vir vnus de Ramatháim צוֹפִים Sophím.i.speculatorum. Duæ (inquit R. Selomóh in cõment.) erant Ramóth quæ צוֹפוֹת speculabantur, & respiciebant sese. Tharghum, De Ramathá, de discipulis prophetarũ. R.D. in comment. de Ramatháim. nomen est duale.i. de vna è duabus Ramóth, sicut 1.Sem. 18.21, In duabus(.i.in altera è duabus) gener meus eris. & Iudic. 12. 7, Et sepultus est in vrbibus Ghilhád.i. in vna ex vrbibus. Sophím.i.de Ramóth quæ dicitur So-

phím:vt differat ab altera Ramóth. Vel repetenda præ cedens præpositio מִן, vt sit, de familia Sophím.i. prophetarum, qui dicuntur speculatores. vt Iechez. 3, vide supra. Et hæc est recta expositio, quia fuit è filiis Córach, de quibus dictũ est, Et filii Corách, prophetæ erãt, 1. Para. 6.22. Idem fere scribit R. Leuí in cõment. Irme. 6.17, & statuã super vos צֹפִים speculatores. Iiób 15.22, וְצָפוּי (ita legit R.D. in li. rad. nõ וְצָפוּ) & speculatur ipse gladiũ. Vel, & cõspicitur ipse à gladio. Est enim participiũ passiuũ. Vnde R. Leuí exponit, Et conspicitur &c.i. quia iam videt eum gladius, hoc est trãsit super eũ gladius, & cadẽt super eũ terrores mortis. R. Abrahám Perusol, Et expectatur, aut conspicitur à gladio. Iesah. 21.5, צָפֹה הַצָּפִית speculare speculã. vel speculãdũ. aut candelabrũ, secũdũ R. Selo. R.D. in lib. rad. הַצָּפִית est adiectiuũ speculãtis, & ת est loco ה radicalis: vel redũdat instar דַּלִּית à דָּלָה, & זָוִית à זָוָה: acsi dicat, O speculator speculare quod est speculandũ. formidabãt enim Medos, atque Persas. Et in Beresíth rabbáh, Ordina מְנַרְתָּא candelabrũ. Est locus quem vocabant מְנַרְתָּא צְפִיתָא, candelabrũ speculationis. Tharghũ, Statuite speculatores. Psal. 66.7, oculi eius gentes תִּצְפֶּינָה speculabuntur. Et in pihél, Exod. 36.34, וְאֶת־הַקְּרָשִׁים צִפָּה זָהָב, & tabulas texit auro. Thren. 4.17, בְּצִפִּיָּתֵנוּ צִפִּינוּ אֶל־גּוֹי לֹא יוֹשִׁעַ, in expectatione nostra: quia expectauimus gentem quæ non erat seruatura. 1. Semu. 4.13, Helí sedebat &c. מְצַפֶּה speculans. aspiciens. R.D. in comment. expectans, scilicet quempiã qui rediret è prælio. Micháh 7.4, vox מְצַפֶּיךָ speculatorũ tuorum. Prouerb. 26.23, (Sicut) argentum plenum scoriis, מְצֻפֶּה tectũ super testam, sic labia succendentia, (sub. lites) & cor malũ. Nachum 2.1, צַפֵּה דֶרֶךְ speculare viã. Mi

cháh 7.7, & ego בַּיהוָה אֲצַפֶּה Dominũ expectabo. aut,in Domino ſperabo. Pſal. 5. 4, mane præparabo לְךָ tibi, (ſub.orationem)וַאֲצַפֶּה & ſpeculabor.Vel, & expectabo te. aut ſperabo in te, aut fidã tibi. Dictio enim לְךָ quæ præceſſit, ſubaudienda eſt, inquit R. Abrahám auenhezra:vt ſit וַאֲצַפֶּה לְךָ.R.D.in cõmen. Mane antequam negotiis mundanis ſim occupatus,præparabo tibi orationem meã,& expectabo te vt largiaris mihi petitionem meã.Idem R.Himmanuél. Exo.26.29, & tabulas תְּצַפֶּה teges auro. Nomen,מִצְפֶּה,Specula.Ieſah.21.8,& clamauit leo,Super מִצְפֶּה ſpeculam Domini ego ſto.Et appellatur locus altus ſic , quòd ex illo ſpeculetur homo à longe. Nomen,צִפּוּי,Operimentũ. Ieſah.30.22, צִפּוּי operimentũ ſculptilium. Alia forma,צִפִּיה,vt in præterito pihél. Alia item cũ ת vice ה,vel redundante,צֶפֶת,Caput,ſiue capitellum columnæ: ſic vocatum, quòd ſit operimentum ipſi columnæ. 2.Paralip. 3. 14, וְהַצֶּפֶת & capitellum quod erat ſuper caput eius. Et eſt inſtar שֶׁקֶת à שָׁקָה. Vel redundat (vt dictũ eſt) ת ſicut in דְּבֶלֶת & גְּבֶרֶת. R.Ionáh poſuit hoc nomen radicem per ſe, & nomine R. Sahadiáh , ſignificare ſcripſit צִנְצֶנֶת phialã , aut vrnam. Sed hoc loco manifeſte ſignificat capitellum,vt nominatim habetur 1. Reg.7.16,vbi ſcribitur כֹּתֶרֶת capitellum. Illud autem Iechez.32.6,& irrigare faciam terram צָפָתְךָ &c. expoſitum eſt in צוּף,licet citetur & in hac radice à R.D.& exponat terrã ſpeculationis tuæ.i. loca alta irrigare faciã ſanguine tuo.

צפח Vnde צַפַּחַת,Scyphus, Lecythus. 1.Semu.26.10, וְאֶת צַפַּחַת הַמַּיִם & ſcyphum aquæ. 1.Reg.17. 14, וְצַפַּחַת הַשֶּׁמֶן & lecythus olei nõ deficiet. Inde צַפִּיחִית,Laganum frixum cũ oleo, & melle. Exod.16.31, & guſtus

eius(ſcilicet mannæ)כְּצַפִּיחִת בִּדְבָשׁ ſicut lagani cũ melle. Tharghũ,כְּאִיסְקְרִיטָוָן. Et Haghaón nomẽ deducit à צַפַּחַת prædicto,quòd laganum fieret ad illius ſimilitudinẽ.

צָפַן Abſcondere,occultare, recondere. Prouerb.27. 16 , צֹפְנֶיהָ צָפַן רוּחַ abſcondentes eam (.i .quiſque abſcondentium eã)abſcondit ventum. R.Himmanuél,Quiſquis voluerit abſcondere eam.i. mulierem litigioſam,ne faciat ſtultitiam,néve foris audiantur eius mala opera, perinde eſt acſi vellet abſcondere ventũ, qui abſcondi non valet.Pſal.31.20,צָפַנְתָּ abſcondiſti. Et 17.14,וּצְפִינְךָ & abſcondito tuo implebis ventrẽ eorum. i.bono abſcõdito quod habes, implebis ventrẽ eorũ in hoc mũdo,ait R.Abra.Ieche.7.22, & violabũt אֶת־צְפוּנִי locũ abſconditũ meũ.qui ſcilicet eſt in tẽplo,id eſt דְּבִיר adytũ ſiue oraculum. Pſal.83.4,contra צְפוּנֶיךָ abſconditos tuos.ſub alis tuis ſcilicet. Et 27.5,quia יִצְפְּנֵנִי abſcõdet me in tabernaculo ſuo.Et 10.8,oculi eius in pauperẽ יִצְפֹּנוּ abſcondent ſe.Et 56.7,יִצְפִּינוּ latebũt.pro latent, abſcondunt ſe,ponunt ſe in loco occulto.Scribitur cũ י,& legitur cum ו.Vel ſecundũ R.D. in comment. inſidiabuntur in loco occulto.& ſcribitur cum י,acſi dicat,Illi ipſi inſidiantur,& alios ſecum capiunt vt mihi inſidiẽtur. Cũ ו eſt ex cal:cum י,יַצְפִּינוּ eſt ex hifhíl.Prouerb.1.11,נִצְפְּנָה לְנָקִי inſidiemur.ה redundat, & eſt ſicut נִצְפֹּן,Inſidiemur,& retia abſcondamus vt capiamus virum innocentẽ qui contra nos non peccauit. Et in nifhál,Irme.16.17, non נִצְפַּן abſcondetur iniquitas eorum. Et in hifhíl,Exo.2.3,Et non potuit vltra הַצְּפִינוֹ abſcõdere illũ.Iiób 14.13,vtinam in inferno תַּצְפְּנֵנִי abſcõderes me. Nomẽ, præpoſito מ,Hobadiáh 6,Inquiſita ſunt מַצְפֻּנָיו abſcondita (latibula)eius. Et צָפוֹן,eſt

Aquilo(.i.pars Aquilonaris)ſic appellatus, quod ſit locus occultus, & hominibus nō appareat. aut quod iter ſolis nō eſt ad plagam eius, ſed ad plagam Meridianā, acſi eius plaga ſoli eſſet abſcondita, inquit R. Dauid in lib. rad. Iechez. 47. 17, terminus Damméſec וְצָפוֹן צָפוֹנָה & Aquilonis ad Aquilonem. i. terminus Aquilonaris reſpectu terræ Iſraél, ad Aquilonē mundi. Iehoſ. 8. 11, & caſtrametati ſunt מִצְּפוֹן לָעַי ab Aquilone ipſi Hái. vel ipſius Hái: vt ſit ל loco ה, & ſic eſt in regimine ſequente litera deſeruiente. Et ſic Iehoſ. 11. 2, & ad reges qui ſunt מִצְּפוֹן בָּהָר ab Aquilone in monte. Et 8. 13, מִצְּפוֹן לָעִיר ab Aquilone ciuitati. aut ciuitatis.

צֶפַע Vnde צֶפַע cum ſeghól, Regulus, aut baſiliſcus. Ieſah. 14. 29, Quia de radice ſerpentis egredietur צֶפַע regulus. Alia forma, Ieſah. 59. 5, oua צִפְעוֹנִי reguli eruperunt. Irme. 8. 17, ſerpentes צִפְעֹנִים regulos.

Inde eſt צְפִיעַ, Stercus, excrementum. Iechez. 4. 15, dedi tibi אֶת־צְפוּעֵי ſtercora boū. Scribitur cum ו, & legitur cum י, צְפִיעֵי, & idē eſt, quia literæ אֶהֱוִי inuicem permutantur. Et צְפִיעָה, cuius plurale eſt Ieſah. 22. 24, filios וְהַצְּפִעוֹת & filias. ſecundum R. D. in lib. ra. & comment. & R. Abrahā. Tharghū verò, & filios filiorū. i. nepotes.

צָפַר Mane ſurgere, aut diſcedere. Iudic. 7. 3, reuertatur, וְיִצְפֹּר & mane ſurgat. aut abeat. Tharghū, pro, & fuit בֹקֶר mane, Gene. 1. 5: habet צְפַר. Sunt tamen qui exponūt, inquit R. Dauid, Reuertatur, & gyret, vertat ſe, aut circumeat. Vtroque modo exponit in comment. Surgat mane: vel, יִסְבֹּב gyret à mōte Ghilhád, & redeat Et ſic vocatur הַמִּצְנֶפֶת, Cidaris, corona צְפִירָה, quod circuire faciant illam ſuper caput ſuum. i. reuoluant, aut circunuoluant. Ieſa. 28. 5, in diadema gloriæ,

וְלִצְפִירַת & in cidarim gloriæ. Iechc.7.7, venit הַצְּפִירָה ſen tentia matutina tibi.i.contra te.ſecúdum R.D.in lib. rad.& cóment. Et ſic verſu 10, egreſſa eſt הַצְּפִרָה ſententia matutina. R.D.in cóment. exponit, ſententia matutina, vel סִבָּה cauſa. acſi dicat, In cauſa eſt Deus vt veniat cótra te inimicus. Tharghú ſic habet in vtroque, צְפִירָה אִיתְגְלִיאַת מַלְכוּתָא reuelatú eſt regnú. Deducit enĩ à cidari, vel corona ſuprà memorata, quæ eſt ſignú regni. Hinc & צִפֹּר, Auis, cómune nomē omnibus auibus. Interdú tamē capitur pro ſpecie, id eſt pro paſſere. Eſt ſæpius fœmineú. Geneſ.7.14, omnis צִפּוֹר auis. Pſal. 84.4, etiá צִפּוֹר מָצְאָה paſſer inuenit nidum. Et 148.10, וְצִפֹּר כָּנָף & auis alata. Itē 102.8, כְּצִפּוֹר בּוֹדֵד ſicut paſſer ſolitarius. Leuit.14.4, שְׁתֵּי־צִפֳּרִים חַיּוֹת duos paſſeres viuos. Et maſculeú, Pſal. 104.17, ibi צִפֳּרִים יְקַנֵּנוּ paſſeres (vel aues) nidificabút. Inde & צָפִיר, Hircus. Dani.8.5, וְהַצָּפִיר & hirco erat cornu. Hezræ 8.35, צְפִירֵי hirci pro peccato.

Inde & צִפּוֹרֶן, Vnguis. Irm.17.1, ſcriptum eſt ſtylo ferreo, בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר vngue adamátino. Deut.21.12, & aptabit צִפָּרְנֶיהָ vngues ſuos.

צפת Vnde צֶפֶת, quære in צָפָה.

צקל Vnde צִקְלוֹן, Veſtis. 2. Reg.4.42, בְּצִקְלֹנוֹ, veſte ſua. Vnde & Tharghum habet בִּלְבוּשֵׁיהּ in veſte ſua.

צרר Ligare, Anguſtiis, afflictionibúſque afficere. Hoſeah 4.19, צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ, ligauit ventus eam (ſub. Ephráim) in alis ſuis. Nume.33.56, וְצָרְרוּ אֶתְכֶם & anguſtiis afficient vos. Pſal.129.1, ſæpius צְרָרוּנִי anguſtiis affecerunt me à pueritia mea. Et participiú quod pro toar capitur, צֹרֵר, Anguſtiis afficiens, Hoſtis, inimicus. Eſtér 9.23, Hamán &c. צֹרֵר hoſtis omnium Iehudæorú. Iiób 26.8, צֹרֵר־מַיִם ligans aquas in nubibus ſuis. Nume.10.9,

עַל־הַצַּר הַצֹּרֵר אֶתְכֶם cótra hostem qui obsidet (aut angustiis afficit) vos. Psa.143.12,& perdes omnes צֹרְרֵי נַפְשִׁי hostes animæ meæ. Et 6.8, inter omnes צוֹרְרָי inimicos meos. Hose.13.12, צָרוּר ligata iniquitas Ephraim. צוֹר, liga, quære in צור. Nume.25.18, צָרוֹר אֶת־הַמִּדְיָנִים angustiis affice Midianitas. Et in pohél, Iehos.9.4,& vtres vini veteres,& scissos, וּמְצֹרָרִים & ligatos. Nonnulla etiá hîc citantur à plærisque in hif hil, quæ sunt in radice צור.

Nomé, צְרוֹר, Ligamé, Lapis. Gen.42.35, צְרוֹר־כַּסְפּוֹ ligamen argéti sui in sacco suo. Et viderút אֶת־צְרֹרוֹת ligamina pecuniarú suarú. Prou.7.20, צְרוֹר ligamé(.i.crumenã) argéti tulit in manu sua. Cát.1.13, צְרוֹר ligamé myrrhæ. Chag.1.6, Et qui locat se mercede, locat se mercede אֶל־צְרוֹר נָקוּב in ligamé pertusum.i. quæ erit acsi illá poneret in crumena pertusa. Hamós 9.9, nó cadet צְרוֹר lapis super terram. מֵצַר & מְצָרִים &c. quære in מֵצַר.

צָרַב Incendere, accendere, vrere, cóburere, Ardere. In nif hal, Iechez.20.47, וְנִצְרְבוּ־בָהּ & comburentur in ea omnes facies. Tóar, Proue.16.27, sicut ignis צָרָבֶת ardés. est cú camés, quia est in fine versus, aliàs est צָרֶבֶת instar קַשֶּׁבֶת, Neche.1.6, sit auris tua quæso קַשֶּׁבֶת intéta. Nomen, Leuit.13.23, צָרֶבֶת cóbustio vlceris est.

צָרָה Vnde צֳרִי, siue צֹרִי, cú chólem,& interdum cum seuá. Quidam Hebræi exponunt balsamú, alii theriacam. Gene.43.10, paululum צֳרִי balsami. aut theriacæ. Tharghum, קְטַף. Irme.51.8, capite צֳרִי resiná(vel, theriacam) ad dolorem eius, si forte sanetur.

צָרַח Eleuare vocem cú clamore, Vociferari. Sepha. 1.14, צֹרֵחַ vociferatur ibi fortis. Et in hif hil, Iesah.42.3, etiá יַצְרִיחַ vociferabitur. exclamabit. Hinc AEdificium eleuatú, aut altum dicitur צְרִיחַ, vt turris,

vt arx: quòd ſpeculator manens in turri, vociferetur & exclamet, ſic appellata. Iudic.9.46, & ingreſſi ſunt אֶל־ צְרִיחַ turrim domus(.i.templi) dei Berith. 1.Semu.13.6, in petris, וּבַצְּרִחִים & in turribus.

צָרַךְ Neceſſarium eſſe, oportere, opus eſſe, Indigere. Eſt frequens apud Hebræos in cal, in hifhíl, in nifhál, & hithpahál. At in Sacris literis ſemel dũtaxat inuenitur nomen צֹרֶךְ, Neceſſitas. 2. Paralip. 2.12, & nos excidemus ligna de Lebanón, ſecũdum omnem צָרְכֶּךָ neceſſitatem tuá. vel, quotquot fuerint tibi neceſſaria.

צָרַע Vnde צָרוּעַ, Leproſus. Leuit.13.43, vir צָרוּעַ lepro ſus eſt. Et præpoſito מ, omnia ſunt defectiua, vno excepto, quod eſt 2. Paral. 26. 23, quia dixerũt, מְצוֹרָע leproſus eſt. 2. Reg. 5.1, vir fortis viribus מְצֹרָע leproſus. Fœmineũ, Exod. 4.6, מְצֹרַעַת leproſa ſicut nix. 2. Reg. 7. 3, מְצֹרָעִים leproſi. Nomen, Leuit.13.3, plaga צָרַעַת lepræ eſt. Nomen reptilis alati percutientis oculos, & venenum infundentis, & occidentis, ſecundum R.D. in lib. rad. & cõment, & R. Selomóh in cõment. Exod. 23. 28, & mittã אֶת־הַצִּרְעָה crabroné ante te. Tharghũ, עִרְעִיתָא veſpam, vt exponunt nonnulli.

צָרַף Fundere ad purificãdum, Purificare. Irme. 6.29, in vanum צָרַף צָרוֹף fudit fuſor. purificauit purificator. צָרוֹף eſt macór, vel tóar, inquit R.D. in lib. rad. In cóment. ſcribit eſſe tóar inſtar גָּדוֹל. Ieſah. 48.10, ecce צְרַפְתִּיךָ fudi te, & non in argento. i. non eo modo quo argentum funditur, vt remoueantur ex illo ſcoriæ, & purum remaneat argentũ. non ita feci, quia pauci remanſiſſent. Non ſuccídi te, ſed afflixi ſcorias. i. impios qui erant inter vos, ægrotationibus, captiuitate, filiorũ orbitate, carentia fructus animaliũ, atque terræ. Et hoc eſt

est quod dixit, Elegi te in camino afflictionis. Psal.66.10, צְרַפְתָּנוּ כִּצְרָף־כָּסֶף fudisti (purificasti) nos sicut fundit (purificat, sub. artifex) argētum. Vel, quēadmodū funditur argentum. & sic est verbū intransitiuum. Iesah.40.19, וְצֹרֵף & aurifex. fusor, purificator. Psal.12.7, argentum צָרוּף fusum. purificatum. Et 26.2, צָרְופָה כִלְיוֹתַי funde (purifica) renes meos. Iesah.1.25, וְאֶצְרֹף & fundam. purificabo. Iudic.7.4, וְאֶצְרְפֶנּוּ & fundam eum tibi illic. R. Dauid, fundam (aut purificabo) illum, quēadmodum aurifices argentū à scoriis: vt nó sint ibi nisi iusti: quia dum incuruant se ad bibendum, signū est ipsos incuruasse se ipsi Báhal. Tharghum, וְאֶבְחֲרִינּוּן & eligam eos.

Et in nif hál, Dani.10.10, וְיִצָּרְפוּ & fundentur (purificabuntur) multi. Et nomen vasis in quo fundūt, aut purificant aurum, vel argentū. Prouerb.17.3, מַצְרֵף conflatorium argento, & caminus auro.

QVADRATA.

צְלָצַל Et צִלְצְלִים, Vide צָלַל.

צְלָצַל Species locustæ. Deuter. 28.42, fructū terræ depauperabit הַצְּלָצַל locusta. Tharghum similiter, סַקְאָה. R. quoque Selomóh, speciem scribit esse locustæ.

צִנְצֶנֶת Vnde צִנְצֶנֶת, quod est צְלֹחִית, Scutella. Exod.16.33, cape צִנְצֶנֶת scutellam vnam.

צַנְתַּר Vnde צַנְתְּרָה, Virga, secūdum R. Ionáh. R.D. in lib. rad. vasa scribit esse ad similitudinem fistularum. Zecha.4.12, Quid sunt duæ spicæ oliuarum quæ sunt inter duas צַנְתְּרוֹת fistulas aureas euacuantes à se aurum? Tharghum, אִסְקְרִיטָוָן rostra, vt nonnulli exponunt. R. Abrahám vasa scribit esse, in quibus calcantur oliuæ.

צִעְצַע Vnde צַעֲצוּעִים, quod eſt ſicut צֶאֱצָאִים, hoc eſt נְעָרִים pueri.2.Paralip.3.10,Cherubim duos,opere צַעֲצֻעִים puerorum.quia ſcilicet eorum facies erant vt facies puerorum . Et ſunt qui exponunt (inquit R. Dauid,)opere כִּרְכּוּב circuitus.rotunditatis.


צִפְצֵף Garrire more auiũ. Sicut enim דִּבֵּר eſt hominum,ſic צִפְצֵף auiũ. In pihél,Ieſah.10.14,& aperiens os,וּמְצַפְצֵף & garriẽs. Et 8.19,הַמְצַפְצְפִים qui garriunt,& loquuntur. Et צַפְצָפָה eſt ſpecies Salicis vilis, inquit R.D.in lib.rad. vt exponunt doctores. Iechez. 17.4, צַפְצָפָה שָׂמוֹ ſalicem poſuit illud.i.vt ſalix vilis ponitur,poſuit illud.Sunt qui exponunt,Ego feci eos vt ſalicem magnã iuxta aquas multas,& ipſi poſuerũt ſeipſos vt ſalicem magnã inter montes. Et ſecundũ verba doctorũ,שָׂמוֹ exponitur,Poſuit Iſraél ſeipſum. Tharghum,vitem plantatã poſuit illud.acſi dicat,quanquã accepit ſemen,tamen ſemen eius poſuit ſicut vitẽ plantatam,quia cito creuit. granũ enim ſatũ non cito germinat vt vitis plantata, inquit R.D.in cõm.& lib.ra.

צָרְפַת Gallia. Hobadiáh 20,עַד־צָרְפַת vſque ad Galliam.Eſt & nomen vrbis in Sidón,1.Reg.17. 9,ſurge,vade צָרְפַתָה in Sarpháth.

Nomen quinque literarum.

צְפַרְדֵּעַ Rana. Pſal.78.44,וּצְפַרְדֵּעַ & ranam. Exod. 8.3,& producet fluuius צְפַרְדְּעִים ranas.

ק



Est radicalis litera, nunquã deseruiens.

קא Vnde קָאַת, Onocrotalus. auis cygno similis: sic dicta, quòd collum in aqua mergens, spiránsque, veluti ruditum asini edat. R. Ionáh in hac radice hoc nomen citauit: & adduxit הַקָּאָה cum ה, & dixit, Et iam mutarunt ה in ת, & dixerunt קָאַת. Sed quum non inueniatur קָאָה cum ה, cur arbitratus est radicem קאת esse קָאָה? At rectum est vt ת sit radicale, & sit ad similitudinem דָּבָר, & in regimine קְאַת sicut דְּבַר. Iesah. 34. 11, & hæreditabunt eam קָאַת onocrotalus, & ericius. Est auis quæ in Misnáh dicitur קִיק auis solitaria, quæ inuenitur in maritimis locis. Psa. 102. 7, similis sum לִקְאַת onocrotalo solitudinis.

קאה Euomere. Leuit. 18. 28, quẽadmodum קָאָה אֶת־הַגּוֹי euomuit gẽtem. Irme. 25. 27, inebriamini, וּקְיוּ & vomite. Scribitur cum ו, וּקְוּוּ: & legitur cum י, וּקְיוּ. Radix est קָאָה, & י est vice א, inquit R. D. in cõment. & lib. rad. Et in hifhil, Prouerb. 25. 16, וַהֲקֵאתוֹ & euomas illud. Leuit. 20. 22, וְלֹא־תָקִיא אֶתְכֶם הָאָרֶץ & nõ euomet vos terra. קִיא, quære in קוא.

קב Cabus: mẽsura continẽs sextã partem sati. 2. Reg. 6. 25, & quarta pars הַקַּב stercoris &c. Rectũ videtur vt radix eius sit קָבַב, quia in plurali daghessatur קַבִּים.

קבב Maledicere. Num. 23. 31, וְקַבֹּתוֹ & maledices ei mihi inde. Et 24. 10, לָקֹב אֹיְבַי ad maledicendum inimicis meis vocaui te. Item 22. 11, קָבָה־לִּי אֹתוֹ maledic mihi illũ. ב secũdum normã debuerat daghessari: & quia abstulerunt daghẽs, camẽs chathẽph trãsiuit in camẽs

latum,ait R.D.in Michlól.Et 23.13,וְקָבְנוֹ־לִי מִשָּׁם & maledic ei mihi(propter me)inde. Eſt dictio extranea, ait R.D.in Michlól.Scripſit R.Ionáh radicem eſſe קָבַן:ſed non eſt rectum , quum non inueniamus talem radicem: ſed rectius eſt vt נ redūdet,aut quòd ſit loco literæ geminandæ , vt dictum eſt in מָעֻזְּנֶיהָ in עָזַז. Rectum quoque eſt vt נ & ו ſint ſigna pronominis paſſiui, vt ſolet eſſe in futuro,vt יִשְׁמְרֶנּוּ קָבְנוֹ.Et ſecundum normam erat dagheſſandū,ſed eſt lene. Et cecidit daghés ex geminato,& ex נ, & venit cū chólem,ſicut יְעַרְרוּנִי,de quo in לָכַר. Nume.23.8,cur אֶקֹּב לֹא קַבֹּה אֵל maledicā cui non maledixit ei Deus? Nomen,Nume.25.8,& ingreſſus poſt virū Iſraél אֶל־הַקֻּבָּה tabernaculum ſecundū.Et ſine daghés, Nūe.25.8,& perfodit ambos,virū Iſraél,& mulierē אֶל־קֳבָתָהּ in tabernaculo eius.ſub.mulieris.Vel,in ventre eius,ſicut Tharghū בִּמְעָהָא.Et doctores Hebræorum exponunt,in loco turpitudinis eius.R.Ionáh ſcripſit radicem eſſe קָבָה inſtar חָמָה.ſed iam ſcripſimus radicē חָמָה eſſe יָחַם. Et quia in Miſnáh legitur קֵיבַת in regimine genitiui,p cum ſeri, videtur quòd radix ſit קוּב: & ſic קֳבָתָהּ erit ex quieſcentibus , & eius ſingulare erit קוֹבָה. & cū pronomine mutatum eſt chólem in camés chathéph. Vel eſt ex deſinētibus in ה, & eius ſingulare eſt קֹבֶת ad ſimilitudinem שֹׁקֶת à שָׁקָה.

קֵבָה Ventriculus, Vide קוּב.

קִבֵּל Suſcipere,recipere,Acceptare,acquieſcere. In pihél,Eſtér 4.4,& non קִבֵּל acquieuit.Et 9.23,וְקִבֵּל & suſcepit quiſque Iehudæorum illud quod cœperunt facere.1.Paralip.21.11,קַבֶּל־לָךְ accipe tibi.Prouerb.19.20,וְקַבֵּל מוּסָר & ſuſcipe eruditionem.1.Paralip.12.18,וַיְקַבְּלֵם & suſcepit eos Dauid. Iiób 2.10,Etiā אֶת־הַטּוֹב נְקַבֵּל bonū recipiemus à Deo,& malum nō נְקַבֵּל recipiemus? Et in

hifhil, Exo.26.5, מַקְבִּלֹת oppositi(ſub.erunt)laqueoli alter alteri. Et קֳבַל eſt Corá,contra,eregione.2.Reg.15.10,& percuſſit eũ קָבָל־עָם coram populo.i.percuſſit eum palàm.Et ſunt duæ dictiones. Vnde Tharghum habet קֳדָם עַמָּא coram populo.Idem R.D.in cõment.Iechez.26.9,& baliſtam קָבָלּוֹ contra eam ponet &c.Vide מָחָה.

קָבַע Eſt גָּזַל, Rapere,& vi capere. Prouerb.22.23, וְקָבַע אֶת־קֹבְעֵיהֶם נָפֶשׁ & rapiet à rapientibus eos animam. R.Abrahám in cõment. Et corrũpet,aut perdet, vel rapiet.R.Leuí in cómen. Et rapiet animam rapientis eos: quia rapiens pauperis bona,rapit eius vitã. R. Himmanuél, Et rapiet rapientes eos rapina animæ. & ſenſus eſt,capiet animã eorum. Vel dictio אֶת hoc loco eſt vice מִן:vt ſit, rapiet à rapiẽtibus eos animã eorum. Malachi 3.8, הֲיִקְבַּע אָדָם אֱלֹהִים כִּי אַתֶּם קֹבְעִים אֹתִי וַאֲמַרְתֶּם בַּמֶּה קְבַעֲנוּךָ nunquid rapiet homo Deũ,quia vos rapitis me? Et dixiſtis,In quo rapuimus te? In decima, &c.i. Nunquid rapiet homo quæ Dei ſunt,quòd vos rapitis mea? Et dixiſtis,In quo rapuimus tua? Quia rapitis decimas meas,& oblationes meas. Sic R.Abrahám & R.D. in lib.rad.& commen. Nomen, קוֹבַע, Galea.1.Semu.17.38,& poſuit קוֹבַע galeam æneá. Eſt longum. Breue vero, Ieche.23.24, וְקוֹבַע. Et iuxta Maſóreth, non eſt illi ſimile. Aliud, Ieſa h.51.17, אֶת־קֻבַּעַת fæcem calicis ſoporis bibiſti. Vulgò פונדרליאש *fondrilles.*

קָבַץ Congregare.1.Reg.20.1, קָבַץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ congregauit omnem exercitũ ſuum. Iechez.22.19, קֹבֵץ אֶתְכֶם congrego vos. Sephan. 3.8, לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת vt congregem regna.1.Semu.7.5, קִבְצוּ אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל congregate vniuerſum Iſraél. Proue.28.8, יִקְבְּצֶנּוּ congregabit eá. Et in nifhál, Iehoſ.10.6, נִקְבְּצוּ congregati ſunt. Irm.

40.15, הַנִּקְבָּצִים qui congregantur ad te. Pſa.102.23, בְּהִקָּבֵץ quum congregati fuerint populi. Gene.49.2, הִקָּבְצוּ cõgregamini. congregate vos. Ieſah.60.7, יִקָּבְצוּ לָךְ congregabũtur tibi. Et in pihél, Deute.30.3, וְקִבֶּצְךָ & congregabitur. Ioél 2. 6, omnes facies קִבְּצוּ contraxerunt nigredinem. Ieſah.13.14, & non eſt מְקַבֵּץ congregans. Micháh 2.12, קַבֵּץ אֲקַבֵּץ congregando cógregabo. Pſal.106. 47, וְקַבְּצֵנוּ & congrega nos. Iechez.29.13, אֲקַבֵּץ אֶת־מִצְרַיִם congregabo AEgyptum. Et in puhál, Micháh 1. 7, quia de mercede meretricis קֻבָּצָה (pro קִבְּצָה) congregata eſt. Eſt enim chirí́c loco ſurék, vt ſcripſit R. Ionáh. Sed rectum eſt vt ſit ex pihél. i. congregauit Somrón quæ ſunt ſibi. Et ita exponit R. Abrahám auenhezra in comment. R. Hannaghid exponit vt R. Ionáh. Et in hithpahál, Iudi.9.47, & nuntiatum eſt ipſi Abimélech quòd הִתְקַבְּצוּ congregati eſſent. Ieſah.44.11, יִתְקַבְּצוּ congregabuntur. Nomen, Ieſah.57.13, Quum clamaueris, liberent te קִבּוּצַיִךְ congregationes tuæ.

קָבַר Sepelire. Gen.23.19, קָבַר אַבְרָהָם אֶת־שָׂרָה Sepeliuit Abrahám Saráh vxorem ſuam. 2. Reg. 9.10, & non erit קֹבֵר ſepeliens. Et cum ו, Pſal.79.3, קוֹבֵר. Deute. 21. 23, קָבוֹר תִּקְבְּרֶנּוּ ſepeliendo ſepelies eum. Irme.19.11, לִקְבּוֹר ad ſepeliendum. Gen.23.6, קְבֹר אֶת־מֵתֶךָ ſepeli mortuum tuũ. Deuter.34.6, וַיִּקְבֹּר אֹתוֹ & ſepeliuit eum. Geneſ.47.29, אַל־נָא תִקְבְּרֵנִי ne quæſo ſepelias me in AEgypto. Et in nifhál, Ruth 1.17, & ibi אֶקָּבֵר ſepeliar. Et in pihél, Irme. 14. 16, & non erit מְקַבֵּר לָהֵמָּה ſepeliens eos. Hoſe.9.5, Moph תְּקַבְּרֵם ſepeliet eos. Et in puhál, Gene.25.10, illic קֻבַּר ſepultus eſt Abrahám. Nomen, Pſal.5.10. קֶבֶר פָּתוּחַ ſepulchrum patens guttur eorũ. Geneſ.23.6, אֶת־קִבְרוֹ ſepulchrum ſuũ. Exo.14.11, קְבָרִים ſepul

chra.Irm.8.1,educét ossa &c.מִקִּבְרֵיהֶם de sepulchris eorum.Et cum ה fœmineo. Iesah.14.20, בִּקְבוּרָה in sepultura.Gene.35.20,קְבֻרַת־רָחֵל sepulchrũ Rachel.Iiob 21.32, & ipse לִקְבָרוֹת ad sepulchra(.i.ad vnum è sepulchris)ducetur.Iechez.37.12,קִבְרוֹתֵיכֶם sepulchra vestra.

קָדַד Adorare,incuruare se,humiliare verticẽ.Gene. 24.48,וָאֶקֹּד וָאֶשְׁתַּחֲוֶה & incuruaui me,& adoraui. Exo.4.31,וַיִּקְּדוּ & incuruauerũt se,& adorauerũt. Nomen geminatum,קָדְקֹד,Vertex capitis, Summa pars capitis in qua capilli diuiduntur,parte vna ad dexteram, altera ad sinistrã tendente.Psal.68.22,Transfiget caput inimicorum suorũ קָדְקֹד שֵׂעָר verticem capilli.i.diuidẽtem capillos ad dexterã, & ad sinistram. Deuter.28.35, vsque ad קָדְקֳדֶךָ verticem tuũ. Alia forma,קִדָּה,Casia. Vnde Hebræi exponunt קְצִיעָה casiam,quam Græci etiã κασίας appellant. Iechez. 27. 19,קִדָּה casiam, & calamũ. Exod.30.24,וְקִדָּה & casiæ quingentos seclos.Vbi Tharghum habet וּקְצִיעְתָא & casiæ.

קָדַח Ardere.Et intransitiuum & transitiuũ.Deute. 32.22,Ignis קָדְחָה succensus est(exarsit)in furore meo.Iesa.50.11, קֹדְחֵי אֵשׁ succendentes ignem.Et 64.2, כִּקְדֹחַ אֵשׁ sicut ardet ignis. Nomen,præposito א,אֶקְדָּח, Genus lapidis pretiosi, sic forsan appellati quòd illius aspectus sit vt ignis. Iesah. 54. 12, & portas tuas לְאַבְנֵי אֶקְדָּח è lapidibus carbunculi. R. Abrahám in cõment. lapidem scribit esse pretiosum. R.D.in comment. scribit ל significare ipsos.i.ponã ipsos lapides.vel est vt אֵת accusandi casus signum,sicut Exo.27.3,לְכָל־כֵּלָיו omnia vasa facies ænea. Et אֶקְדָּח est lapis pretiosus splendens vt ignis, sicut Iechez.28.14,in medio lapidum ignis.i. splendentiũ vt ignis.Tharghum,לְאַבְנֵי גְּמַר lapides car-

bunculi. Nā pro גַּחֶלֶת carbo, prunæ, habet גּוּמְרָא. Aliud, קַדַּחַת, AEgritudo exurens præ nimia caliditate, quam appellāt אֵשׁ שֶׁל־עֲצָמוֹת ignem ossium. Leui.26.16, וְאֶת־הַקַּדַּחַת & ardorem. seu febrem ardentem.

קֶדֶם Vnde קֶדֶם cum sex punctis, Ante, antequam, Priusquam, Antiquitas, Initiū, principium, Oriens siue pars Orientalis. Gene.29.1, ad terram filiorū קֶדֶם Orientis. & sic Tharghum, מַדִּנְחָא Orientis. Deute. 33.15, & de vertice montiū קֶדֶם antiquitatis. i. antiquorum. Et 27, habitaculum Deus קֶדֶם principii. i. Deus qui est ab initio, hoc est ab æterno. Tharghum, habitaculū Dei דְּמִלְּקַדְמִין qui est ab initio. 2. Reg. 19.24, nónne audisti à longinquo, illud quod feci לְמִימֵי קֶדֶם à diebus antiquitatis. i. prioribus, & antiquis? Irme. 46.26, secundū dies קֶדֶם antiquitatis. i. antiquos. Psa. 55.20, manens קֶדֶם ab initio. R.D, Deus qui prior est omnidus creaturis suis. R. Abrahám, habitās קֶדֶם, hoc est עַד in seculū. Psal. 119.152, קֶדֶם antea (aut ab initio) cognoui &c. Et 139.5, retro וָקֶדֶם & ante formasti me. Vide צור. Irme.30.20, & erunt filii eius כְּקֶדֶם sicut antea. Tharghum, כְּדְמִלְּקַדְמִין sicut ab initio. Genes.2.8, & plantauit (.i. & iam plantauerat) Dominus Deus hortum in Héden מִקֶּדֶם ab Oriente, vel ab initio: & ita habet Tharghum, מִלְּקַדְמִין ab initio. Et 3.24, collocauit מִקֶּדֶם ab oriente horti. Tharghum similiter מִלְּקַדְמִין ante hortū. Ieho.7.2, מִקֶּדֶם לְבֵית־אֵל ante Bethel. Plurale, קְדָמִים. & in regimine קַדְמֵי. Prouerb.8.23, מִקַּדְמֵי־אֶרֶץ ab initiis terræ. Et cū ה in fine loco ל, vel אֶל in principio. Gene.25.6, קֵדְמָה ad Orientem. Et 13.14, & ad Meridiē וָקֵדְמָה & ad Orientem. Interdū iunguntur duo synonyma, quorum posterius est magis notum: vt Exo.27.13, & latitudo atrii ad plagam קֵדְמָה

מורחה

מִזְרָחָה ad Orientem, ad Orientē. aut ortum. sub. solis. Vel, ad angulum Orientis &c. Nomen fœmineum, קֵדְמָה, Antiquitas, initium, ante: instar שַׂלְמָה. & קִדְמָה instar שִׂמְלָה. Gene. 2.14, ipse vadit קִדְמַת ante Assur. Psal. 129.6, sint sicut herba tectorū שֶׁקַּדְמַת quæ antequā egrediatur, aruit. Iesa. 23.7, à diebus קֶדֶם קַדְמָתָהּ antiquitatis (antiquis) antiquitas eius. ה habet mappic. Iech. 36.11, & redire faciā vos כְּקַדְמוֹתֵיכֶם secūdū antiquitates vestras.

Alia forma, Iud. 5.21, Torrēs Chisón traxit eos, torrēs קְדוּמִים antiquitatū. Tharghū, torrēs Chisón traxit eos, torrēs in quo facta sunt signa, & fortitudines ab initio Israeli, est torrens Chisón. Et in comment. exponitur, torrens antiquitatū. i. torrens qui fuit ibi ab initio, acsi creatus fuisset ibi ab initio ad capiēdā vltionē de inimicis eorū, iuxta illud Prouer. 16. 4, Omnia operatus est Dominus propter seipsum. Toar קַדְמוֹנִי, Antiquus, priscus, Orientalis. 1. Semu. 24.14, quemadmodū dicit prouerbium הַקַּדְמֹנִי antiqui. casu generandi, non antiquum. R. D. in cōment. Prouerbio antiquo. i. hominis antiqui, quia est סָמוּךְ, id est in regimine genitiui, acsi dicat, primi qui dixit prouerbiū hoc, quod fuit postea in ore omnium hominū. Tharghum, Quemadmodū dicit prouerbium דְמִלְּקַדְמִין quod est ab initio. Zechar. 14.8, ad mare הַקַּדְמוֹנִי Orientale. Iiob 18.20, וְקַדְמֹנִים & antiqui apprehenderūt pauorem. vel turbinē, secundum Tharghum, & R. Leui in cōmen. Ieche. 47.7, aquæ istæ quæ egrediuntur ad Ghelilāh הַקַּדְמוֹנָה Orientalem. R. D. in comment. Ghelilāh est nomen prouinciæ, siue regionis, vel termini: sicut Ioél 3. 4, Et omnes Ghelilóth Peléseth. & קַדְמוֹנָה significat מִזְרָחִית Orientalem.

Ventus quoque qui flat ab Oriēte, vocatur קָדִים, Sub-

Dd.i.

ſolanus, Eurus, Vulturnus. Subſolanus eſt ab Oriente æquinoctiali, ad Septentrionem Vulturnus, ad Meridié Eurus. In Sacris literis plærunque additur רוּחַ ventus: vt Exo.10.13, duxit רוּחַ קָדִים ventum Orientalé. Irme.18.17, בְּרוּחַ־קָדִים vento Orientali diſpergá eos. Plæraque exemplaria habent כּ. vnde R.D. in cómen. hoc modo ſcribit, Sicut ventus Orientalis qui eſt vehemés, & diſpergit quiſquilias, & alia minuta, ſic diſpergã eos coram inimico, quia ante illũ fugient huc & illuc. Et Tharghum, Sicut diſpergit ventus Orientalis, diſpergam eos &c. Geneſ.41.6, ſpicæ tenues, & arefactæ קָדִים Subſolano. Hoſe.12.1, Ephráim paſcitur vétum, & perſequitur קָדִים Subſolanú. R.D. in comment. Ephráim colens vitulos ſimilis eſt aperienti os ſuú vento, & paſcenti illum, ex quo non viuit, & ſequenti Subſolanũ. Idem repetit in dictionibus diſtinctis. Et memorauit Subſolanũ, ſiue Eurú, qui vt eſt vehementiſſimus inter ventos, & homines lædit: ſic & illi non modo ſibi, verú etiam & aliis erãt nocuméto in vitulorú cultu. Chab. 1.9, קָדִימָה ad Orienté. Fit autem à קָדַם, verbú in pihél, pro Præuenire, præoccupare. Ionáh 4.2, ideo קִדַּמְתִּי præoccupaui (præueni) vt fugerem in Tharſis. Pſa.119.147, קִדַּמְתִּי præueni in crepuſculo. i. adhuc exiſtente nocte, præueni omnem hominé qui ſurgebat ad orandú. Pſa. 17.13, קַדְּמָה פָנָיו præueni faciem eius. ſub. cũ ira tua. Mi cháh 6.6, in quo אֲקַדֵּם יְהוָה præoccupabo (præueniam) Dominũ, &c. הַאֲקַדְּמֶנּוּ num præueniã eũ &c. Pſal.59.11, אֱלֹהֵי חַסְדּוֹ יְקַדְּמֵנִי Deus miſericordiæ meæ præueniet me. Nomen אֱלֹהֵי Hebræis eſt in regimine. Aduerte autem quòd חַסְדּוֹ ſcribitur cum ו, & legitur cum י, quia duplex eſt lectio: חַסְדּוֹ miſericordiæ eius, & legitur חַסְדִּי miſeri-

cordiæ meæ: & ſenſus eſt idem, inquit R. D. in commen. Scriptura eſt de Deo faciente miſericordiam: lectio eſt de Dauid recipiente miſericordiã. Literæ enim deſeruientes, tam actiue quàm paſſiue deſeruiunt, vt Pſa. 2.6, & ego regnare feci מַלְכִּי regem meum. i. regem quẽ ego regnare feci. Et 74.12, Et Deus מַלְכִּי rex meus ab initio. R. Abrahám in comment. Deus miſericordiæ meæ. i. qui eſt cauſa miſericordiæ meæ, nouit enim quòd in illos non ſum præuaricatus, ideo ipſe præueniet me reddendo illis ſecundum opus illorum. R. Himmanuél in comment. Deus qui conſueuit facere miſericordiam mecum, præueniet me ſalus eius, quanquam illã non merear. Et idcirco dixit, præueniet me: vt ſcilicet mecũ faciat bonũ. Vel, ibit ante me vt ſaluũ me faciat, iuxta illud Micháh 2.13, & tranſiuit rex eorũ ante eos, & Dominus in capite illorum. Et in hifhíl, Iiób 41.2, מִי הִקְדִּימַנִי quis præueniet me, & perficiam? R. D. in cõm. Dixit Deus ad Iiób, Vt quid aduerſum me murmuras? num quippiã tibi debeo, quod non reddiderim? Quis eſt qui præuenerit me in miſericordia (.i. qui aliquid miſericordiæ impartitus ſit mihi,) & reddã illi? Hoc dixit, quòd Deus & in vtero matris facit miſericordiã, idcirco non eſt qui illum præueniat. Hamós 9.10, nõ accedet וְתַקְדִּים nec præueniet propter nos malum.

קדר Tenebreſcere, nigreſcere, Pullatis indui veſtibus. Micháh 3.6, וְקָדַר & tenebreſcet ſuper eos dies. Irme. 8.21, ſuper contritione filiæ populi mei contritus ſum, קָדַרְתִּי pullatis veſtibus indui me. Pſal. 35.14, tanquam lugens matrem, קֹדֵר pullatus humiliaui me. R. Abrahám in cõment. Dixit pullatus: quoniam mos lugentis eſt vt nigro ſeipſum induat. R. Dauid, Sicut

filius lugens matrem mortuam,obſcuratus humiliaui me. facies enim lugentis, dolore, & luctu obſcuratur. Vel dixit de veſte,pullatus. R. Ioſéph Kimchi,Sicut lactens lugens mortua matre , quia non eſt qui lactet illum,obſcuratus &c. Iiób 6.16,הַקֹּדְרִים qui(ſub. torrentes) denigrantur à glacie. Glacie enim reſoluta multiplicantur aquæ,& inundāt terram,& aquæ nigræ efficiuntur:nix etiā quæ in illas ceciderit, latet vt plurimum,ob illarum obſcuritatem. Et in hifhil,Iechez.32.7,וְהִקְדַּרְתִּי אֶת־כֹּכְבֵיהֶם & tenebreſcere(obſcurari)faciā ſtellas eorū. Et 32.8, omnia luminaria lucis in cælis אַקְדִּירֵם nigreſcere(obſcurari) faciam ſuper te. Et in hithpahál, 1.Reg.18. 45, הִתְקַדְּרוּ obtenebrati ſunt nubibus.

Nomen, Ieſah.50.3, Induam cælos קַדְרוּת nigredine.

Alia forma,Malachi 3.14, Et quod ambulauerimus קְדֹרַנִּית obſcure.i.humiliter. Hebræi etiā vas in quo aliquid coquitur,vocant קְדֵירָה caldariam,lebetem,ob nigredinem propter ignem qui fit ſub illa.

קָדַשׁ Sanctificare, Præparare, Immundum eſſe. inuenitur enim in laudem & vituperium,inquit R. Abrahám. Exod.29.21,וְקָדַשׁ & ſanctificabitur ipſe. Ieſa. 65.5,ne appropinques ad me,quia קְדַשְׁתִּיךָ ſanctior ſum te. R.D.in lib.rad.& commen.& R.Abrahám ſcribūt eſſe intranſitiuum, vnde exponunt, אֲנִי קָדַשְׁתִּי מִמֶּךָּ,aut קָדוֹשׁ מִמֶּךָּ ſanctior ſum te. Exod.29.37,omne quod tetigerit altare,יִקְדָּשׁ ſanctificabitur. Chag.2.13.ſi acceperit quiſpiam carnem ſanctitatis &c.הֲיִקְדָּשׁ nónne ſanctificabitur? R.Abrahám, & R.D.in lib.rad.& in cōment. exponunt,nónne immundus erit?ſub.cibus, ſecūdum R.D.Et reſpóderunt ſacerdotes,& dixerunt,Non. Interrogat propheta ſacerdotes, dicens, Si acceperit &c.

quia ſcriptum eſt Leuit.6.26,Omne quod tetigerit carnem eius,ſanctificabitur: an tangens vas, vel oram in quo,vel in qua fuit caro ſanctitatis, vel panis,vel aliud ex his quæ memorata ſunt, ſit immundus. Et reſponderunt &c. Et rectum eſt verbum: quia nó tetigit carnem &c.ſed tantum oram,& ſic non fuit immundus. Et quod dixit, Omne quod tetigerit carnem eius, ſanctificabitur: eſt ſenſus,Omne comeſtibile quod tetigerit carnem oblationis pro peccato, & occultatum fuerit ab illo, ſanctificabitur.i. erit ſanctitas ſicut ipſum, &c. Deuter.22.9,Non ſeminabis vineam tuam diuerſo ſeminum genere,ne forte תִּקְדַּשׁ ſanctificetur plenitudo,ſemē quod ſeminaueris,& fructus vineæ.i.ne forte prohibeatur tibi ſicut ſanctitas. Et in nifhál,Exo. 29.43,וְנִקְדַּשׁ & ſanctificabitur in gloria mea.Iechez.36. 23,& ſcient gentes &c. בְּהִקָּדְשִׁי quum ſanctificatus fuero in vobis. Nume.20.13, וַיִּקָּדֵשׁ בָּם & ſanctificabitur in eis. Et in pihél,1.Reg.8.64,קִדַּשׁ הַמֶּלֶךְ אֶת תּוֹךְ הֶחָצֵר ſanctificauit rex medium atrii.Michah 3.5,וְקִדְּשׁוּ עָלָיו מִלְחָמָה & præparabút aduerſus illum bellum. Nechem.3.1,& ædificauerunt portã ouium, & ipſi קִדְּשׁוּהוּ ſanctificauerunt illam.vel inſtaurauerunt illam.Iechez.37.28,ego Dominus מְקַדֵּשׁ אֶת־יִשְׂרָאֵל ſanctifico Iſraél. Et 48.11, ſacerdotibus הַמְקֻדָּשׁ ſanctificato (pro ſanctificatis) de filiis Sadóc.Tharghú,Sacerdotibus qui ſanctificati ſunt. Idem R.D.in cōment. qui ſcribit eſſe tanquã vniuerſale,pro הַמְקֻדָּשִׁים qui ſanctificati ſűt. Ieche.46.20,לְקַדֵּשׁ אֶת־הָעָם ad ſanctificandum populum. Exod.13.2, קַדֶּשׁ־לִי כָל־בְּכוֹר ſanctifica mihi omne primogenitum.Et 19.14, וַיְקַדֵּשׁ אֶת־הָעָם & præparauit populum. Idem Tharghú, חַמִּין & præparauit.1.Semu.16.5,וַיְקַדֵּשׁ אֶת־יִשַׁי & præpara-

uit Iſái,& filios eius. Tharghú,& R.D.in cómen.præparauit.Iiob 1.5,וַיְקַדְּשֵׁם & ſanctificabat illos.vel & præparabat eos,ſecundum Tharghum. Idem R.Moſéh,& R.Abrahám Peruſól in cóment. præparabat enim eos ad cultum Dei, & ad offerendum holocauſta lotis veſtibus. Iechez.44.19,& non יְקַדְּשׁוּ אֶת־הָעָם ſanctificabút (vel præparabunt)populum in veſtibus ſuis.Tharghú, יִתְעָרְבוּן miſcebunt ſe cú populo. R.D.in cóment.ſanctificabunt: quia ſi tetigiſſent populum veſtibus ſacer dotalibus, quæ erant ſanctitas (.i. ſanctificatæ) viſum fuiſſet,populum eſſe ſanctum ſicut & ipſi. Et ad hunc modum vertit Ionathán in Tharghú, 2.Paralip.29.17, וַיְקַדְּשׁוּ & ſanctificauerunt domú Domini. Et in hifhíl,2.Semu.8.11,etiam אֹתָם הִקְדִּישׁ illa ſanctificare fecit rex Dauid.Sephan.1.7,הִקְדִּישׁ קְרֻאָיו præparare fecit inui tatos ſuos.Idem R.Abrahám in cómen.& R.D.Irme. 1.5, & antequá exires de vulua הִקְדַּשְׁתִּיךָ ſanctificaui te. vel præparaui,ſecundum Tharghú.Idem R.D.qui exponit, præparaui te(ſiue diſpoſui)vt eſſes. Leuit. 27.15, הַמַּקְדִּישׁ qui ſanctificat.Irme.12.3,וְהַקְדִּישֵׁם & præpara eos ad dié occiſionis.Idem R.Selomóh, R.Dauid,& Tharghum. Et in hithpahál,Ieſah.30.29,canticú erit vobis כְּלֵיל הִתְקַדֶּשׁ־חָג ſicut in nocte qua ſanctificatur (vel ſanctificata fuit)ſolennitas.i.péſach. vnde dicunt anti qui(inquit R. Abrahám) quòd in nocte péſach exciſa (exterminata)fuerunt caſtra Aſſúr.Tharghú,Laus erit vobis ſicut in nocte in qua ſanctificata fuit ſolennitas. R.D.in cóment. Ipſo die in quo erit plaga Aſſúr, erit vobis inhabitantibus Ieruſaláim canticum, atque læti tia ſicut in nocte qua ſanctificatur ſolennitas.Leuit.11. 44,וְהִתְקַדִּשְׁתֶּם & ſanctificabimini &c.ד cum chiric,quia

est ab הִתְקַדֵּשׁ cum ſeri. Si enim eſſet ab הִתְקַדֵּשׁ cum pathách, ד eſſet cum pathách, teſte R.D. in Michlól. R. Selomóh in cõment. exponit, Et ſanctificate voſipſos inferne, & eritis ſancti: quia ego ſãctificabo vos ſuperne, & in ſæculo venturo. Nume. 11.18, הִתְקַדְּשׁוּ præparate vos ad craſtinũ. ſic etiam Tharghú, אִזְדַּמְּנוּ. R. quoque Selomóh exponit, Præparate voſipſos ad vltiones: ſicut Irme. 12.3, Præpara eos ad diem occiſionis. R. quoque Abrahám in cõment. verbum ſcribit inueniri in laudem & vituperiũ. 1. Semu. 16.5, הִתְקַדְּשׁוּ præparate vos. ſic Tharghũ, & R.D. in cõment. Ieſah. 66.17, הַמִּתְקַדְּשִׁים qui ſanctificant ſe, & mundant ſe in hortis. Vel ſecundum Tharghú, Qui præparant, & mundant ſe in hortis. Significat enim hithpahál actionẽ immanentem, ſecundum cõmunem doctorũ Hebræorum opinionẽ. Et ſic Deut. 29.19, וְהִתְבָּרֵךְ & benedicet ſeipſum in corde ſuo. quia non erit benedictus, ſed in corde ſuo putabit ſe eſſe benedictũ. Et Prouer. 12.9, melior eſt ignobilis cui eſt ſeruus, מִּמִּתְכַּבֵּר quàm qui ſe oſtendit glorioſum ac diuitem, & indiget pane. Ita hoc loco, Qui ſe oſtendunt ſanctificatos & mundos, & tamen ſunt immundi in hortis. i. in piſcinis aquarũ quæ ſunt in hortis, inquit R.D. 2. Semu. 11.4, & ipſa מִתְקַדֶּשֶׁת ſanctificauerat ſe ab immunditia ſua. i. à menſtruo ſuo. R. Leui in cõment. Et ipſa erat tunc lota, vt eſſet mũda ab immunditia ſua. R. D. in cõment. Hoc dixit, vt oſtẽderet ſe rem non habiturũ fuiſſe cũ illa, ſi fuiſſet immunda: ſed iam erat purificata ab immunditia ſua. Erat enim peculiaris lotio ad talem ſanctificationẽ faciẽdam. vnde dixit quòd viderat illam ſe lauantẽ. 2. Paralip. 29.33, quia leuitæ erant recti corde, לְהִתְקַדֵּשׁ vt ſanctificarẽtur

magis ſacerdotes. Dixit paulò ſuprà, quòd iuuerũt eos (ſub. ſacerdotes) leuitæ, donec cõplerent opus, & donec ſanctificarentur ſacerdotes: quia leuitæ erãt recti corde ad ſanctificandum ſe magis quàm ſacerdotes. Exponit, cur ſanctificaſſent ſe leuitæ, & nõ ſacerdotes: quia videlicet leuitæ erant puri & recti corde ad ſanctificandum ſe magis quàm ſacerdotes, vt exponitur in comment. Et eodem verſu, donec יִתְקַדְּשׁוּ ſanctificarent ſe.

Tóar, קָדוֹשׁ, Sanctus. Exo. 29. 31, in loco קָדֹשׁ ſancto. Ieſah. 6. 3, dicebant, קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ ſanctus, ſanctus, ſanctus. Pſal. 46. 5, lætificabunt ciuitatẽ Dei קְדֹשׁ ſanctam habitaculorum Altiſſimi. i. lætificabunt habitatores ciuitatis, quæ eſt ſancta inter habitacula Altiſſimi, vt exponit R. Abrahám. Et R. Dauid, lætificabũt ciuitatem Dei. i. Ieruſaláim, quæ eſt locus ſãctior inter habitacula Altiſſimi. Omnis enim terra Iſraél eſt habitaculũ, & locus Altiſſimi: ſed Ieruſaláim eſt ſanctior locus. Et 65. 5, ſaturabimur בְּטוּב bono domus tuæ קְדֹשׁ ſanctioris loci tabernaculi tui. R. Abrahã exponit, Saturabimur delectatione animæ in cultu Dei, in domo ſanctuarii, in bonitate ſancti tabernaculi tui. Repetẽda enim eſt dictio בְּטוּב. Sunt qui exponũt, in bonitate domus tuæ, tu ſanctus in tabernaculo tuo. R. D. in cõmen. Loquitur in perſona illorum qui futuri ſunt tẽpore ſalutis, Saturabimur in bonitate domus tuæ. acſi dicat, In gloria quæ habitabit ibi in loco ſanctiori tabernaculi tui. .i. in adyto vbi eſt arca manens cum gloria. Zecha. 14. 5, omnes קְדֹשִׁים ſancti tecum. Leuit. 19. 2, קְדֹשִׁים ſancti eritis. Subſtantiuũ, קֹדֶשׁ, Sanctitas, Sanctificatio. Exod. 3. 5, terra קֹדֶשׁ הוּא ſanctitatis eſt. i. locus ſanctus eſt. Et ita habet Tharghũ. Pſal. 20. 3, mittat auxilium tuum מִקֹּדֶשׁ de

de sanctitate.i.de loco arcæ,inquit R.Abrahám.Tharghum,de domo sanctuarii sui.R.Dauid,de domo(aut templo)in qua erat arca, quia ibi erat gloria. Et 3.5, & exaudiuit me de mõte קָדְשׁוֹ sanctitatis suæ.i. de Siión qui appellatur mons sanctitatis eius,propter arcã quæ ibi erat. Vel,de mõte sanctitatis eius.i.de cælo.Et 11.4, Dominus in tẽplo קָדְשׁוֹ sanctitatis suæ.i.in cælo.R.Abrahám & R.D. Vnde idem repetẽs,Dominus,inquit, in cælo sedes eius. Itẽ 114.2,Fuit Iehudáh לְקָדְשׁוֹ in sanctificationem eius. Ieche.36.38,sicut oues קָדָשִׁים sanctificationũ. 1.Reg.15.15, & introduxit אֶת־קָדְשֵׁי אָבִיו וְקָדָשָׁיו בֵּית יְהוָה sanctificationes(.i.sanctificata)patris sui,& sanctificationes domus Domini.Iechez.22.8,קָדָשַׁי sanctificationes meas diripuisti.ק cum camẽs lato,inquit R. D. Alia forma, præposito מ: & ק daghessato interdũ euphoniæ gratia,secũdum R.D.in Michlól:est Sanctificatio,Sanctuarium, domus sanctitatis, Palatiũ regium:sic dictũ,quòd sit vt sanctuariũ in quod non ingreditur nisi notus. Locus itẽ ad quem homini est refugium.Exod.15.17,loco &c.quẽ operatus es Domine, מִקְּדָשׁ sanctuariũ Domine quod firmauerũt(aut parauerunt.i.operatæ sunt.R.Abra.)manus tuæ.Secundũ R. D.in Michlól,ק est cũ daghẽs euphoniæ gratia:vel redundat,secũdum R.Abrahám in cõmen. Et quia ק est cum seuá moto, ד est lene, quia in tota Scriptura non est daghẽs post seuá motum,nisi in שְׁתַּיִם.Ieche.48.10, Et erit מִקְדַּשׁ־יְהוָה sanctuarium Domini in medio eius. Exod.25.7,& faciẽt mihi מִקְדָּשׁ sanctuariũ. Hamós 7.13, quia מִקְדַּשׁ־מֶלֶךְ הוּא palatium regis est , & domus regni est.R.Abrahám in cõment.idem repeti scribit. Iesah. 8.14,& erit לְמִקְדָּשׁ in palatiũ.Et sunt qui exponunt(n-

quit R.D.in lib.ra.& est expositio R.Abrahã in cõm.) acsi dicat, locus vt confugiat ad ipsum homo. Secundũ hoc, sensus est, Et erit &c. duabus domibus Israél, vni ad bonũ, alteri ad malum: quia Sebná, & coniurati eius, fecerũt pacem cũ rege Assúr: sed Chizchiiáh cum sibi adhærẽtibus noluit facere pacem. Et hoc est quod dixit suprà, versu 12, Ne dicatis, Coniuratio &c. Ex quo apparet partem populi cõiurasse vt vrbem traderet in manu regis Assúr, qui dicebat regi Chizchiiáh, & illi adhærentibus, Erit nomen Domini in palatiũ ad confugiẽdum in illud, & in domũ coniurationum erit in lapidem percussionis. Potest etiam exponi, in præparationem, scilicet vltionum. acsi dicat, In offendiculum coram illis erit, quẽadmodum dixit Ieche.3.20, Et dabo offendiculum corá eo. Tunc erit sensus, duabus domibus Israél.i. Pécach filii Remaliáhu, & Sebná & coniuratis eius. vterque enim optabat ruinã regni domus Dauid. Inhabitanti Ierusaláim.i. Chizchiiáh, & illi adhærentibus, ero illis in palatiũ paruum: secundum illud Prouerb.18.10, Turris fortitudinis nomen Domini. Iesa.16.12, & ingredietur אֶל־מִקְדָּשׁוֹ sanctuariũ suum vt oret.i. domũ sanctuarii sui, hoc est deorum suorum. Et sic habet Tharghum. Psal.74.7, miserũt in ignem מִקְדָּשֶׁיךָ sanctuarium tuum. scribitur tamẽ cum י signo multitudinis. Et est hypallage, secũdum R. Bilhám, & R.D. & R. Himmanuél in cõmen. pro, miserũt ignem in sanctuariũ tuum. Sed secũdum R. Abrahám sensus est, ignem fuisse in circuitu, acsi fuisset sanctuariũ missum in ignẽ. Iechez.21.7. & stilla ad מִקְדָּשִׁים sanctuaria. Psal.73.17, donec ingrediar אֶל־מִקְדְּשֵׁי־אֵל sãctuaria Dei.i. mũdum angelorũ animarũmq; vbi finis est mercedis,

& retributio permanens, inquit R.D.in cóment. Hamós 7.9, וּמִקְדְּשֵׁי & palatia Israél destruentur, secúdum R.D.in cóment.Iechez.28.18,polluisti מִקְדָּשֶׁיךָ sanctuaria tua.vel sanctuarium tuum.Duplex enim est lectio, cum י,& sine י.Vel palatium tuum,vt exponit R.D.in cómen.& est rectū. Psal.68.36,terribilis Deus מִמִּקְדָּשֶׁיךָ à sanctuariis tuis. Scribitur cum י signo multitudinis: quia sanctuariū infernum est dispositū secundum sanctuarium supernum,quod est solium gloriæ. Vel dixit numerc ..ultitudinis,quia in sanctuario erāt tres domus,אוּלָם porticus,הֵיכָל templum externú, דְּבִיר oraculum,adytú,pars tēpli interior. Iechez.7.26,& polluentur מְקַדְשֵׁיהֶם sanctuaria illorū, quod est sicut מִקְדָּשֵׁיהֶם, inquit R.D.in lib.ra.sed est alterius speciei:cuius singulare est מְקַדֵּשׁ instar מְתַעֵב. Tóar in vituperiū,קָדֵשׁ, Scortum masculum: sic dictú,quòd sit paratū ad concubitum,Cinædus. Deuter.23.17,tam fœmineū,quàm masculeum, non erit קְדֵשָׁה scortum(meretrix)de filiabus Israél,neq; erit קָדֵשׁ cinædus de filiis Israél. 1.Reg. 14.24, & etiam קָדֵשׁ cinædus fuit in terra. Iiób 36.14,& vita eorum sit בַּקְּדֵשִׁים inter cinædos.Hose.4.14,& cum הַקְּדֵשׁוֹת meretricibus sacrificabant.

קָהָה Obstupescere,obtusum fieri.Irme.31.29,patres comederunt vuā acerbam, & dentes filiorum תִּקְהֶינָה obstupescent. Et in pihél,Ecclesi.10.10,si קֵהָה obtusum(aut hebetatum)fuerit ferrum.

קָהַל In nifhál,Congregari,aut congregare se.Estér 9.2, נִקְהֲלוּ congregati sunt. Iechez.38.8,הַנִּקְהָלִים quæ congregantur. Nume.16.42, בְּהִקָּהֵל dum congregaretur.Exod.32.1,וַיִּקָּהֵל & congregatus est. Et in hifhil, Iechez.38.13,הִקְהַלְתְּ קְהָלֶךָ congregasti congregatio-

nem tuam. Leuit.8.3,וְאֵת כָּל־הָעֵדָה הַקְהֵל, & omnem congregationem congrega. Deute.31.28,הַקְהִילוּ congregate. Tóar fœmineũ,קֹהֶלֶת, Concionatrix, cógregatrix, Eccles.12.8. & est epithetõ animæ ecclesiastis, quæ multam congregauerat sapientiã. Nomen, Psal.22.23, In medio קָהָל congregationis. Et cũ ה vocandi aduerbio, Nume.15.15,הַקָּהָל ô congregatio. Deuter.23.2, בִּקְהַל in congregatione. Ieche.27.34,קְהָלֵךְ cógregatio tua. Alia forma, Deuter.33.4, legem præcepit לָנוּ nobis Moséh,מוֹרָשָׁה קְהִלַּת יַעֲקֹב hæreditatem congregatióni Iahacób. ל enim præcedens deseruit dictioni קְהִלַּת. Vnde R. Abrahám in cóment. scribit quòd ל in לָנוּ, trahit se, & alteram secum: & sic vertendum, hæreditatẽ, hæreditatem congregationi Iahacób. Et sic Tharghum habet, לִכְנִשְׁתָּ congregationi. Alia item, præposito מ,מַקְהֵל. Psal.26.12,בְּמַקְהֵלִים in cógregationibus. Forma fœminea, Psal.68.27,בְּמַקְהֵלוֹת in ecclesiis benedicite Deo.

קוא Vomere. Vnde קָאָה fœmineũ, vomuit, instar בָּאָה à בוֹא: vel est à קָאָה, vide קָאָה: & sic est instar עָשָׂה. Et in hifhíl, vide in prædicta radice. Nomen, Iesa. 28.8, omnes mensæ repletæ sunt קִיא vomitu. Et 19.14, בְּקִיאוֹ in vomitu suo.

קוב Vnde קֵבָה, Ventriculus, stomachus. Deuter.18.3, & maxillas,וְהַקֵּבָה & stomachum. Reliqua quæ solent à nonnullis citari in hac radice, quære in קָבַב.

קוה Præstolari, expectare, Sperare, Congregare. Iesa. 40.31,וְקוֵֹי יְהוָה & expectantes Dominũ. aut, sperantes in Domino. ponitur pro וְקוֹיֵי. mutatũ est enim ו in י, inquit R.D. Et י quod deficit in scriptura, remansit in pronuntiatione. scribitur enim cũ vno י tantum, quod est loco ו radicali: י verò signum plurale latet, &

eſt in pronuntiatione. R.D.in cõmen.& lib.rad.Pſal. 25.3, קֹוֶיךָ expectantes te.ſperãtes in te. Et in pihél, Ieſah.8.17, וְקִוֵּיתִי לוֹ & expectabo eum. ſperabo in eo, fidã illi.Pſal.56.7, קִוּוּ נַפְשִׁי expectauerunt animã meam.pro לְנַפְשִׁי. Et 40. 2, קַוֹּה קִוִּיתִי Expectando expectaui Dominũ. Item 27.14, קַוֵּה אֶל־יְהוָה expecta Dominũ. Iiób 17.13, אִם־אֲקַוֶּה ſi expectauero.vel ædificauero.Et eſt tranſlatio à קַו linea, aut filo quod in ædificãdo extenditur, vt exponit R.D.in lib.rad.Iiób 3.9, יְקַו־לְאוֹר expectet lucem. Ieſah.51.5, אֵלַי אִיִּים יְקַוּוּ me inſulæ expectabunt. Et in nifhál, Congregare. Irme.3.17, וְנִקְווּ & congregabũtur ad eam omnes gentes. Nomen, קַו, Linea, Filum, Perpendiculum.Ieſah.18.2, gentem קַו־קַו lineatim operantem,& conculcatã. R.Dauid, paulatim, paulatim.metaphora à cæmentario. vt enim cæmentarius extenſa linea facit ordinem vnũ, & ſupra illum iterũ extendit vt faciat ordinẽ alium,& ita paulatim paulatim, donec perficiat parietem: ſic qui facit modo paululum, ſubinde aliud paululum, dicitur illud facere קַו־קַו lineatim. Et 28.10, קַו לָקָו קַו לָקָו linea ad lineam, linea ad lineam. R.D.vt paulo ſuprà.Sunt tamen (inquit) qui exponũt, ædificiũ poſt ædificium.acſi dicat, Præcipiebãt eis prophetæ præceptũ poſt præceptũ,& ædificabãt ædificium poſt ædificium. Idem verſu 13.Et 17,& ponã iudicium לְקַו lineæ. filo . Et 44.13, faber lignarius extendit קַו lineam. Scribitur interdum & cum ה in fine, Irme.31.39, & egredietur adhuc קָוֶה linea mẽſuræ coram illo.Pſal. 19.5, In omnem terrã exiuit קַוָּם linea eorum. vel, ædificium eorum.ſic R.Abrahám in cõmen.i.cælorum. Et linea eſt הַמִּכְתָּב ſcriptura: quia ſcriptura eorum legitur vbique: & intelligunt quæ ſit eius ratio omnes intelli

gentes in cúctis locis terræ. Et R.Selomóh, linea eorum.i. cælorũ: quia sunt extẽsi super faciem vniuersæ terræ.& sic R.Himmanuél. R.D.in cómen.ædificium eorum.i.opus(aut effectus)sphærarũ,stellarúmque exiuit in orbem terrarum. Alia forma,præposito ת,Iiób 5.16,& fuit pauperi תִּקְוָה spes. Irme.29.11, vt dem vobis nouissimũ, וְתִקְוָה & expectationẽ.i. quod expectatis, & speratis. Iehos.2.18,nobis ingrediẽtibus terrá, אֶת־תִּקְוַת חוּט filũ fili(sunt duo synonyma)coccinei ligabis in fenestra.& est sicut illud Dani.12.2,& multi è dormiẽtibus אַדְמַת־עָפָר in terra terræ expergiscentur. Alia itẽ, præposito מ,מִקְוֶה,Expectatio,Spes,Congregatio. & interdum scribitur cum א vice ה,Exod.7.19,& super omnem מִקְוֵה congregationẽ aquarum eorũ. 1.Reg.10.28, & exitũ equorum qui erat ipsi Selomóh ex AEgypto, וּמִקְוֵה & netum: negotiatores regis capiebát מִקְוֵה netũ pretio. Vel,accipiebát netum in pretiũ: acsi dicat,(inquit R.D.in lib.rad.) negotiatores regis educebant equos ex AEgypto,& accipiebát in Ierusaláim in pretiũ eorum מִקְוֵה netũ(à תִּקְוָה prædicto,quod est filum)quod deferebát in AEgyptum. Et 2.Paralip.1.16,scribitur cũ א,וּמִקְוֵא & netum:negotiatores regis מִקְוֵא netum accipiebant in pretiũ. At rectũ est,מִקְוֵא netum eos eduxisse ex AEgypto sicut equos.Inuenimus enim quòd opus & ars lini erat ex AEgypto præ aliis terris. Et sic Iesah. 19.9,loquens de AEgypto, Et pudore suffundẽtur operantes lina pectinata,& texẽtes retia.Et Ieche.27.7,Byssus cum veste phrygionica ex AEgypto. Et dixit, accipiebát netum pretio:quia equos non educebát pretio, sed netum.nam Parhóh dedit ipsi Selomóh exitum equorum,vt posset ipse educere equos pro sua volunta

te: & quisquis regũ terræ educebat equos ex AEgypto, per mercatores regis Selomóh educebat, & illi dabát illud quod dabant regi AEgypti propter eductionem equorũ. R. Ioséph, Parhóh dedit Selomoni exitũ equorum: & quia nõ educebátur ex AEgypto equi nisi permissu regis, dabát educentes regi pecuniá pro eductione equorũ. Et ipsum exitum, siue prouétum dedit Parhóh Selomóni: ipse verò Selomóh vẽdebat illum mercatoribus annuatim pretio certo: qui capiebant à rege מִקְוֵה congregationem prouétus: ipsíque erát in AEgypto, & accipiebát pretium exitus, quãdo educebant reges terræ equos ex AEgypto. Et hoc est quod dixit, per manum eorũ. i. ipsorum permissu & voluntate educebant &c. Tharghũ, Et exitũ equorum (.i. prouétum exitus) qui erat Selomoni &c. & congregationẽ (sub. talis prouentus) mercatores regis emebát cógregationẽ (dictam) pecuniis. Sic R. Selomóh: addens, Idcirco supra dictionẽ וּמִקְוֵה est accentus zachéph, vt doceat dictionẽ stare per seipsam, nec esse cõiunctam dictioni sequenti. Sic etiam fere R. Leui in comment. Fœmineum, Iesah. 22.11, וּמִקְוָה & congregationem fecistis.

קוט Secundum R. Abrahám, est גָּעַל, Abiicere, repellere, abominari: & secundũ R. Dauid, כָּרַת, Excidere, רוּב Litigare, contendere. Psal. 95.10, quadraginta annis אָקוּט litigaui cum generatione. Est enim futurũ vice præteriti. Et loquitur de generatione deserti cum qua fuit in contentione, quòd irritabant illum. R. Abrahám, אֶגְעַל fui contemptui: vel litigaui, vt exponit Psal. 139.21. Tharghum similiter, מָאֲסִית. R. Himmanuél vt R. Dauid, litigaui, cõtendi, fui & steti in contentione cum generatione patrũ vestrorum. Et cũ chólem,

Iiób 8.14, cuius יָקוֹט כִּסְלוֹ succidetur ſpes eius. Tharghú, תְּוֹחַ remota (ablata, abſciſa) eſt. R. Leui, יִכָּרֵות exciſa erit Idem R. Abrahám auenhezra. R. Moſéh, diminuetur, excidetur. Vel tranſitiue, cuius (Deus) abſcidit ſpem, ac fiduciam, ſecundú R. Abra. Peruſól. Et in nifhál, illud Iechez. 6.9, וְנָקֹטּוּ & ſuccidentur à facie eorũ: ſecundum R. Iehudáh eſt ex hac radice, quia forte inuenit illud ſine daghés. At R. Ionáh, & R. Dauid, ſcribunt illud ſe inueniſſe in libris correctis cũ daghés, & ſic eſt ex קָטַט quod ſimiliter eſt excidere. R. Menachém, (vt refert R. Selomóh in comment.) & litigabunt (contendent) cũ ſeipſis, eo quòd non obtemperauerunt mihi. vt Pſal. 119, vt in hithpahál. Et ſic Iiób 10.1, נָקְטָה נַפְשִׁי exciſa eſt anima mea. quod eſt ſicut נָסַבָּה de quo in סָבַב, in nifhál. Tharghú, אִתְכְּזָרִית crudelis effecta eſt. R. Leuí, נִכְרְתָה exciſa eſt. ſic R. Abrahám Peruſól. R. Moſéh, Litigauit, ſiue contendit. acſi dicat, Litigarem, & cõtenderem in meipſo ſi relinquerem ſermonẽ meum intra cor meũ. ſiue, contendo in meipſo, quum relinquo ſermonem meum in medio cordis mei. Ieche. 20.43, וּנְקֹטֹתֶם & ſuc cidemini intra vos. Acſi dicat, inquit R.D. in cóment. Quum malorũ veſtrorũ recordabimini, in oculis veſtris dignos vos reputabitis vt è mũdo excidamini. Idẽ R. Abrahám. R. Moſéh, contendetis. Et ſic R. Selomóh in comment. Et in hithpahál, Pſal. 139.21, & cum ini micis tuis אֶתְקוֹטָט litigabo. Idem R.D. in lib. rad. & cõment. & R. Abrahám, & R. Menachém. Et 119.158, vidi præuaricantes, וָאֶתְקוֹטָטָה & litigaui. Acſi dicat, (inquit R.D. in commen.) plus contentionis cum illis habeo, quòd tuum eloquiũ non cuſtodiant, quàm quòd ſint mihi nocumento. R. Ioſéph, Vidi præuaricantes, & tædio

dio affectus ſum. R. Abrahám auenhezra exponit vt Iiób 10.1, ſuprà citatum. Iechez.16.47, כִּמְעַט קָט veluti paululum pauxillúmque foret. R.D.in comment. קָט ſcribit eſſe idem quod מְעַט: idémque geminari augendæ diminutionis gratia. acſi dicat, Breuiſſimo tempore ſtetiſti poſt captiuitatẽ Somrón, (.i.Samariæ,) & corrupta fuiſti præ illis.i.plus quàm Sedóm & Somrón.

קול Vox, ſonitus, Tonitrus, Clamor. Gene.3.8, Et audierunt אֶת־קוֹל vocem Domini Dei מִתְהַלֵּךְ ambulantem per hortum. Vbi ambulatio voci tribuitur, inquit R.D.in lib.rad. & R.Abrahám auenhezra. Et ſic Irme.46.22, קוֹלָהּ vox eius ſicut ſerpens יֵלֵךְ ambulabit. Exod.19.19, & fuit קוֹל הַשֹּׁפָר הוֹלֵךְ vox (aut ſonitus) buccinæ ambulás. R.Ionáh, ſenſum ſcripſit eſſe quòd Adám etiam ipſe ambulabat per hortum. Et R.Selomóh, Audierunt vocem Domini Dei, qui Dominus ambulabat per hortum. Iiób 29.10, קוֹל־נְגִידִים (pro לְקוֹלִי) ad vocem meam duces abſcondebantur. aut abſcondebát ſe. Poteſt tamen & ſic exponi, Voce duces abſcondebant ſe, ſicut Ieſah.26.9, נַפְשִׁי animo meo deſideraui te. 2.Reg. 6.32, קוֹל ſonitus pedum. 1.Semu.24.18, & eleuauit Saúl קֹלוֹ vocem ſuam. Exo.9.23, & Dominus dedit קֹלֹת tonitrua. Et 29, הַקֹּלוֹת tonitrua ceſſabunt. Pſal.93.4, מִקּוֹלוֹת à ſonitibus aquarum multarum.

קום Surgere, Stare, Suſcitare, erigere, Statuere, Firmare, confirmare. 1.Semu.17.48, Quando קָם ſurrexit. Et cum א in medio vice ו radicalis. Hoſ.10.14, וְקָאם & ſurget tumultus. Iudic.5.7, עַד שַׁקַּמְתִּי donec ſurrexi. 1.Reg.14.4, quia קָמוּ caligauerant (aut rugauerant) oculi eius. In ſenectute enim cum rugant oculi, ſtat, & ingreditur oculus partem ſuperiorem. Alii exponunt,

defecerunt.1.Semu.4.15,& oculi eius קָמָה caligauit.R. D.in comment. exponit acsi dicat, Et vnusquisque ex oculis eius כָּהֲתָה caligauerat, aut rugauerat. Quando enim rugant oculi in senectute, desiccatur humor, & stant(eriguntur)nerui oculi,& ingreditur oculus fora men suum.Et sunt qui exponunt,defecit.Iehos.2.11,& non קָמָה stetit vltrà spiritus in viro. R.Dauid,non stetit:quia dum pauet homo,est acsi caderet spiritus eius, iuxta illud 1. Semu.17.32, ne cadat cor hominis in eo. Participium קָם,Stans,surgens.Psal.3.2, multi קָמִים sur gunt aduersum me. Exo.15.7, destruxisti קָמֶיךָ surgentes contra te.i.inimicos tuos.Irme.51.1,Ecce ego susci to super Babél וְאֶל־יֹשְׁבֵי לֵב קָמָי רוּחַ מַשְׁחִית & super habita tores cordis inimicorum meorũ(.i.Casdim, vel Chaldæa,siue terræ Chaldæorum.Vnde pro לֵב קָמָי, in margine scribitur כַּשְׂדִּים pro אֶרֶץ כַּשְׂדִּים terræ Chaldæorum) ventũ corrumpentem.siue perdentẽ. Vnde & R.D.exponit acsi dicat,Et super habitatores terræ Chaldæorũ. & series est,Et super cor inimicorum meorum qui ha bitant terrã Chaldæorũ. Versum istũ sic vertit Iehona thán in Tharghum, Ecce ego adduco super Babél, & super habitatores terræ Chaldæorum occidentes eos quorũ cor est elatum,& pulchros in statura sua,ventũ corrumpentem.Psal.76.10, בְּקוּם־לַמִּשְׁפָּט quum surgeret ad iudicium Deus. Genes.13.17, קוּם Surge. Nume. 10. 35, קוּמָה י',Surge Domine.est breue.Psal.35.2,וְקוּמָה & sur ge in adiutorium mẹum.est longum.Irm.6.5,קוּמוּ sur gite.Psal.12.6,nunc אָקוּם surgam. Iesah.8.10, loquimini verbũ,& non יָקוּם stabit.stabilietur.erit stabile,& fir mũ.Et 46.10,consiliũ meũ תָקוּם stabit.Hobadiáh 1,קוּמוּ וְנָקוּמָה Surgite,& surgamus aduersus eam.Psal.1.5,ideo

non יָקֻמוּ ſurgent(vel potius,ſtabunt)impii in iudicio. R.Abrahám in comment.ſtabunt.R.Dauid,non ſurgent.i.non erit eis reſurrectio in congregatione iuſto rum in iudicio.i.in die iudicii.R.Himmanuel,non erunt ſtabiles in iudicio.Deuter.33.11, odio habentes illú מִן־יְקוּמוּן ne ſurgant.Vel,qui ſunt ex iis qui inſurgũt cõtra illos.Deficit enim אֲשֶׁר in hac locutione,quã ita ſupplet R.Abrahám,מִן אֲשֶׁר יְקוּמוּן עֲלֵיהֶם:ſicut Ieſa.11.9, Sicut aquæ mare operientes.Tharghũ,Et eos qui odio habent illum,vt non reſurgant.Et R.Selomóh,Tranſfige lumborum percuſſione inimicos eius, & odio habentes eum,vt non ſit eis ſurrectio. Et in pihél,Eſtér 9.32,קִיַּם דִּבְרֵי הַפֻּרִים confirmauit verba ſortiú.Et 21, לְקַיֵּם vt ſtatuerent. Pſal.119.28,קַיְּמֵנִי cõfirma me. Et in hifhíl, Iehoſ.4.9, Et duodecim lapides הֵקִים ſtatuit Iehoſúah in medio Iardén.1.Sem.22.8, quia הֵקִים בְּנִי אֶת־עַבְדִּי ſuſcitauit filius meus ſeruú meum aduerſum me.Pſal.89.44,& non הֲקֵמֹתוֹ erexiſti(ſubleuaſti)eum in prælio. Geneſ.9.17, pactum meum quod הֲקִמֹתִי ſtatui. Ieſah.29.3,וַהֲקִימֹתִי עָלַיִךְ מְצֻרֹת & ſtatuam cõtra te munitiones. Iudic. 7.19, הָקֵם הֵקִימוּ אֶת־הַשֹּׁמְרִים ſuſcitando ſuſcitauerunt cuſtodes.1.Semu.2.8. מֵקִים מֵעָפָר דָּל ſuſcitans è puluere pauperem.Nume.9.15,& in die הָקִים אֶת־הַמִּשְׁכָּן erigendi(.i. qua erexerunt) tabernaculum.2.Sem.24.18, aſcende,הָקֵם לַיהוָה מִזְבֵּחַ ſtatue (erige) Domino altare. Deuter.27.26,maledictus qui non יָקִים ſtatuerit(.i.ſeruauerit) verba legis huius. Eccleſ.4.10, quia ſi ceciderint, vnus יָקִים אֶת־חֲבֵרוֹ eriget ſocium ſuum. Pſal.40.3, וַיָּקֶם עַל־סֶלַע רַגְלַי & ſtatuit ſuper petrã pedes meos.Deuter.16.22,& non תָקִים לְךָ מַצֵּבָה ſtatues (eriges, aut erigere facies)ſtatuam. Iiob 4.4, debilem יְקִימוּן firmauerũt

ſermones tui. Verbũ quadratũ, Ieſah.44.26, וְחָרְבוֹתֶיהָ אֲקוֹמֵם & deſolationes eius ſtatuam. aut arigam. vel erigere faciam. Micháh 2.8, Et heri populus meus in inimicum יְקוֹמֵם ſtabit. pro ſtabat. i. vt inimicus alter contra alterum ſtabat. Eſt enim hoc loco verbum intrãſitiuum, inquit R.D. in lib.rad. & comment. R. Selomóh, Populus meus ſtatuit me ſibi inimicum. R. Abrahám auenhezra in comment. Surget (aut ſtabit) tanquam inimicus quilibet contra alterum. R.D. in comment. Populus hic heri fuit tanquam inimicus fratribus ſuis debilibus, & ſtetit vt inimicus pauperum, & expoliauit eos: iudicium (aut æquũ) eſt vt inimicus veniat ſuper eos. Et in hofhál, 2.Semu. 23.1, Dixit vir הֻקַם qui cõſtitutus eſt excelſus. Et in Hithpahál, Iiób 20.27, & terra מִתְקוֹמְמָה לוֹ ſtat (ſurgit, pro ſtabit, aut ſurget) contra eum. Pſal.17.7, מִמִּתְקוֹמְמִים à ſurgentibus in dexteram tuam. Tóar, קוֹם קוֹמִים, ſicut טוֹב טוֹבִים ſignificat Inſurgentem, hoſtem, inimicum. 2. Reg.16.7, ſerua &c. & è manu regis Iſraél הַקּוֹמִים ſurgentiũ aduerſũ me. Nomen, præpoſito י, יְקוּם, Subſtantia, Viuens, Vitale. Eſt nomen vniuerſale ad omnia quæ ſunt ſuper terrá, ſecundũ R. Abrahám in cóm. & R.D. in lib.rad. Gene.7.4, & delebo אֶת־כָּל־הַיְקוּם omne viuens. i. omnẽ ſubſtantiam viuentem. Alia forma, præpoſito ת, Leui.26.37, Et non erit vobis תְקוּמָה ſurrectio (aut erectio) coram inimicis veſtris. Alia item, קִימָה. Thren.3.63, ſeſſionem eorum, וְקִימָתָם & ſurrectionem eorũ aſpice.

Alia præterea, קִים. Iiób 22.20, nónne ſucciſa eſt קִימָנוּ erectio noſtra? quod eſt ſicut קִימָנוּ cum ſéri, ſicut דְּבָרֵנוּ hoc eſt יְקוּמֵנוּ, ſubſtantia noſtra. q.d. vere nõ eſt ſucciſa ſubſtantia noſtra penitus in diluuio, quia remanſerũt

Nóach,ac eius filii:& residuum eorum,scilicet impiorum, consumpsit ignis. i. impios qui fuerunt in Sedóm,& Hamoráh.Hoc pacto exponit R.D.in lib.rad. R.verò Abrahám sic,Multi expositores dixerunt quòd קִימָנוּ est sicut קִימָּנוּ cum séri sub מ. At rectum est vt deficiat daghés, & sit sicut קִימָּנוּ.& sic deficit Irme. 16.16, וְדִיגוּם.Est enim ex pihél haddaghús: & י secũdũ normã debuerat daghessari. acsi dicat,annó est succisus innocẽs qui memoratus est suprà: קִימָנוּ statuimus, cõfirmauimus in mũdo.i.& nos testificamur quòd nõ est mortuus innocens.R.Leui in cõm.In veritate quãdo mortuus est vir quẽ statuimus.i.Nóach:&c.R.Moséh in cõmen.nos credimus.Et R.Abrahám Perusól,An nõ succisus est(pro succidetur)negãdo illum qui statuit nos, & viuificauit nos.i.Deum excelsum,& illius prouidentiam spernendo:quia vidimus,& scimus multorum cõsumptionem impiorũ.Vel קִימָנוּ,id est Nóach iustus,ex quo egressa est substantia nostra. Aliud,קוֹמְמִיּוּת,Stabilitas, firmitas. Leuit. 26. 13, & ambulare faciam vos קוֹמְמִיּוּת firmiter.aut erecte.R.Selomóh, בְּקוֹמָה זְקוּפָה statura eleuata,aut erecta. Idem R.Abrahám auenhezra in comment. Aliud,קוֹמָה,Altitudo,statura.Exod.38, 18,וְקוֹמָה & altitudo.Iesah.10.33,& excelsi הַקּוֹמָה statura. 1.Reg.6.20,קוֹמָתוֹ altitudo eius. Aliud,קָמָה,Seges antequam metatur.Exo.22.6,& consumptus fuerit aceruus,vel הַקָּמָה seges.Iudic.15.5,& misit בְּקָמוֹת in segetes.

Aliud,מָקוֹם,Locus.Sæpius masculeum,interdum fœmineum, vt Iiob 20.9,& non vltra תְּשׁוּרֶנּוּ מְקוֹמוֹ agnoscet eum locus eius.Gene.1.9,אֶל־מָקוֹם אֶחָד in locum vnum.Ieche.39.11,dabo ipsi Gog מְקוֹם־שָׁם קֶבֶר locum ibi sepulchri.i.locum sepulchri ibi.R.D.in lib.rad. & cõ-

ment.Exod.18.24, ad מְקֹמוֹ locum ſuum.Pſal.103.22,in omnibus מְקֹמוֹת locis dominationis eius.Hamos 4.6, in omnibus מְקוֹמֹתֵיכֶם locis veſtris.Notandum,ſequente dictione אֲשֶׁר aut שֶׁ deſeruiente,מְקוֹם ſcribi in regimine.Gen.39.20,in domo carceris,מְקוֹם אֲשֶׁר־אֲסוּרֵי loco in quo vincti regis vinciebantur. Et doctores Hebræorum cognominant nomen Domini,ſiue Dominum, מָקוֹם, quòd locus ſit mũdi,nec tamen locus eius ſit mũdus.i.quòd capiat totum mundum,nec tamen à mundo capiatur.quemadmodum vocatur & מָעוֹן habitaculum, Deuter.33. 27, מְעֹנָה habitaculum Deus ab initio. Et ſunt qui illud Eſtér 4.14, reſpiratio, & euaſio ſtabit Iehudæis מִמָּקוֹם אַחֵר ex loco alio: putant indicare Dominum:quod factũ fuit,ne nomen Domini eſſet ſcriptum in libris Medorum,ac Perſarum.

קון In pohél,eſt Queri,lamentari.Iechez.27.32,Et aſſument ſuper te in lamentatione ſua קִינָה וְקוֹנְנוּ עָלַיִךְ lamentum, & lamentabuntur ſuper te. Et 32. 16, קִינָה הִיא וְקוֹנְנוּהָ בְּנוֹת הַגּוֹיִם תְּקוֹנֵנָּה אוֹתָהּ lamentum eſt,& lamentabuntur eam , filiæ gentium lamentabuntur eã. daghés eſt loco נ deficiẽtis.Irme.9.17,& vocate לַמְקוֹנְנוֹת lamentatrices. Nomen,קִינָה,vt in verbo. Ieche.2.10, קִינִים.Et fœmineum,2.Paral.35.25,ſcripta ſunt in הַקִּינוֹת lamentationibus. קֵן, Nidus: quære in קָנַן. Et קַיִן eſt lancea, aut haſta:aut ferrum lanceæ. 2.Semu.21.16, & pondus קֵינוֹ lanceæ eius.i. ferri lanceæ eius, vt exponit R.Ionáh.Scribit tamen R.Ioséph quòd קַיִן eſt haſta:& quũ dicit קֵינוֹ,deficit לַהֶבֶת ferrum, vt ſit,לַהֶבֶת קֵינוֹ ferrũ lanceæ eius.Et ſic in Harabico,haſta,aut lancea appellatur אַלְקַנָה.Et rectum eſt,inquit R.Dauid,vt exponatur,Et pondus galeæ eius,aut loricæ eius. Tharghum, סוּפִינֵיהּ.Et in commen.ſcribit R.Dauid,קֵינוֹ eſt lignum

lanceæ.quod ſic vocatur in Harabico,אַלְקַנָה.Et non dixit pondus,de ligno lanceæ, ſed de לַהֶבֶת ferro lanceæ. Et vocauit illud קֵינוֹ comprehendendo ferrũ & haſtile. Et ſic dictũ eſt de Gholiáth,Et ferrum lanceæ eius &c. 1.Semu.17.7. R.Leui, Pondus ferri lanceæ.Et vocauit illud קֵן, propter foramina quæ ſunt in eo, quæ ingrediuntur lanceæ lignum,quia eſt ſicut קֵן nidus. Vel põdus galeæ eius æneæ,quæ erat ſuper caput eius,quæ eſt ſicut קֵן nidus. Vel eſt lignum , & deficit לַהֶבֶת ferrum: vt ſit,ferri lanceæ eius.

קוף Vnde קוֹף, Simia. 1.Reg.10.22, Portantes aurum &c. וְקֹפִים & ſimias. קוף etiam eſt סָבַב Circuire. נָקַף enim & קוף eiuſdem ſunt ſignificantiæ.Indepræpoſito ת,תְּקוּפָה,Circulus,circuitus, reuolutio. 2.Paral.24. 23,& fuit לִתְקוּפַת in circulo,aut reuolutione anni,aſcẽdit &c.quando ſcilicet ſol reuertitur ad circulum ſuũ. 1.Semu.1.20, & fuit לִתְקֻפוֹת in circuitibus dierum, וַתַּהַר cõcepit Channáh,& peperit.i.iam perfecit,ac compleuit dies conceptionis , & peperit. ו enim in וַתַּהַר,ponitur vice כְּבָר iam.Nam quando reuerſi ſunt de Silóh, cognouit eam Elcanáh vir eius, & concepit, vt dicitur præcedenti verſu.Hæc R.Dauid in comment.

קוץ Eſt צוּק צוּר,Anguſtiis affici,affligi,Expergiſci,cuigilare,AEſtiuare.Ieſah.7.16,derelinquetur terra quam tu קָץ anguſtiis afficis, propter duos reges eius. ſic Tharghum habet, מְעִיק anguſtiis afficis. Et 18.6,וְקָץ & æſtiuabit ſuper eam volucris. Gene.27.46, קַצְתִּי בְחַיַּי anguſtiis afficior propter filias Cheth.Nume.21.5,& anima noſtra קָצָה anguſtiis affecta eſt &c. Eſt longũ ad differẽtiam participii.1.Reg.11.25,& malum quod fecit Hadád, וַיָּקָץ בְּיִשְׂרָאֵל & anguſtiis affecit Iſraelem. Tharghum,Et malum quod fecit Hadád,וּמְרִיד & rebellauit

201

cõtra Iſrael. R.D.in cõment. וַיָּקָץ eſt verbũ tranſitiuũ. Poteſt eſſe & intrãſitiuũ, ſecundum eũdem & R.Leui, vt ſit, & anguſtiis afficiebatur propter Iſrael: quia de il lo non poterat facere quod volebat. Volebat enim (ſi valuiſſet) illum perdere, & eius oculi ſemper erant eleuati, vt (nacta opportunitate) quicquid mali poſſet, illi inferret. Et ob aſſiduũ ſtudium lædẽdi illum, regnauit ſuper Arám quam deficere fecerat à rege Selomóh. nam antea tributũ dabat regi Selomóh. Vel eſt tranſitiuum, pro deteſtabatur, abominabatur, ac ſpernebat Iſraél. Leuit.20.23, וָאָקֻץ בָּם & anguſtiis affeci illas. ſub. gentes. Vel intranſitiue, ſecundũ R.Abrahám in commen.i.& anguſtiis affectus ſum propter eas. Metapho rice, ſicut & Iudic.10.16, Et anguſtiis affecta eſt anima eius propter laborẽ Iſraél. R.Selomóh exponit, וָאֶמְאָס & reprobaui (abieci) eas. Tharghũ, וְרָחִיק מֵמְרִי בְּהוֹן & abominatus eſt (reprobauit) ſermo meus (aut verbũ meũ) illas. Prouerb.3.11, Et ne תָּקֹץ anguſtiis afficiaris (vel affi cias te, aut ne affligas te) in increpatione eius. Exod.1. 12, וַיָּקֻצוּ & anguſtiis affecti ſunt propter filios Iſraél. R. Selomóh, Erát afflicti in vita ſua. Et doctores noſtri exponunt à קוֹץ Spina: id eſt ſicut ſpinæ, erát in oculis eorum. Tharghum, Et anguſtia (afflictio) erat AEgyptiis à facie filiorum Iſraél. Et in hifhíl, eſt Expergiſci, euigilare, Anguſtiis afficere. Iechez.7.6, finis venit, venit הַקֵּץ הֵקִיץ אֵלָיִךְ finis, experrectus eſt aduerſum te. הֵקִיץ eſt ſignificationis קוּץ, quanuis קֵץ ſit à verbo geminato קָצַץ, quod daghés oſtẽdit in pronominibus קִצּוֹ קִצֵּךְ קִצִּי &c. Eſt etiã rectum vt ſit ex hac radice, & ita daghés eſt loco literæ quieſcentis, ſicut dictum eſt in צִצִּים in radice צִיץ, quod ponitur pro צִיצִים. Pſal.3.6, הֱקִיצוֹתִי experrectus

ctus sum. Psal, 73.20, sicut somnium מֵהָקִיץ experrecto (scilicet homine) Domine, quum suscitaueris imaginem eorũ, spernes. R. Abra. Sicut somniũ in quo nõ est veritas quũ expergefactus fuerit somniás, sic imago eorũ erit contẽptibilis in ciuitate. Et est sensus, quòd obliuioni tradũtur, quia obliuioni traditur illorũ memoria. R. Selo. sicut somniũ. i. sicut sónus cui nõ est finis, qui est somnus perpetuus: sic erit eis. Et egressus est angelus Domini, & percussit castra Assúr. Domine in citate, scilicet Ierusaláim, cui nocuerũt, imaginẽ ipsorũ contemnes. aut imago ipsorũ erit cõtemptui: fuerunt enim combusti vniuersi. Vide עור in macór hifhíl. Iesah. 26.19, הָקִיצוּ expergiscimini. Prouerb. 23.35, quando אָקִיץ expergiscar? Tóar aliud, Exod. 26.4, & sic facies in ora cortinæ הַקִּיצוֹנָה extremæ. i. quæ est in extremo, aut fine coniunctionis. Et est tóar, sicut הָעֶלְיוֹנָה, inquit R. Abrahám. Inde est קַיִץ, AEstas, & fructus qui est maturus in æstate. Iesah. 28.4, כְּבִכּוּרָהּ בְּטֶרֶם קַיִץ sicut primitiuum eius ante æstatẽ. id est sicut præcox ficus quæ venit ante fructũ æstatis, vt exponit R. Abrahám in cóment. Et R. Selomóh, sicut maturitas ficus ante maturitatem aliarũ ficuum. 2. Semu. 16.1, וּמְאָה קַיִץ & cẽtum (libras) ficuũ æstiuarum. R. Leui, & fructus sicci in æstate. R.D. & R. Selomóh vt Tharghum, Et centum מְנַן דְּבֵילְתָא libræ caricarũ. i. ficuum siccarũ. Calcabãt enim multas ficus siccas pariter, & ex illis conficiebant veluti tortã panis, quæ appellabatur דְּבֵלֶת תְּאֵנִים, inquit R. D. in cóment. Hamós 8.1, & ecce canistrum קַיִץ fructus æstiui. i. plenum fructibus æstatis, secundum R.D. in lib. rad. & cóment. At R. Abrahám & R. Selomóh, Canistrum plenũ fructibus ficuum nõ bonarũ. Tharghũ,

Vas plenũ fructibus æstatis. Micháh 7.1, væ mihi, quia fui כְּאָסְפֵּי־קַיִץ sicut fruct⁹ æstatis. i. sicut fructus qui colligũtur à pauperib⁹ in æstate. אָסְפֵּי enim numeri pluralis est nomen, & significat fructus qui à pauperibus colligũtur: אָסַף enim est colligere. R. Dauid, sicut reliquiæ fructuũ æstatis collectis fructibus: sicut racemi qui remanent in vite peracta vindemia, qui scilicet colligun tur à pauperibus. Psal. 74.17, קַיִץ æstatem & hyemẽ tu formasti. Irme. 40.10, colligite vinum, וְקַיִץ & æstiuum fructum. R. Selomóh, & caricam. ו est cũ seuá, sed versu 12, est cum camés, Et collegerunt vinũ, וָקַיִץ & fructũ æstiuum multum valde. R. Abrahám exponit, fructus æstatis quos siccant: vt ficus, & idgenus. Tharghum, וּדְבֵילְתָא & caricas. Aliud, קוֹץ, Spina. Iesa. 32.13, קוֹץ spina(&) vepris ascendet. Deficit enim ו, inquit R. Abrahám in cõment. Gene. 3.18, וְקוֹץ וְדַרְדַּר & spiná, & tribulum germinabit tibi. secũdum R. Abrahám, קוֹץ est spina maior: דַּרְדַּר verò minor: & nascuntur intra segetes. Irme. 4.3, & ne seratis super קֹצִים spinas. Iesah. 33.12, קוֹצִים spinæ excisæ. Aliud, Cant. 5.11, קְוֻצּוֹתָיו cincinni eius crispi. צ est cum daghés.

קור Fodere venam, propriè aquæ. 2. Reg. 19.24, ego קַרְתִּי fodi & bibi aquas extraneas. Idẽ Tharghũ & R. Leui. At R. D. in li. ra. exponit, Ego veni vsq; ad venã, & bibi. acsi dicat, Bibi omnes aquas fluminũ, atque riuorum propter multitudinẽ exercitus, adeò vt venerim ad venas illorũ, & illorum aquas biberim. Et sic in cõmen. Veni vsque ad venas. acsi dicat, Scrutatus sum venam aquarum, quia non sufficiebant mihi aquæ ob multitudinem exercitus mei, quæ super terram inueniebantur. Et hoc est quod dixit, Et siccabo planta pe-

dum meorum omnes riuos AEgypti. Et dixit aquas alienas: quia non erant notæ, nec viſæ hominibus. Et iuxta hanc viam vertit Iehonathán in Tharghū, Ego fui fodiens foueas. Et in hifhíl, Irme.6.7, כְּהָקִיר בּוֹר מֵימֶיהָ כֵּן הֵקֵרָה רָעָתָהּ quēadmodum ſcaturire facit puteus aquam ſuam, ita ſcaturire fecit malitiam ſuam. בּוֹר eſt ſicut בְּאֵר puteus. acſi dicat, Quēadmodum aquæ putei ſcaturiunt, & emanāt iugiter abſque defectu, ſic ſcaturiuit malitia eius. Idem R. Selomóh. Nomen, præpoſito מ, מָקוֹר, Vena, fons. Prouer.25.27, (ſicut) fons cōculcatus, וּמָקוֹר מָשְׁחָת & vena corrupta: ſic iuſtus inclinans ſe coram impio. Irme.2.13, me dereliquerunt מְקוֹר venam aquarū viuētium. Leui.12.7, & mundabitur מִמְּקֹר à vena ſanguinum ſuorum. Aliud, קוּר, Tela. Ieſa.59.5, וְקוּרֵי & telas aranei texēt. Et 6, קוּרֵיהֶם telæ eorum non erunt pro veſte. Idem R. Abrahám. R.D. in cōmen. Et telas araneæ. i. quas texit aranea, quibus nō eſt vtilitas, nec firmitas, ac ſtabilitas, ſic illorū opera ſunt inutilia. R. Menachém, & R. Ioſéph Kimchi exponunt, Et trabes araneæ. i. quibus telas ſuas inuoluunt araneæ. operiunt enim trabes ſuis telis.

קוּשׁ Ponitur radix à R. Ionáh. Sed quæ ipſe citat in hac radice, R. Dauid ſcribit eſſe à verbo geminato קָשַׁשׁ. illic require.

קָטַט Excidere &c. vt in קוּט.

קָטַב Eſt כָּרַת, Excidere. Inde קֶטֶב, Exciſio. Ieſah.28.2, tanquam turbo קֶטֶב exciſionis. ſic R. Abrahám. R.D. in cōment. ſicut vētus turbinis omnia excidētis. Deut.32.24, וְקֶטֶב מְרִירִי & exciſione aeris peſtiferi. i. peſte prouenientе ex aere corrupto, ſecundum R. Abrahám. R. Selomóh, Et exciſione Meriri. i. dæmonis cuius nomen

199

est Meriri. Tharghú, וּכְתִישֵׁי־רוּחִין בִּישִׁין & contusionibus (aut plagis) spirituũ malorũ. Psal. 91.6, à peste quæ in caligine ambulat, מִקֶּטֶב ab excisione(.i. peste aeris corrupti) quæ vastat meridie. R. Selomóh, à Déber .i. dæmone sic appellato qui in caligine ambulabit, quia noctu nocet : & à Chétheb dæmone ita vocato, qui vastabit meridie, quia meridie lædit. Et ita exponitur in Déras. R. Abrahám in cõm. A peste quæ in caligine ambulabit, quæ causatur à frigiditate. ab excisione .i. peste quæ prouenit ex caliditate. Idem fere R.D. in cõmen. Tharghú, A morte quæ in caligine ambulat, à cœtu dæmonũ qui vastant meridie. Alia forma, Hose. 13.14, ero קָטָבְךָ excisio tua inferne. ita R.D. in cõment. ק est cum camés præter normã suæ speciei. Est enim à קֹטֶב instar שָׁלוֹם, כָּבוֹד. debuerat esse קָטְבְךָ, sed remansit camés sicut & in קְטַנִּי, vide in קָטַן. Tharghum Ierosolymitanũ pro לַחְטֹב ad cædendum ligna, Deute. 19.5: habet לְמִקְטַב. Et est genus infirmitatis (inquit R. Dauid in lib. ra.) quæ repente hominem interimit.

קָטַל Occidere. Iiób 13.15, Si יִקְטְלֵנִי occiderit me, לֹא nõ sperabo? aut, in eo sperabo. Est enim duplex lectio, לא & לו. Psal. 139.19, אִם־תִּקְטֹל אֱלוֹהַּ רָשָׁע si occideris Deus impiũ. Nomen, קֶטֶל, Occisio. Hobadiáh 9, מִקֶּטֶל, propter occisionem. scilicet magnam. ק cum camés, quia est in soph passúc.

קָטֹן Vnde verbum in cal קָטֹן, instar יָכֹל, Paruum, vel minorẽ esse, Vilẽ aut esse aut se reputare. Gene. 32.9, קָטֹנְתִּי minor sum (aut vilior sum) omnibus misericordiis tuis. Et est instar יָכֹלְתִּי. R. Abrahám, Vilis sum, & paruus, vt mecũ facias omnes misericordias. R. Selomóh, Minora sũt merita mea quã omnes misericordiæ tuæ, & veritas, quas fecisti mecũ. idcirco timeo ne sim

inquinatus peccato,ob quod tradas me in manus Heſau.2.Semu.7.19, וַתִּקְטַן & parum fuit adhuc hoc in oculis tuis. Et in hifhil,Hamos 8.5, לְהַקְטִין אֵיפָה vt imminuamus modiú. Inde eſt & קָטֹן cum chólem,Paruus, Minor.1.Sem.2.19, & palliú קָטֹן paruú faciebat ei mater eius.Et 22.15,quia non nouit ſeruus tuus de omni hoc דָּבָר קָטֹן אוֹ גָדוֹל rem paruam,aut magná.2.Reg.23.2,& omnis populus לְמִקָּטֹן à paruo vſque ad magnú. ל redundat.Et ſine ל, Irme. 8.10, מִקָּטֹן à paruo vſque ad magnum.2.Paralip.21.17,קְטֹן בָּנָיו minor filiorum eius. 1.Reg.12.10,קָטָנִּי minimus meus. ſub. digitus. ק eſt cú camés , vt eſt in abſoluto. abſorptum eſt autem ו in daghés,& verſum eſt chólem in camés chathéph,& remanſit ק cum camés , & ſic in קָטָנְּךָ, teſte R. Dauid in Michlól.ſecundum enim normam aliorum ſui generis debuerant eſſe קְטוֹנִי,& קְטוֹנְךָ. Et quia abſorptum eſt hannách.i. ו quieſcens litera,נ eſt cum daghés.plurale eſt קְטוֹנִים קְטוֹנֵי &c. Alia forma, cum camés, 2.Semu. 9.12,Et ipſi Miphibóſeth erat filius קָטָן paruus. Plurale eſt cum daghés,2.Reg.2.23, Et pueri קְטַנִּים parui egreſſi ſunt. Prouer.30.24, quatuor ſunt קְטַנֵּי־אָרֶץ minima terræ. Fœmineú,Cant.8.8, Soror nobis קְטַנָּה parua. Zechar.4.10,quis enim contempſit diem קְטַנּוֹת paruarú: ſubaudi cóſolationum,aut ſalutum:ſecundú R.Abrahám in comment.eſt enim tóar, & deficit id cuius eſt tóar,quod dicunt hammetóar.i .ſubſtantiuum. Et ſic Gene.42.7,Et locutus eſt cum eis dura.ſubauditur,verba. R.veró Selomóh, & R. Dauid ſubaudiunt תְּשׁוּאוֹת clamorum,aut vociferationum.

קטף Eſt כָּרַת,Excidere,ſuccidere,Decerpere. Iechez. 17.3, אֵת רֹאשׁ יְנִיקוֹתָיו קָטָף ſummitatem ramuſcu-

lorū eius abſcidit. Deute.23.25, וְקָטַפְתָּ מְלִילֹת בְּיָדֶךָ decerpéſque ſpicas manu tua. Iiób 30.4, הַקֹּטְפִים מַלּוּחַ qui ſuccidebant hærbam. Et in nif hál, Iiób 8.12, Adhuc illo exiſtente in virore ſuo non יִקָּטֵף excidetur.

קטר Suffire, ſuffumigare, adolére. In pihél, Ieſa.65.7, qui קִטְּרוּ ſuffierūt ſuper mōtes. Irm.44.21, nónne הַקִּטֵּר אֲשֶׁר קִטַּרְתֶּם ſuffimentū quod ſuffiuiſtis in &c. 2.Reg.18.4, fuerunt filii Iſraél מְקַטְּרִים לוֹ ſuffientes illi. Canti.3.6, מְקֻטֶּרֶת מוֹר ſuffita myrrha, & thure. 1.Semu.2.16, קַטֵּר יַקְטִירוּן כַּיּוֹם הַחֵלֶב ſuffiendo ſuffiant ſecundum dié adipem. Hoſe.4.13, & ſuper colles יְקַטֵּרוּ ſuffient. Et in hif híl, Exod.30.7, וְהִקְטִיר עָלָיו אַהֲרֹן קְטֹרֶת & ſuffiet (adolebit) ſuper illud Aharón ſuffitum. 1.Paralip.6.49, & Aharón & filii eius מַקְטִירִים ſuffiebant. Et י coniugationis deficiente, 2.Paral.13.11, וּמַקְטִרִים & ſuffientes. Malachi 1.11, & in omni loco מֻקְטָר ſuffitur, offertur nomini meo. Vel eſt nomen ſecundum R.D. in lib.ra.i. ſuffitus (ſuffimentum) offertur &c. Dicit tamen poſtea, poſſe eſſe pahúl.i. participium paſſiuum, ſuffitur, ſub. ſuffimentū: offertur, ſub. oblatio. Et in commét. exponit, Si iuſſero eis vt præcepi vobis, ſuffient, atque adolebunt nomini meo. R.quoq; Abra. in cómét. vtroque modo exponit.

Macór pro præterito, 1.Re.9.25, Et obtulit &c. וְהַקְטֵיר אִתּוֹ & ſuffiuit (adoleuit) ſuper illud. אִתּוֹ inquit R.D. in cōment. eſt עָלָיו. Et ſic habet Tharghū, וּמְקַטַּר עֲלוֹהִי & ſuffiebat ſuper illud. i. ſuper altare aureum quod erat in הֵיכָל templo exteriori coram Domino, quod erat altare ſuffimenti. Vel, & adolebat cum illo, ſecundum propriam ſignificantiam. Dixit, Et obtulit &c. ſuper altare æneum quod ædificauit Domino. & adolebat cum eo: i. ſuper altare alterū aureum quod erat cum eo. Et quã-

uis non esset cum illo in templo(quia vnú erat in הֵיכָל templo exteriori , alterum in עֲזָרָה atrio orationis) erat tamen vtrúque in templo Domini: vnde exposuit, Quod erat, inquit,coram Domino. Et sic R.Selomóh & R.Dauid exponunt de altari aureo super quod suffiebant suffitú aromatum.Leuit.4.26,וְאֶת־כָּל־חֶלְבּוֹ יַקְטִיר & totum adipem eius suffiet. Et in hofhál, Leuit. 6, 23,Domino כָּלִיל תָּקְטָר totum suffietur. Nomen,מֻקְטָר, Suffimentú.vt in participio hifhíl. Alia forma,קִטֵּר, vt in præterito pihél. Alia ité,קְטֹרֶת,Suffitus,suffimentú.Num.4.16,וּקְטֹרֶת הַסַּמִּים & suffimentum aromatú.Iechez.16.18,וּקְטָרְתִּי & suffimentum meum. Est cum camés chathéph secundum normam,vt legunt filii Asér: at filii Naphtali legunt cum pathách. Et sic 23.41, וּקְטָרְתִּי. Alia præterea, Deuter.33.10,Ponent קְטוֹרָה suffimentum. Aliud, Genes.19.27, Et ecce ascendit קִיטֹר הָאָרֶץ כְּקִיטֹר הַכִּבְשָׁן fumus(vapor) terræ sicut fumus fornacis.קִיטֹר est quicquid ascendit è terra instar fumi, vt vapor,nebula.R. Abrahám in comment. exponit עָשָׁן fumus, & R.Selomóh, תִּימוֹר שֶׁל־עָשָׁן vapor fumi.Tharghum,תְּנָנָא nebula.Psal.148.8,nix וְקִיטוֹר & nebula. R. Abrahám,& vapor ascendens instar fumi,qui est calidus & siccus.Idem R.D.in comment.Psal.119.83,quia fuit sicut vter בְּקִיטוֹר in fumo.sic R.Abrahám & R.Dauid. Comparauit cutem carnis suæ vtri in fumo, quia erat sicca.Vter enim pellis siccatur in fumo,inquit R. Selomóh. Aliud, מִקְטַר , Altare super quo suffiunt. Exo.30.1,& facies altare מִקְטַר suffiméti. Alia forma, מְקַטְּרָה instar מְזַמְּרָה inquit R.D.in Michlól.2.Paral.30.14, Et omnia הַמְקַטְּרוֹת altaria suffimenti. Significat & Ligare.Vnde קְטוּרָה ligata.Iechez.46.22, in quatuor angulis atrii,atria קְטֻרוֹת ligata.vel colligata.vnde Ge-

nes.38.28, pro וַתִּקְשֹׁר & ligauit in manu eius coccinum: Tharghum habet וּקְטַרַת. Et Deuter.6.8, וּקְשַׁרְתָּם & ligabis ea in manu tua: Tharghum, וְתִקְטְרִינּוּן. Est ergo sensus, Coniuncta, & ligata in angulis atrii alterum cum altero. Et venit sicut illud Nechem.4.6, & ligatus est omnis murus vsque ad medium eius.

קִיק Vnde קִיקָיוֹן, Hæderam quidam vertunt. Ionáh 4.6, Et præparauit Dominus Deus קִיקָיוֹן hæderam. R. Selomóh, genus esse herbæ magnæ scribit, superne habens ramos multos quibus obumbrat. Et R. Abrahám in cõm. Sapientes (inquit) Hispaniæ dicunt quòd est דְּלַעַת cucurbita, vel קָרָה cucumis. Et non est via ad sciendum quid sit. Tharghum non mutauit Hebraicã dictioné. Harabice vocatur אל כרוע inquit R. Semuél.

קִיר Paries, Murus. 2. Reg.4.10, Faciamus quæso cœnaculum קִיר קְטַנָּה parietis parui. Iesa.16.11, & interiora mea לְקִיר חָרֶשׂ ad Chir cháres. vrbs est Moáb, quæ eodem cap. versu 7, dicta est Chir charéseth. 1. Reg.6.5, אֶת־קִירוֹת הַבַּיִת parietes domus. Irm.4.19, ventrem meũ, vẽtrẽ meũ dolebo, (pro doleo) קִירוֹת לִבִּי parietes cordis mei. sub. doleo. i. præcordia quæ sunt tanquam parietes cordis, quia sunt ferè cordi coniuncta. Hinc verbum geminatum in pihél, pro Diruere, ac destruere parietẽ, Nume.24.17, וְקַרְקַר & destruet omnes filios Seth. Et ponitur pro קִרְקַר cum chiríc. Multis enim in locis puncta permutantur. Iesa.22.5, מְקַרְקַר קִר diruens parietem. pro מְקַרְקֵר cum seri. Addidit קִר parietem, explicandi gratia. satis enim fuerat dixisse מְקַרְקַר, quòd in verbo includatur paries.

קָלַל Spernere, contemnere, Leuem, ac velocem esse, Vilescere, Maledicere, Alleuiare. Nachum 1.14,

quia

quia קַלּוֹתָ despectus fuisti. viluisti. aut contemptibilis fuisti. Gene. 8.11, & cognouit Nóach quòd קַלּוּ alleuiatæ essent aquæ. Iiob 7.6, dies mei קַלּוּ velociores fuerũt radio textoris. Participium est קָל cum camés, ad differentiam præteriti quod est קַל cũ pathách, sicut & tóar est cum pathách. 2. Semu. 2.18, Et Hasechél קַל leuis (velox) pedibus suis. Iesah. 5.26, קַל velox veniet. Eccles. 9. 11, quia non לַקַּלִּים velocibus (aut velocium) est cursus. 1. Semu. 2.30, וּבֹזַי יֵקָלּוּ & contemnentes me, erunt contemptibiles. Est ex nishál secundum R.D. in lib. rad. & comment. Gene. 16.5, וָאֵקַל & contẽptibilis sum in oculis eius. Est cal, & lene secundum R. Ionáh. & sic versu 4, וַתֵּקַל & cõtẽptibilis fuit domina eius in oculis eius. At secundum R. Dauid, vtrunque est ex nishál. Vnde R. Abrahám in comment. hoc modo scribit, וַתֵּקַל, hannách occultum quod est inter literam deseruientem & literã radicalem, est loco daghés, quod ponitur vt absorbeatur litera geminanda, & est ex binián nishál. Et sic 2. Semu. 6.22, וּנְקַלֹּתִי & contemptibilior fiam hoc. Iesah. 49.6, נָקֵל leue est (pro, num leue est, secũdum R. D. in cõment.) vt sis mihi seruus? Est cũ seri, & est præteritum, aut tóar, secundũ R.D. Irme. 6.14, עַל־נְקַלָּה leui sermone, dicẽdo pax, pax. Exponit enim R.D. in lib. ra. & comment. עַל־אֲמִרָה נְקַלָּה sermone leui. Et in hifhíl, Iesa. 9.1, הֵקַל אַרְצָה alleuiare fecit terram Zebulún. i. demigrare fecit Tiglathpiléser qui demigrare fecit Reubenitas, & dimidiam tribum Menasséh, & Zebulún, & Naphthalí. Ionáh 1.5, & proiecerũt vasa in mare לְהָקֵל vt alleuiarẽt. 1. Reg. 12.4, & tu nũc הָקֵל alleuia de seruitute patris tui dura. Et in pihél, est Blasphemare, siue maledicere. Leuit. 20.9, אָבִיו וְאִמּוֹ קִלֵּל patrẽ suũ, & matrẽ

blaſphemauit. 2.Semu.19.21,quia קִלֵּל אֶת־מְשִׁיחַ יְהוָה blaſphemauit chriſtum Domini. Irme.15.10,quia vniuerſus ipſe מְקַלְלַוְנִי maledicit mihi. Eſt verbum compoſitum,inquit R.D.in cõment. ex duabus radicibus, קָלַל maledicere,& קָלָה ignominia afficere: acſi dicat, blaſphemat,& ignominia afficit me.Ob duas igitur ſignificantias, è duabus radicibus compoſita eſt dictio,breuiandi gratia.Et mutatum eſt ה ipſius קָלָה,in ו, ſecundum morẽ permutationis huius in locis multis. Pſal. 37.22,וּמְקֻלָּלָיו & maledicti eius(.i.ab eo)ſuccidentur.Leuit.19.14,לֹא־תְקַלֵּל חֵרֵשׁ non maledices ſurdo. Et in puhál,Ieſah.65.20,Et peccans filius centum annorũ יְקֻלָּל, maledicetur. Iiób 24.18, תְּקֻלַּל maledicetur. Nomẽ, Gen.27.12,inducam ſuper me קְלָלָה maledictionem, & non benedictionem.Deute.21.23, quia קִלְלַת ob maledictionem Dei ſuſpenſus.R.D.in li.rad.exponit acſi dicat,Eo quòd maledixit Deo ſuſpenſus eſt.Poteſt etiam (inquit)exponi ſecundum priorem ſignificantiam,ob cõtemptum Dei ſuſpenſus. qui enim vident quempiã ſuſpenſum,dicunt,Quia Deum cõtempſit,aut probris affecit,ſuſpenſus eſt.Prouer.26.2,ſicut paſſeris eſt vagari,ſicut hirũdinis eſt volare, ſic קִלְלַת חִנָּם לֹא תָבֹא maledictio ſine cauſa,nõ veniet.Vel,ei veniet.eſt enim duplex lectio,לֹא & לוֹ.R.Abrahám, Sicut paſſeris eſt vagari de loco ad locũ cũ facilitate,& ſicut hirũdinis eſt volare ad domũ è qua egreſſa eſt:ſic maledictio ſine cauſa,nõ veniet ad eum cui maledicitur: ſed ſicut hirũdo reuertitur ad domum vnde exiuit, itidem maledictio ad illũ ex cuius ore egreſſa eſt.R.Leui in comment.Sicut paſſeris &c.Memorauit paſſerem & hirundinem,quia habitant in domibus cum hominibus, quæ cito vagãtur

ex cal, & est cum daghés euphoniæ gratia, sicut dictum est de מִקְדָּשׁ in קָדַשׁ. Idem scribit in commen. Nomẽ vniuersale, præposito מ. Eccles.10.18, Propter pigritias inclinabit se (vt cadat) הַמְּקָרֶה contignatio. Acsi dicat, Inclinabuntur tigna vt cadant, propter iugem stillationem quæ est super illis. Aliud, קוֹרָה, Tignum. 2. Reg.6.5, vno cadere faciente הַקּוֹרָה tignum. vel trabẽ. Gene.19.7, venerunt in vmbra קֹרָתִי tigni mei. Cant.1. 17, קֹרוֹת tigna domorum nostrarum cedrina. Aliud, קִרְיָה, Ciuitas. Deuter.2.37, non fuit קִרְיָה ciuitas. Psalm. 48.3, קִרְיַת ciuitas regis. Iesah.29.1, קִרְיַת חָנָה דָוִד ciuitas in qua mansit Dauid. ת est loco ה, vel est in regimine, & deficit הַנִּסְמָךְ, inquit R.D. in lib. rad. Et in comment. קִרְיַת (inquit) non est coniunctum, sed ת est loco ה absoluti, sicut Leuit.8.26, חַלַּת מַצָּה אַחַת, pro חַלָּה. & Psal.58. 5, חֲמַת־לָמוֹ, pro חֵמָה. At R. Abrahám in comment. scribit esse in regimine, & deficere dictionem אֱמֶת veritatis, aut fidei. i. fidelis, aut quippiã simile: vt sit, ciuitas fidelis &c. Vel sic est cõsuetudo linguæ, vt dictionem in regimine existentem iungat præterito, vt Hose.1.2, תְּחִלַּת דִּבֶּר־יְהוָה. R. Selomóh, Ciuitas quæ fuit ædificata in ciuitate in qua mansit Dauid. Duale, Irme.48.1, Capta est קִרְיָתָיִם Chiriatháim. sed rectum est vt sit nomen vrbis ex vrbibus Moáb: & sic meminit illius in narratione vrbium Moáb eodem capite, versu 22, Et super Chiriatháim, & super Beth ghamúl, & super Bethmehón, & super קְרִיּוֹת Cherióth. Et 41, Capta est הַקְּרִיּוֹת Cherióth. (ר cũ chiríc, & י cũ daghés). i. vnaquæque ex vrbib⁹. est enim plurale. Sed vt inquit R. Dauid, est nomen vrbis Moáb, licet scriptum sit cum ה notificatiuo, quod propriis nominibus iungi non solet, nisi forsan rarissi

me:vt Iud.8.10,בַּקַּרְקֹר in Carcór,quod est sicut בְּהַקַּרְקֹר, quia ב est cum pathách,quod habet in potentia ה notificatiuum.Et venit cum ת loco ה signi fœminei,aut radicalis literæ ה,inquit R.D.in lib.rad. Prouerb.8.3,לְפִי־קָרֶת in ostio ciuitatis.Appellat ostium פִּי os,metaphorice.Vt enim verbum ex ore,itidem & homines è ciuitate egrediũtur. Alia forma & significatio,מ præposito,מִקְרֶה,Accidens,euentus, contingentia.1.Semu.6. 9,מִקְרֶה הוּא accidẽs est. Eccle.3.19,כִּי מִקְרֶה בְנֵי־הָאָדָם וּמִקְרֶה הַבְּהֵמָה וּמִקְרֶה אֶחָד לָהֶם(tria hæc,sunt cum seghól,& absoluta) Quia euentus filiorum hominum, & euentus animalis,& euentus vnus eis.R.Selomóh in commen. Dedit Deus euentũ filiis hominum, & euentũ animali,& euẽtum eundem dedit vtrisque.R.Abrahám,Hic versus est secundũ cogitationes filiorũ hominũ qui nõ habẽt sapientiã,nec intelligentiam, qui videntes accidens vnum esse homini, & animali, putarunt illa habere eundem spiritum,nec præstare hominem animãtibus cæteris.Ruth 2.3,וַיִּקֶר מִקְרֶהָ & accidit accidẽs eius.

Alia forma,Leuit.26.21, Et si ambulaueritis mecum קֶרִי per accidens.fortuitu. Et 24, ambulabo etiam ego vobiscum בְּקֶרִי per accidens.forte fortuna, siue fortuitu.acsi dicat, Si dixeritis quòd flagella quæ adduco super vos,forte fortuna eueniunt &c. Tharghum, בְּקַשְׁיוּ dure.R.Abrahám in comment. dictio קֶרִי,vt nonnulli dicunt, significat robur & victoriam:vt quum quispiam roborat cor suum,& non pauet superari, aut vinci.Et non est illi similis dictio in Sacris literis.& secũdum istos verti potest,pertinaciter.Alii exponũt,accidentaliter,siue forte fortuna. Et secundum vtranque expositionẽ,in קֶרִי deficit ב: & sic est בְּקֶרִי in secũdo exemplo.

emplo.Vel ſubaudiendum eſt הֲלִיכַת ambulatione pertinaci,aut continenti.R.Menachém(vt refert R.Selomóh)deducit à יָקַר prohibere:vt Prouer.25.17, הֹקַר רַגְלְךָ prohibe pedem tuum.Cui aſtipulatur & Tharghú,habens(vt dictum eſt)dure.Et eſt ſenſus, Et indurant cor ſuum prohibendo ne mihi appropinquent.

קרח Decaluare,depilare caput.Micháh 1.16,קָרְחִי וָגֹזִּי decalua te,& tonde te.Sunt ex cal actiuo intrãſit.uo. Leuit.21.5,non יִקְרְחֻה קָרְחָה decaluabunt(ſub. ſuper mortuo,more Chaldæorũ)caluitium in capite ſuo. In margine ſcribitur ſine ה,יִקְרְחוּ. Et in niſhál,Irme. 16.6,Et nõ יִקָּרֵחַ לָהֶם caluitiũ erit(vel fiet)pro eis. Vel,& nõ decaluabit ſe quiſpiã propter eos. Et in hifhíl,Ieche.27.31,וְהִקְרִיחוּ אֵלַיִךְ קָרְחָא & decaluabũt ſuper te caluitiũ.Erat indiciũ luctus decaluatio. In קָרְחָא, א eſt loco ה.Ieche.29.18,caput מֻקְרָח decaluatum. Tóar.Leui.13.40, Et vir quum depilatum fuerit caput eius, קֵרֵחַ הוּא caluus eſt. Nomen,קָרְחָה,Caluitium.Deute.14.1,nõ incidetis vos, neq; ponetis קָרְחָה caluitiũ inter oculos veſtros. Alia forma. Leuit.13.42, Et ſi fuerit בְקָרַחַת אוֹ בְגַבַּחַת in loco decaluato,vel caluitio.ſiue in loco in quo non ſunt pili.nam iuxta R.D.in lib.rad.in radice גָּבַח, hoc pacto differũt:quia גַּבַּחַת eſt locus in quo non ſunt capilli ſiue pili:ſed קָרַחַת eſt locus in quo fuerunt capilli,ſed decaluatus & depilatus eſt.quæ differẽtia liquido cõſtat ex paulo præcedenti contextu.At iuxta R.Abrahám,קֵרֵחַ eſt cuius vertex capitis eſt depilatus, גִּבֵּחַ is cuius frõs eſt depilata.R.Selomóh, depilatio verticis verſus faciem,eſt גַּבַּחַת:depilatio vero quæ eſt hinc & inde (.i.ante & retro)eſt קָרַחַת.Micháh 1.16,dilata קָרְחָתֵךְ caluitium tuum ſicut aquila. Aliud, קֶרַח, Glacies, κρύ-

σταλλος, Cryſtallus. Iiób 6.16, qui (torrentes) denigrantur מִפְּנֵי־קָרַח à glacie, vel, propter glaciem. Et 37.10, à flatu Dei dabit קָרַח glaciem. Vel ſic, A voluntate Dei dabitur glacies. Tharghum, A verbo (.i. iuſſu) Dei dabitur glacies. R. Leui, à voluntate Dei. R. Abrahám Peruſól, A volũtate, & ordine voluntatis Dei datur glacies ſuper terrã tempore quo cõgelantur aquæ, vel ros, & ſtillæ nocturnæ, tẽpore quo deſcendunt paulatim paulatim, efficitque vt ſit glacies, quæ poſtea liquefacta, defluit, ac decurrit. Pſal. 147.17, mittit קַרְחוֹ glaciem ſuã.

קָרַם Tegere carnem pelle. Iechez. 37.6, וְקָרַמְתִּי עֲלֵיכֶם עוֹר & operiam vos pelle. Et 8, וַיִּקְרַם עֲלֵיהֶם עוֹר & operta eſt ſuper eos cutis. Eſt enim intranſitiuum, ſuprà vero tranſitiuum, vt ait R.D. in lib. rad. & cõment.

קֶרֶן Cum ſex punctis, eſt Cornu. & per tranſlationẽ, Fortitudo, poteſtas, regnum. 1. Semu. 2.10, & exaltabit קֶרֶן cornu chriſti ſui. Irme. 48.25, נִגְדְּעָה קֶרֶן מוֹאָב fractum eſt cornu Moáb. Iehoſ. 6.5, בְּקֶרֶן cum cornu arietis. Dani. 8.8, fractum eſt הַקֶּרֶן הַגְּדוֹלָה cornu magnũ. 1. Semu. 2.1, רָמָה קַרְנִי exaltatum eſt cornu meum in Domino. R. Dauid, fortitudo appellatur cornu, quòd ſit locus altior qui ſit in animali: & etiã fortitudo eius, quemadmodum dictum eſt Deuter. 33.17, His populos cornu petet. Et de homine metaphorice dictũ eſt, acſi dicat, exaltauit caput meũ: iuxta illud Pſal. 27.6, Et nũc exaltabit caput meũ ſuper inimicos meos. Duale, Hamós 6.13, Accepim' nobis קַרְנָיִם cornua. Chab. 3.4, קַרְנַיִם cornua à manu eius ei. Vel potius, ſplendores. ſic R.D. in lib. ra. & R. Abrahám, & R. Selomóh in cõm. Dixit enim in principio, Et ſplẽdor ſicut lux erit: & idem repetens aliis verbis, ait, ſplendores &c. Item ꝑ cum ſe-

ua, quanquam eſt duale. Dani. 8. 3, & ei קְרָנַיִם וְהַקְּרָנַיִם
גְּבֹהוֹת cornua,& cornua excelſa. Plurale,Deuter.33.17,
וְקַרְנֵי רְאֵם קַרְנָיו & cornua vnicornis cornua eius.Plurale
fœmineum,Exo.29.12,ſuper קַרְנֹת cornua altaris.Irme.
17.1,וּלְקַרְנוֹת & in cornibus altaris. Abſolutum,Ieche.
43.15,הַקְּרָנוֹת cornua quatuor. Verbum in cal,Exo.34.
29,Et Moſeh neſciebat quod קָרַן ſplenderet cutis vultus
ſui.Inſtar enim cornuum,è facie illius egrediebantur
ſplendores, aut radii ſplendentes. Vnde R. Abrahám
in comment.hoc modo ſcribit,Neſciebat &c. eo quòd
apparuit gloria ante faciem illius:idcirco ſplendere
fecit eum ſecundum ſplendorem firmamenti. Et ſic
ſuprà Chab.3.4,קַרְנַיִם. R.Selomóh ſcribit quòd lucem
emittebat inſtar cornu.Et Tharghũ,Et neſciebat quòd
creuiſſet ſplẽdor gloriæ faciei ſuæ. Altera ſignificatio
in hifhíl, Pſa.69.32,iuuencus מַקְרִן cornificans.

קָרַס Eſt כָּרַע כָּפַף,Incuruare.Ieſah.46.2,קָרְסוּ כָּרְעוּ curuauerũt ſe,incuruauerũt ſe pariter.Vtrunq; verbum idem ſignificat.Tharghũ,אִתְקְצִיצוּ וְאִתְקְטִיפוּ ſucciſi ſunt,exciſi ſunt. Et 1,כָּרַע בֵּל קֹרֵס נְבוֹ curuauit ſe Bél,incuruauit ſe Nebó. Hinc dicitur קֶרֶס,aut קֶרֶס,Vncinus curuus.Exo.26.33,& pones velũ ſubter הַקְּרָסִים vncinos.

קָרַע Scindere,rumpere, Aperire. 1.Semu.15.28, קָרַע יְהוָֹה אֶת־מַמְלְכוּת ſcidit Dominus regnum Iſraél. Irm.22.14,וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנָי & aperiet ei feneſtras. Vbi חַלּוֹנָי ponitur pro חַלּוֹנִים, inquit R. Dauid in comment. & Michlól,& lib.rad.2.Reg.5.8, vt quid קָרַעְתָּ בְּגָדֶיךָ ſcidiſti veſtimenta tua? Dicitur & de loquacibus,qui ob nimiam loquendi continuationẽ videntur carnem ſcindere,ait R.D.vt Pſal.35.15,קָרְעוּ aperuerunt(ſub.os ſuũ, præ multitudine riſus)וְלֹא־דָמּוּ & nõ ſiluerũt. ſub.à ſuo

risu, siue derisione sua. Vel, oblocuti sunt contra me, acsi carnem meam scinderent. R. Ioséph, Sciderunt, sub. illud quod nequibát suere. R. Abrahám, Dixit metaphorice, Sciderunt carnem meam: quia loquebantur mala de illo. R. Selomóh, Si scidissent carnē meā, sanguis meus non fluxisset in terram, quum cæderent faciem meam. R. Himmanuél, Sciderunt cor meum, quanquā ex illo nō eduxerūt sanguinem. Et sic est scissio cordis absque sanguine: & erit דָּמוּ verbū à דָּם quod est sanguis, significans sanguinem fundere. Vel, sciderunt cor meum, & non siluerunt, id est nō cessauerunt illud scindere. à דָּמַם. 1. Reg. 11.31, קָרַע scindo. 2. Semu. 15.32, קָרוּעַ כֻּתָּנְתּוֹ scissus tunica sua. 1. Reg. 11.11, קָרֹעַ אֶקְרַע אֶת־הַמַּמְלָכָה scindendo scindam regnum. 2. Semu. 3.31, קִרְעוּ בִגְדֵיכֶם scindite vestes vestras. Irme. 4.30, quū תִּקְרְעִי בַפּוּךְ עֵינַיִךְ scideris stibio oculos tuos. Et in nifhál, 1. Reg. 13.3, ecce altare נִקְרָע scissum est. Nomen, קֶרַע, Scissio. 1. Reg. 11. 30, & scidit illam in duodecim קְרָעִים scissiones. i. partes. Prouerb. 23.21, וּקְרָעִים & scissiones (.i. vestes scissas) induere faciet dormitatio.

קָרַץ Excidere, succidere, Annuere, siue innuere. Prouerb. 10.10, קֹרֵץ עַיִן Innuens oculo. Et 16.30, קֹרֵץ שְׂפָתָיו innuens labiis suū perfecit malū. Et in puhál, Iiób 33.6, E luto קֹרַצְתִּי excisus sum. i. formatus. Nomen, Irme. 46.20, קֶרֶץ מִצָּפוֹן excisio ab Aquilone venit. sic R. Selomóh & R. Dauid, Significat etiam iugulationem, & occisionem, apud doctores Hebræorum, vt in Misnáh &c.

קֶרֶשׁ Est לוּחַ, Tabula. Exo. 26.18, Et facies אֶת־הַקְּרָשִׁים tabulas. Et 16, Duo cardines לַקֶּרֶשׁ הָאֶחָד tabulæ vni &c. Sic facies omnibus קַרְשֵׁי tabulis. Iechez. 27.6,

קַרְשֵׁךְ tabulam tuam fecerũt eburneam.i. tranſtra tua, hoc eſt tabulas ſuper quas ſedent remiges.

קשש Colligere,congregare.In pohél, Exo.5.7,Ipſi ibunt,וְקֹשְׁשׁוּ לָהֶם תֶּבֶן & colligent ſibi paleam. 1.Reg.17.10,מְקֹשֶׁשֶׁת עֵצִים colligẽs ligna. Exo.5.12,לְקֹשֵׁשׁ קַשׁ ad colligendam ſtipulam . aut paleam minutam, ſeu lignum minutum:vt R.D. in lib.rad.Ieſah.29.21, Et increpantem in porta יְקֹשׁוּן increpabũt . ita R.D.in li.ra.Huius verbi(ait) radicẽ putauit R.Ionáh eſſe קוש. In cõm. vero Et increpanti in porta laqueos tendent. Eſt ex verbis quorum ſecunda quieſcit קוש,ſignificans illaqueare.יָקֹשׁ enim & קוש eiuſdẽ ſunt ſignificantiæ.Et ita habet Tharghũ.Sunt qui deducũt à קָשַׁשׁ, vertẽtes, probris afficient.Sicut enim colligens ligna, aut ſtipulas,colligit hinc inde,& pariter congregat:itidem qui probris afficit hominẽ,colligit maculas eius hinc inde,& illa dicit ipſi.Sic itaque ait, Et increpantẽ in porta probris afficient. pro afficiebant . quia probra hinc inde colligentes,dicebant illi, Nónne tu ſic & ſic feciſti in tali,& tali loco,in tali tempore?R. Selomóh, laqueos tendent. Idem R.Abrahám auenhezra. R.verò Moſéh ſacerdos exponit increpabũt: & quòd ש debuerat habere daghés.Et ſic deducit à קָשַׁשׁ. Et in hithpahál,Sephan.2.1, הִתְקוֹשְׁשׁוּ וָקוֹשׁוּ ſcrutamini vos ipſos, & ſcrutamini,gens nõ deſiderabilis.acſi dicat,(ait R.D.) Scrutamini vos à maculis veſtris malis,deinde ſcrutamini alios.Trãſlatio eſt à קַשׁ minutis paleis, atque reb' quæ exactiſſima egent perſcrutatione.Et ſic dicunt doctores noſtri,Scrutare teipſum,deinde alios: aut iuſtifica teipſum,poſtea alios.Idem ſcribit & in comment. Et ש in וָקוֹשׁוּ eſt cum daghés ob defectum literæ defi-

ciétis.i.alterius ש,ſicut & in סֹבּוּ. R.Selomoh,Cōgregate vos,& colligite vos pariter,vt ſuprà Exo.5.12. ſic R. Moſéh.R.Abrahám,increpate vos,& increpate. Nomē,קַשׁ.Ieſa.3.24,ſicut cōſumit קַשׁ ſtipulā lingua ignis.

קָשָׁא Vnde קִשֻּׁא,Cucumis. Nume.11.5, recordamur piſcium &c. אֶת הַקִּשֻּׁאִים cucumerum &c. Idem R.Selomóh in cōmen.R.Abrahám in cóment.ſcribit א eſſe loco ה,ſicut & in תְּלוּאִים , & ita radicem eſſe קָשָׁה.

Alia forma,מִקְשָׁה,Cucumerarium,Ieſah.1.8. Secundum R.D.in lib.rad.ה eſt loco א,ſicut in מִכְלָה: ſecundum R.Abrahám eſt radicale.

קָשַׁב Attendere,Intendere. In hifhil,Irme.23.18,מִי־הִקְשִׁיב דְּבָרוֹ quis attendit verbo eius,& audiuit? Vel,quis attēdere fecit aurem ſuā &c.Ieſah.21.7,וְהִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב־קָשֶׁב & attēdet (aut attendere faciet aurem ſuā) attentione,multa attentione.Prouerb.1.23,& non erat מַקְשִׁיב attendens. 1.Sem.15.22,לְהַקְשִׁיב attēdere(ſub.melius eſt,)quàm adeps arietum.Pſal.17.1,הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי attende clamori meo. Ieſah.42.23, יַקְשִׁב attendet,& audiet. Pſal.10.17,præparare facies cor eorum,תַּקְשִׁיב אָזְנֶךָ attendere facies aurem tuam. R.Dauid,iuuabis eos vt præparent cor ſuum tibi cū attentione: & tunc attendere facies aurem tuā precationi illorum. R.Himmanuél, Præparaſti cor eorum vt ſit paratū ad precādum te,vt os cordi,& cor ori cōueniant: & auris tua erit intenta,vt illorum precationes exaudiat.& ſic ת in תַּקְשִׁיב eſt ſignum fœmineum. Si verò ſit ſignū maſculeum, ſenſus eſt, Pones aurem tuā attentam illorū precationibus. Secūdum R.Abrahám eſt ſignum fœmineum.

Et in cal,Ieſah.32.3,& aures audientium תִּקְשַׁבְנָה audient.ש cum pathách præter normā. Tóar,Nechem.

1.6,auris tua קַשֻּׁבֶת intenta.2.Paralip.6.40,& aures tuæ קַשֻּׁבוֹת intentæ. Alia forma nomen happohál, secundum R. Ionáh, quia est longum. 1.Reg. 18.29, & non erat qui responderet, neque קָשֶׁב attendere.i. attentio. Sed 2.Reg.4.31,& nō erat vox,neque קָשֶׁב :est tóar,quia est breue. Sed nos(inquit R.D.)inuenimus ipsum longum in omnibus libris correctis, præterquam in libro Ierosolimitano,cui ille innitebatur,in quo est breue.

קָשָׁה Durum, asperū, graue ac difficile esse , Indurare,obdurare,Grauare,aggrauare. 1.Semu.5. 7,קָשְׁתָה grauis est manus eius super nos. Deuter.1.17, & rem quæ יִקְשֶׁה difficilior fuerit vobis,accedere facietis ad me. Et 15.18, nō יִקְשֶׁה graue(durum,aut difficile) sit in oculis tuis. Et in nifhál, Iesah.8.21,& transibit per eá נִקְשֶׁה induratus & famelicus. Et in pihél,trāsitiuum,Gene.35.16,וַתְּקַשׁ & indurauit dum páreret.Vel, aggrauauit (scilicet partus) animam eius,secūdum R. Abrahám & R.Dauid.& est vt וַתְּכַל,quod est ex pihél à כָּלָה. Et in hifhíl, Exod.13.15, quum הִקְשָׁה indurasset Parhóh.sub.cor suum.1.Reg.12.4,pater tuus הִקְשָׁה אֶת־עֻלֵּנוּ aggrauauit iugū nostrum. Iiob 9.4,quis הִקְשָׁה אֵלָיו indurauit,(sub.cor suū,) & pacem habuit? ita R.D. & R.Abrahám.i.stetit cū illo in pace, ait R.Leui. 2.Reg. 2.10, הִקְשִׁיתָ לִשְׁאוֹל difficilis fuisti postulando.i.rem difficilem postulasti:vt exponit R.D.in cōment.Prouerb. 29.1,vir increpationum מַקְשֶׁה־עֹרֶף qui indurat ceruicē, subito conteretur. R.Himmanuél, Vir qui increpatus indurat ceruicem suam,& increpáti non obtemperat, subito conteretur &c. Vel vir increpationum.i.qui alios vt à via sua mala cóuertantur,increpat, & ipse indurat ceruicem suá in his de quibus alios increpat,su-

bito conteretur &c. Vel, vir increpationum. i. qui indiget increpationibus multis, quòd admodum suam indurauit ceruicem, & nõ eruditur increpatione vna, neque se corrigit, subito &c. Tharghũ, Vir qui non suscipit increpationes, & indurat ceruicem, subito conteretur. sic R. Leui in cõment. Genes. 35.17, בְּהַקְשֹׁתָהּ quũ aggrauasset eã (sub. partus ad mortẽ) dum pareret. Deut. 10.16, וְעָרְפְּכֶם לֹא תַקְשׁוּ עוֹד & ceruicem vestram non indurabitis amplius. Tóar, 1. Sem. 25.3, & vir קָשֶׁה durus. Iesah. 19.4, & tradam AEgyptum in manũ אֲדֹנִים קָשֶׁה dominorum duri. R. Dauid, in manu domini duri. Est enim אֲדֹנִים plurale pro singulari. Exod. 18.26, rem הַקָּשֶׁה difficilem afferent. Et 32.9, populus קְשֵׁה־עֹרֶף durus ceruice est. 2. Semu. 3.39, & filii Seruiáh קָשִׁים מִמֶּנִּי fortiores sunt me. Nomen, Deuter. 9.28, ne aspicias ad קְשִׁי duritiam populi huius. Est cum seuá tantum. Tóar fœmineum, Exod. 1.14, seruitute קָשָׁה dura. 1. Sem. 1.15, mulier קְשַׁת־רוּחַ dura (grauis) spiritu sum. Gen. 42.7, & locutus est cum eis קָשׁוֹת verba. scilicet dura. Aliud tóar, מִקְשָׁה, quod est שָׁוֶה, AEqualis, planus. Exod. 25.31, מִקְשָׁה æquale (vel planũ) fiet cãdelabrũ. i. opere æquali, & plano. ita R. D. & R. Abra. & sic Iesa. 3.24, & pro מַעֲשֶׂה מִקְשָׁה קָרְחָה dispositione æquali (sub. criniũ) caluitiũ. acsi dicat, pro dispositione, & æqualitate. non est enim מַעֲשֶׂה in regimine, quum sit cum seghól. q. d. pro dispositione & æqualitate crinium, aut capillorum, vt essent pulchri & æquales. Et rectũ est vt מִקְשָׁה sit tóar ipsius מַעֲשֶׂה, vt sit, dispositione æquali capillorũ. R. Selomóh, מִקְשָׁה facies cãdelabrum. i. nõ facies illud vacuũ, neque fient lucernæ eius, atque calami mẽbratim & seorsum, quæ postea coniungant more aurificum: sed totum fiat fusura

ſura vna,& percutiatur malleo,& fundatur in vaſe aurificis, & diuidantur calami hinc & inde. Tharghum, נְגִיד tractum(aut protractum)fiet &c. quia percuſſione mallei protrahebāt partes hac & illac. Et מִקְשָׁה eſt percuſſio mallei,vulgo כטריץ,*baterie.* Sicut Dani.5.6,genua eius דָּא לְדָא נָקְשָׁן alterum ad alterum colliſa ſunt.

קְשָׂה Vnde קְשׂוֹת,Mediati calami.Exod.25.29,וּקְשׂוֹתָיו & mediatos calamos eius. R. Selomóh ſcribit quòd קְשׂוֹת erant veluti mediati calami vacui ſciſſi in longitudinem, in quorum ſimilitudinē fiebant & aurei:qui manebant ſuper dorſum vnius panis, & diuidebant inter panem & panē, vt inter illos ingreſſus aer, ne mucidi efficerentur,prohiberet.Et in lingua Harabica omnis res vacua dicitur קשוא.

קָשַׁח Crudele & durum eſſe, crudeliter relinquere, elongare à corde. Iiób 39.13,הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ reliquit crudeliter filios ſuos.R.Moſéh,Indurauit cor ſuum ad filios ſuos,& aliis illos reliquit. Vel indurare fecit,aut crudeliter relinquere fecit(ſub.eam) Deus filios ſuos: quia Deus ordinauit vt naturâ eſſet crudelis, & filios ſuos relinqueret. R.Leui, Remouit à ſimilitudine ſua appoſitionē cordis ſui. Ieſa.63.16, vt quid errare facies nos Domine de viis tuis, תַּקְשִׁיחַ לִבֵּנוּ indurabis(pro induraſti)cor noſtrū à timore tuo? Viſa impiorū proſperitate,& longitudine captiuitatis noſtræ, atque contēptu noſtri,induratum eſt cor noſtrū,acſi errare feciſſes nos de viis tuis, & indurare feciſſes cor noſtrū à timore tuo. R.Abrahám in cōment.exponit,תָּסִיר remouebis:& ſic Iiób 39,ſuprà citatum.R.Selomoh,roboraſti.

קָשַׁט Vnde קֹשֶׁט,Veritas,Perfectio. Pſal.60.6, vt fugiant à facie קֹשֶׁט veritatis. aut propter verita-

tem. Vide נָסַס. R.D. in cómen. propter veritatem tuam qua dixisti &c. Et Tharghum pro אֲמִת habet קוּשְׁטָא. & pro בְּתֹם in perfectione, habet בְּקְשִׁיטוּת. Et cũ seuá, Prouerb. 22.21, vt scire facerem te קֹשְׁטְ veritatem eloquiorum veritatis.

קשט ש cum puncto in sinistro cornu. Vnde קְשִׂיטָה, quod est מָעָה, Nummus, inquit R.D. in lib. ra. R. quoque Hachibáh, Quum (inquit) irem in Harabiã, audiui quòd nummum vocabant קְשִׂיטָה. Gene. 33.19, & emit partem agri &c. centũ קְשִׂיטָה nummis. Tharghũ, centum חוּרְפָן agnis. Iiób 42.11, & dederunt ei vnusquisque קְשִׂיטָה אֶחָת nummum vnum. vel agnam vnam, secundum Tharghum & R. Abrahám auenhezra.

קשר Ligare, colligare, cóiungere, Cóiurare. 1. Reg. 16.16, קָשַׁר coniurauit Zimri. Deut. 6.8, וּקְשַׁרְתָּם & ligabis ea. 2. Semu. 15.31, בַּקֹּשְׁרִים inter coniuratores. Gene. 44.30, & anima eius קְשׁוּרָה ligata est cum anima illius. quia scilicet præ amoris magnitudine anima eius erat acsi fuisset ligata & coniuncta cũ anima illius. Et 30.42, וְהַקְּשֻׁרִים & primitiua erant Iahacób. Sic appellata ob fortitudinem. ligamen enim est fortitudo. Et erant quæ nascebantur in mense Nisan. i. Martii, quæ erant robustiores, cæterísque pinguiores. Iehos. 2.21, וַתִּקְשֹׁר אֶת־תִּקְוַת הַשָּׁנִי & ligauit filum coccineum. Et in pihél, Iiób 38.31, הַתְקַשֵּׁר מַעֲדַנּוֹת כִּימָה num ligabis (.i. maturescere facies) fructus delicatos Vergiliarum? Gene. 30.41, in omni coitu pecudum הַמְקֻשָּׁרוֹת ligatarum. hoc est primitiuarum. Et in nifhál, 1. Semu. 18.1, & anima Iehonathán נִקְשְׁרָה ligata est cum anima Dauid. Et in hithpahál, 2. Paralip. 24.25, הִתְקַשְּׁרוּ coniurauerũt aduersus eum serui eius. Et 26, הַמִּתְקַשְּׁרִים coniurati. No

men,קֶשֶׁר,& קֶשֶׁר. 2.Sem.15.12, & fuit הַקֶּשֶׁר אַמִּיץ cõiuratio valida.2.Reg.12.20,קֶשֶׁר. Hinc dicũtur ornamenta capitis & colli,vt torques,קִשֻּׁרִים:quòd capiti aut collo vel gutturi alligentur.Iesa.3.20,וְהַקִּשֻּׁרִים & murenulas.

קֶשֶׁת Arcus.1.Semu.31.3,בַּקֶּשֶׁת cum arcu.Psal.44.7, בְקַשְׁתִּי in arcu meo. Iesah.13.18,וּקְשָׁתוֹת & arcubus pueros allident.Psal.37.15,וְקַשְּׁתוֹתָם & arcus eorum.

QVADRATA.

קָדְקֹד Vertex,Vide קָדַד.

קַעֲקַע Nota,signũ, stigma. Leuit.19.28,& scripturam קַעֲקַע stigmatis non ponetis in vobis. R.D.in lib. rad.exponit,חָרוּת exaratam,descriptam,scilicet in carne.qua dictione vtuntur Hebræi sæpius in pihél. Et rectum est vt sit ex radice קָעַע.

קַרְקַר Destruere. Vide קִיר.


קַרְדֹּם Securis.1.Semu.13.20, וְאֶת־קַרְדֻּמּוֹ & securim suam. Et 21,וְלַקַּרְדֻּמִּים & securibus. Fœmineũ, Irme. 46.22,וּבְקַרְדֻּמּוֹת & cum securibus venerunt.

קַרְסֹל Vnde קַרְסוֹל,Talus pedis,aut crus. 2.Semu.22. 37,& non nutauerunt קַרְסֻלָּי tali mei. R.D.in lib. rad. exponit, אַרְכּוּבוֹתַי genua mea, vel crura mea. Tharghum,& nõ nutauit רְכוּבָתִי genu meum. R.D.in cõment.crura mea.Nam Tharghum pro כְּרָעַיִם crura, Leuit.11.21:habet קַרְסוּלִין. Idem etiam pro,& absciderũt אֶת־בְּהֹנוֹת pollices manuum eius &c. Iudicũ 1.6: habet קַרְסוּלֵי. R.Abrahám, crura mea. R.Selomóh, tali mei. vulgo קבילייא,*Chemille du pied.*

קַרְקַע Pauimentum.2.Reg.6.15,& operuit אֶת־קַרְקַע pauimẽtum domus. Est & nomen loci,Iehos.15.3,& circuit הַקַּרְקָעָה in Carcáah.

קַשְׂקֶשׂ Vnde קַשְׂקֶשֶׂת,Squama.Leuit.11.9,omne cui est pinnula וְקַשְׂקֶשֶׂת & squama in aquis. Iechez.29.4,בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ squamis tuis. 1.Semu.17.5.& lorica קַשְׂקַשִּׂים squamarum erat indutus.id est lorica quæ erat facta opere squamarum,hoc est squamis ferreis ad claudendum foramina annulorum loricæ, ne sagitta ingrederetur per annulum.

ר



Est radicale,nunquã deseruiens,nec recipiẽs daghés,nisi in locis paucissimis.

רָאָה Cernere,intueri,videre. Gene. 29.32, quia רָאָה יְהוָֹה בְּעָנְיִי vidit Dominus afflictionem meam. Nume. 27.13,וְרָאִיתָה אֹתָהּ & videbis eam.Psal.31.8,רָאִיתָ אֶת־עָנְיִי vidisti afflictionem meam.1.Paralip.17.17,וּרְאִיתַנִי כְּתוֹר & vidisti me secundum dispositionem hominis dignitatis. R.Selomóh in cóment. AEquasti me, & adduxisti me ad æqualitatem magnorũ.acsi dicat,Paruus eram, & adduxisti me ad æqualitatem principũ populi tui: quia dixisti mihi,Et faciam tibi nomen magnũ secundum nomen magnorum. כְּתוֹר secundum mensuram, & similitudinem. Psal.37.35, רָאִיתִי רָשָׁע עָרִיץ vidi impiũ robustũ.Exod.34.35,וְרָאוּ & viderunt. Et 19.4,vos רְאִיתֶם vidistis. Gene.42.21,רָאִינוּ צָרַת vidimus angustiam animæ eius.Psal.54.9,וּבְאֹיְבַי רָאֲתָה & in inimicis meis vidit oculus meus.sub.id quod volebam.1.Semu.28.13,quid enim רָאִית vidisti? Exod.1.16, וּרְאִיתֶן & videritis. 1.Reg. 22.25,ecce tu רֹאֶה vides. Gene.16.13,nónne etiã hic vidi אַחֲרֵי רֹאִי post videntem me? .i.illa quæ sunt post videntem me.Vel,postquam conspectus est mihi,& vidit afflictionem meã.sic R.D.in lib.ra.R.Abrahám in com

ment.Nónne etiã hîc vidi angelum Domini poſtquã vidit Dominus afflictionem meam?quia ipſe me iugiter videt. R.Selomóh,Nónne &c. eſt ſermo admirantis,Nónne etiam hîc in deſertis vidi nuntiú Dei,poſtquam vidi eos in domo Abrahám,vbi eram aſſueta videre angelos?Scito autem quòd erat aſſueta videre angelos . nam Manóach vidit angelum ſemel, & dixit, Moriendo moriemur, Iudic.13.22. hæc autẽ vidit quatuor vicibus,altera poſt alteram,& nõ expauit. Vel eſt nomen,vt ſit,poſt viſionem meã, hoc eſt prophetiam meam:ſicut ſcripſit R.Iahacób filius Elhazár. Et eſt rectum, inquit R.Dauid. & ſic ſcripſit eſſe nomen illud Ieſah.28.15,Et cum inferno(vel ſepulchro)fecimus חֹזֶה viſionem. ad ſimilitudinẽ שׁוֹאֶה & יוֹרֶה.Ieſa.47.10,non eſt רֹאָנִי vidẽs me.א eſt cú camés vice ſeri, inquit R. D. in Michlól & lib.ra. Exo.20.18,& omnis populus רֹאִים אֶת־הַקּוֹלֹת videbant tonitrua.pro audiebãt.Senſus enim viſus eſt cæteris ſenſibus dignior: & idcirco omnes alii ſenſus per trãſlationem dicuntur viſus : & quæ ſunt aliorum ſenſuú propria,illi tribuuntur.Eſtér 1.14,principes &c.רֹאֵי פְּנֵי הַמֶּלֶךְ videntes faciem regis.Fœmineú, Prouerb.20.12, וְעַיִן רֹאָה & oculus videns. Deuter.28.32, & oculi tui רֹאוֹת videntes . Eſtér 2.9, & ſeptem puellas הָרְאֻיוֹת dignas(conuenientes) vt daret ei è domo regis. acſi dicat , honorabiles quæ eſſent dignæ vt miniſtrarent illi.1.Sem.1.11,ſi רָאֹה תִרְאֶה בָּעֳנִי videndo videris afflictionẽ ancillæ tuæ. Gene.26.28,רָאוֹ רָאִינוּ videndo vidimus. Eccleſ.9.11,cõuerſus ſum,וְרָאֹה & videre.pro vidi. Vnde Tharghũ habet,וַחֲזֵית & vidi. Ieſah.42.20,רָאִית רַבּוֹת videre multa, & non cuſtodies.i.nõ prodeſt videre multa niſi cuſtodias. Vide פָּקַח.Exod.10.5,& non po-

terit לִרְאֹת אֶת־הָאָרֶץ videre terram. Iechez. 28. 17, ante reges ponam te, לְרַאֲוָה־בָךְ vt videant te. Vel, vt contẽnant te, vt nonnulli exponút, inquit R. Dauid: ſed prior expoſitio eſt recta. & ita habet Tharghum. 2. Reg. 23. 29, & interemit eum in Meghiddó, כִּרְאֹתוֹ אֹתוֹ quũ pugnaret ipſe cum illo. vt exponit R. D. in lib. rad. Et in comment. quũ vidit quòd opinio eius erat vt pugnaret cũ illo. Prohibuerat enim illum: & tamen vidit illũ indutum armis bellicis, ideo pugnauit cum illo. Vide 2. Paral. 35. 22, Et nõ auertit Ioſiiáhu faciem ſuam ab eo: ſed vt pugnaret cum illo, mutauit ſe &c. Gene. 27. 27, רְאֵה רֵיחַ בְּנִי vide odorẽ filii mei. eſt imperatiuũ. Et dixit, Vide, de odore, ratione dicta ſuprà de tonitruis. ſic Tharghú, חֲזִי vide. R. Selomóh, vide odorẽ filii mei quẽ dedit ei Deus. R. Abra. Sermo cum corde eſt, Et erat odor optimus in veſtibus ſuis, quòd putaret in corde ſuo eſſe Heſáu. Pſal. 84. 10, Clypee noſter רְאֵה vide Deus. i. O tu Deus qui es clypeus noſter, vide. R. Abrahám in cõm. Clypeum noſtrum. i. regem noſtrum qui protegit populum, vide Deus. Et ſic, Quia Domino (aut Domini) clypeus noſter. ſic & R. Himmanuel. R. Selomóh, Clypeum noſtrú. i. domũ ſanctuarii quæ nos protegit, vide Deus. R. Dauid, Clypee noſter. i. tu Deus qui es clypeus noſter. i. qui protegis nos, vide, & aſpice faciem Chriſti tui, hoc eſt Venire facias Chriſtum cito in diebus noſtris. Exo. 10. 10, רְאוּ videte. Irme. 2. 31, רְאוּ דְבַר־יְהוָה videte verbum Domini. i. date ſcientiam veſtram verbo Domini, ſecundum R. D. in lib. ra. Tharghum, Suſcipite verbum Domini. R. D. in comment. Intelligite illud quod dicit vobis: quia viſio, eſt in corde: vt & Ecceſ. 1. 16, Et cor meum רָאָה vidit multam ſapientiã.

Et ſic 2.Sem.15.3,רְאֵה vide verba tua bona,& recta,& id genus multa. Ideo dixit eis, Videte,& nõ, audite. Cant. 3.11, Egredimini וּרְאֶינָה & videte filiæ Siión. Gen.32.20, אֶרְאֶה פָנָיו videbo faciem eius. Pſal.118.7,אֶרְאֶה, videbo in hoſtibus meis.ſub.quod volo. Gene.22.8, Deus יִרְאֶה־לּוֹ הַשֶּׂה prouidebit ſibi pecus.1.Semu.16.7, Quia non אֲשֶׁר (pro כַּאֲשֶׁר) יִרְאֶה quemadmodum videbit (pro videt) homo: quia homo יִרְאֶה videbit pro oculis,& Dominus יִרְאֶה videbit pro corde.i.homo videt quæ ſunt ante oculos, Deus autem videt quæ ſunt in corde. Tharghũ, Quia nõ quemadmodum vident filii hominum: nam filii hominum vident in oculis ſuis, & coram Domino manifeſtæ ſunt cogitationes cordis. Exo.33.20, non יִרְאַנִי videbit me homo, & viuet. pathách ponitur vice ſeri, inquit R.D. in Michlól. Irm.17.8,& non יִרְאֶ videbit, cum venerit æſtus. R.D. in comment. per tranſlationem, acſi dicat, Etiam cum venerit æſtus in mundo, non ſentiet illum, quia iuxta aquas eſt plantata, & nõ poterit æſtus ſiccare illam. Iiób 20.17, אַל־יֵרֶא בִפְלַגּוֹת ne videat riuos. Geneſ.42.1, וַיַּרְא & vidit Iahacób quòd eſſet frumentum in AEgypto. i. vidit quòd homines terræ ibát ad emẽdũ frumẽtũ. Vel vidit corde ſuo.i.intellexit ex his quæ audiebat, videbátq; &c. Et 48.8, וַיַּרְא & vidit Iſraél &c. Vidit Iſraél filios Ioſéph, ſed nó agnouit eos. Exod.6.1, núc תִרְאֶה videbis quid faciá. Zechar. 9.5, תֵּרֶא videbit. Exod.2.6, וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד & vidit eum puerum. R. Selomóh ſic exponit, Et vidit eum. Quem vidit? Puerum. R. Abrahám, Vbi dixit,& vidit eum: addidit declarandi gratia, puerum. Et ſic Zechar.12.8, Et domus Dauid ſicut Elohím, ſicut angelus Domini ante illos. Declarauit enim dictionem Elohím, quæ Deũ

significat, & angelum, dicens כְּמַלְאַךְ sicut angelus. Iesah.5.19, vt נִרְאֶה videamus. Psalm.22.18, Ipsi aspicient, יִרְאוּ־בִי videbunt(vel considerabũt)me. Sunt qui exponunt, inquit R. Dauid, cõtemnent me, vel aspicient in me, scilicet quod volunt, & optant. Micháh 7.10, oculi mei תִּרְאֶינָּה בָּהּ videbunt (aspicient) eam. vel videbunt quod voluerint in ea, secundum R.D. in cóment. נ est cum daghés præter normá, inquit idem in lib.ra. Et in nifhál, Gene.48.3, Deus omnipotens נִרְאָה־אֵלַי apparuit(conspectus est)mihi in Luz. Leuit.13.7, וְנִרְאָה ostẽdetur secundo sacerdoti. 1.Semu.1.22, וְנִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְהוָה & ostensus (conspectus) fuerit coram Domino. אֶת־פְּנֵי ponitur pro לִפְנֵי coram. Vnde & Tharghum habet קֳדָם יְהוָה coram Domino. Iudic.19.30, neque נִרְאֲתָה conspectum est sicut hoc.i.simile. 1.Semu.3.21, & addidit Dominus לְהֵרָאֹה apparere in Silóh. Et sine ה, quod est in potentia seri quod est sub ל, vt Iesah.1.12, Quum veniretis לֵרָאוֹת פָּנָי vt appareretis coram me. Et פָּנָי ponitur pro לְפָנָי. Malachi 3.2, בְּהֵרָאוֹתוֹ quando apparebit ipse. 1. Reg.18.1, הֵרָאֵה ostende te ipsi Acháb. Et 15, אֵרָאֶה ostendam me illi. Gen.12.7, וַיֵּרָא & apparuit. 1.Reg.8.8, & nó יֵרָאוּ apparebunt (conspicientur) foris. Et in hifhíl, Gene.41.28, הֶרְאָה אֶת־פַּרְעֹה videre fecit Parhonẽ. Irme. 38.21, verbũ quod הִרְאַנִי ostendit mihi. Psal.60.5, הִרְאִיתָ עַמְּךָ קָשָׁה ostendisti populo tuo durũ. Irm.11.18, הִרְאִיתַנִי מַעַלְלֵיהֶם ostendisti mihi opera eorum. Nachum 3.5, וְהַרְאֵיתִי גוֹיִם & ostendam gentibus nuditatem tuam. ה est cum pathách præter morem. Exod.25.8, מַרְאֶה אוֹתְךָ ostendo tibi. Et 40, secundum exemplar eorum quod tu מָרְאֶה videre fis. Participium passiuum. Deuter.3.24, Domine Deus tu cœpisti לְהַרְאוֹת אֶת־עַבְדְּךָ אֶת־גָּדְלְךָ ostẽdere

dere seruo tuo magnitudinem tuam. Exod.9.16, בַּעֲבוּר הַרְאֹתְךָ אֶת־כֹּחִי vt ostenderem tibi potentiam meam. Et sine ה, quod tamẽ est in potẽtia pathách quod habet ל, Deuter.1.33, לַרְאֹתְכֶם בַּדֶּרֶךְ vt ostenderem vobis viam. Iudic.1.24, הַרְאֵנוּ ostende nobis quæso. Micháh 7.15, אַרְאֶנּוּ נִפְלָאוֹת ostendam illi mirabilia. Psa.91.15, וְאַרְאֵהוּ בִּישׁוּעָתִי & ostendam illi salutem meam. 2.Reg. 11. 4, וַיַּרְא אֹתָם אֶת־בֶּן־הַמֶּלֶךְ & ostendit eis filium regis. Hoc solum est ex hifhíl, cætera וַיַּרְא sunt ex cal. Nume. 23.3, וּדְבַר מַה־יַּרְאֵנִי & verbum quod ostenderit mihi, nuntiabo tibi. Nomen וּדְבַר est in regimine, vt annotauit & R. Abrahám. in comment. Tharghum tamen habet, Et verbũ quod ostenderit mihi. Psal. 59.11, Deus יַרְאֵנִי ostendet mihi in hostibus meis. R.D. ostendet mihi illud quod cor meum vult inimicis meis. R. Selomóh similiter. R. Abrahám, ostendet mihi desiderium meum. Et in hofhál, Leuit.13.49, וְהָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן & ostendetur sacerdoti. Et sic Tharghum, וְיִתְחֲזֵי לְכַהֲנָא & ostendetur sacerdoti. אֶת ponitur vice ל. Exod.26.30, quam הָרְאֵיתָ videre factus es. Et sine י, Deuter.4.35, Tu הָרְאֵתָ videre factus es. Et participium passiuum ex pihél graui, Sephan.3.1, Væ מֹרְאָה fœdatæ, & inquinatæ ciuitati. sic R. Selomóh, R. Abrahám, & R. Dauid. R. verò Moseh, fœdatæ, & redemptæ. Et in puhál, Iiób 33.21, Non רֻאּוּ visa sunt. Et in hithpahál, 2. Reg.14.8, Veni, נִתְרָאֶה פָנִים videamus nos facie. i. ineamus prælium. sic R. D. R. vero Abrahám, litigemus. Genes.42.1, & dixit Iahacób filiis suis, Vt quid תִּתְרָאוּ aspicietis? pro aspicitis. Sunt (inquit R.D.) qui exponunt secundum priorem significantiam, quid pugnatis? cur litigatis? Vel est (inquit) sensus, Quid aspicitis vosipsos tanquã saturi, & sit vo-

biſcum eſca? omnes alii vadunt ad emendum frumentum, & vos hic remanetis? R.Abrahám, Ne aſpiciatis quòd ſint vobis opes: vel, ne litigetis alter cum altero. R.Selomóh, Vt quid aſpicitis voſipſos ante filios Iſmahél & Heſáu, acſi eſſetis ſaturi hac hora? adhuc ſunt vobis fruges? Nomen, præpoſito מ. Geneſ.12.11, mulier pulchra מַרְאֶה aſpectus es. Nume.9.16, וּמַרְאֵה־אֵשׁ & aſpectus ignis. Iechez.41.21, הַמַּרְאֶה כַּמַּרְאֶה viſio ſicut viſio. Dani.8.16, intelligere fac hunc הַמַּרְאֶה viſionem. Plurale, מַרְאִים, Viſiones, aſpectus. Iiób 40.28, Nóne etiã ad מַרְאָיו ad aſpectus eius proiicietur? R.Abrahám, nónne &c. propter aſpectus eius tãtum, cadet homo? R.Leui, Quũ viderit homo huius piſcis geſta, proiicietur ad terram ob multum pauorem. Fœmineũ, Dani.10.7, non viderunt אֶת־הַמַּרְאָה viſionem. Iechez.1.1, vidi מַרְאוֹת viſiones Dei. Alia forma, Iiób 7.8, non aſpiciet me oculus רֹאִי viſus. aut viſionis. Tharghum, Non aſpiciet me oculus דְּחַמְיָא יָתִי videntis me. Iiób 33.21, Conſumetur caro eius מֵרֹאִי à viſu. ſiue viſione. i. ne videat. ita Tharghum, & R.Leui, R.Dauid, & R. Abrahám Peruſól. Et eſt longum, quia eſt ſubſtantiuum. Nachum 3.6, & ponam te כְּרֹאִי tanquam inquinamẽtum. Et cum camés chathéph, Gene.16.13, tu Deus רֳאִי viſionis. Acſi dicat, inquit R.Dauid, Deus רְאוֹת viſionis es, quia poteſt homo videre te. Alia item, רוֹאֶה, Viſio, prophetia: inſtar שׁוֹאָה. Ieſah.28.7, errauerũt בָּרֹאֶה in viſione. i. prophetia, ait R.D. R.Ioséph exponit, in verbo, ſiue in re quæ videtur & apparet omni homini. Et רֹאֶה eſt nomẽ הָרְאָיָה viſionis ſeu demonſtrationis. Et cũ pronomine, Gen.16.13, Nónne etiam hic vidi poſt רֹאִי prophetiam meam? Alia præterea, 2.Para.26.5, In diebus Zechar-

iáhu intelligentis בְּרְאֹות in viſionibus Dei.aut in viſione.i.prophetia. Alia poſtremo,Eccle.5.10,Et quid rectum Domino eius,niſi רְאִית viſio oculorum eius?Scribitur cum י,& legitur cum ו, & idem ſignificat, tantũ eſt duplex lectio,רְאוּת,& רְאִית. Aliud nomen,רְאִי,Speculum.Iiób 37.18,fortes כִּרְאִי מוּצָק ſicut ſpeculum forte. Exo.38.8,בְּמַרְאֹת è ſpeculis.ב vice מ inquit R. Dauid,& alii grãmatici. Aliud,præpoſito מ,מֻרְאָה,eſt זֶפֶק,Veſicula gutturis auium vbi manent ſordes.Leui.1.16, Et remouebit מֻרְאָתוֹ veſiculam eius cum pluma eius. Auis item immunda, Deuter.14.13,וְהָרָאָה, id eſt רָאָה vulturem.Dixerunt doctores Hebræorum ab acumine viſus ſic appellatam fuiſſe.

רְאֵם Vnicornis,ſiue rhinoceros. Nume.23.26, ſicut fortitudines רְאֵם rhinocerotis ei. Quieſcit interdum א mutatum in י.Iiób 39.12, Nunquid volet רֵים rhinoceros ſeruire tibi?Ieſah.34.7,& deſcendent רְאֵמִים rhinocerotes cum eis.

ראש Caput,Dux,princeps, Principiũ,initium,Cacumen,vertex,Summa.Gene.3.15,Ipſum cõteret tibi רֹאשׁ caput.Exo.19.20,ſuper רֹאשׁ verticem mõtis.Nume.6.9,& polluerit רֹאשׁ caput nazareatus ſui.i. capillos capitis.Illud autem Thren.3.5,Et circundedit רֹאשׁ וּתְלָאָה,exponit R.D.in lib.rad.circundedit caput, ſub. meum,& labore circundedit.Et ſunt(inquit) qui exponunt,felle,(aut veneno,toxico)& labore. Et ſic א eſt loco ו.i.רוֹשׁ de quo ſuo loco. ita R.Selo. Exo.30.23, cape tibi aroma, רֹאשׁ præcipuum.i. & præcipuum inter aromata capies.R.Selomóh,aromata præcipua. Et 11, Quum acceperis אֶת־רֹאשׁ ſummam filiorum Iſraél. Pſal.119.160, רֹאשׁ־דְּבָרְךָ, id eſt תְּחִלַּת principiũ verbi tui

veritas.Deute.29.18, ne forte ſit in vobis radix germinans רְאשׁ toxicum.Irm.8.14, Et propinauerunt nobis aquas רֹאשׁ toxici.i.toxicatas.Iechez.40.1,בְּרֹאשׁ in capite(aut principio)anni(.i.menſe ſeptimo qui eſt principium anni)decima menſis.i. decima die mēſis quæ eſt dies expiationum,vt exponit R.D.in lib.ra.Scribit tamen, doctores Hebræorum decimam diem appellare caput anni Iobél.1.Paral.5.7,הָרֹאשׁ dux Iehiél.2.Paral. 31.10,ſacerdos הָרֹאשׁ ſummus.Ieſah.41.26,quis annuntiauit מֵרֹאשׁ ab initio?2.Reg.2.3,מֵעַל רֹאשֶׁךָ à capite tuo. Gene.2.10, & fuit in quatuor רָאשִׁים capita. Res enim quæ ab vno diuiduntur,appellantur capita:(.i.principia,)quia vnūquodque eſt caput ſibiipſi poſtquam diuiſum eſt. Et hæc ſignificatio eſt & in aliis linguis, vt notum eſt.R.Ionáh expoſuit, in quatuor flumina magna.ſed non eſt opus vt ſic exponatur. Tharghum, in quatuor capita fluminum. 2.Semu.5.24,בְּרָאשֵׁי in cacuminibus pyrorū.1.Para.7.11,Filii Iedihél,לְרָאשֵׁי in principes patrum.Et cum pronominibus,chólem mutatur in camés,paucis exceptis.Ieſah.15.2,in cunctis רָאשָׁיו capitibus eius caluitium.Exo.38.26, & texit רָאשֵׁיהֶם capita earum. Iehoſ.2. 19, ſanguis eius בְּרֹאשֵׁנוּ in capitibus noſtris.Caret י plurali,vt annotauit Hámaſóreth.& cū camés,1.Para.12.19;בְּרָאשֵׁנוּ. Tóar,רִאשׁוֹן,Primus.Ieſa. 41.4,Ego Dominus רִאשׁוֹן primus.Et cum י tantū vice א, Iiób 8.8, interroga quæſo generationem רִישׁוֹן priorem. Geneſis 8.13,בָּרִאשׁוֹן in primo, in vna menſis. In primo,ſcilicet menſe qui erat תִּשְׁרֵי, September,ſecundum R.Elihézer.Vel נִיסָן,Martius,ſecundum R.Iehoſúah . Et eſt ſermo abbreuiatus. Et 25. 25, & egreſſus eſt הָרִאשׁוֹן prior,ruſus totus.Exod.12.15,die הָרִאשׁוֹן prima ceſſare facietis fermentum in domibus veſtris. i.

die præcedēti, hoc eſt quartadecima die quæ eſt ante ſeptē dies infermētatorū. Et ſic Iiób 15.7, הֲרִאישׁוֹן nú primus homo naſcéris? pro, natus es. i. Num ante hominē natus es? Et eſt ſcriptū cum א & י. Poteſt etiá exponi vt ſonat, nempe quòd erit ceſſatio die prima. & ſic Gene. 2.2, Et perfecit Deus die ſeptima opus ſuum. Sic R. D. in lib. rad. R. Abrahám, Die prima &c. i. ingrediente die primo. & ſic Gene. 2.2, Et perfecit Deus &c. ingrediēte die ſeptima iam perfecerat opus ſuū. ita etiá, Die prima &c. dū ingrederetur dies prima, iam ceſſauerat omne fermētum è domibus. Et ſic principium diei primæ eſt finis diei quartædecimæ, ſicut ſcriptū eſt eodē verſu, A die prima vſque ad diem ſeptimam. Et ecce expoſitio, quia ſeptem dies perfecti ſunt à die quartadecima menſis in veſpera, vſque ad diem vigeſimamprimam menſis in veſpera. Irme. 17.12, ſolium gloriæ, ſublimitas מֵרִאשׁוֹן à principio: vt exponunt nonnulli. Exo. 34. 1, dola tibi duas tabulas lapideas כָּרִאשֹׁנִים ſicut priores. Ibidē, in tabulis הָרִאשֹׁנִים prioribus. Fœmineū, Leui. 5.8, & offeret eū &c. רִאשׁוֹנָה priorem. vel prius. Geneſ. 38.28, iſte egredietur רִאשֹׁנָה prius. Num. 2.8, רִאשֹׁנָה prius proficiſcétur. 2. Paral. 29.3, anno הָרִאשׁוֹנָה primo. Deuter. 9.18, כָּרִאשֹׁנָה ſicut prius. Et 13.9, בָּרִאשׁוֹנָה in primis. primum, aut prius. Vnum cum ל redundante, & מ cū pathách, 1. Paral. 15.13, quia לְמַבָּרִאשׁוֹנָה à principio nō vos. Iudi. 20.32, כְּבָרִאשֹׁנָה ſicut in principio. ſicut prius. Ieſa. 43.18, ne recordemini רִאשֹׁנוֹת priorum. Alia forma, רֵאשִׁית, Principium, initium, Primitiuū, primitiæ. Geneſ. 10.10, רֵאשִׁית principium regni eius. Leuit. 2.12, oblationem רֵאשִׁית primitiarum. Pſa. 105.36, רֵאשִׁית לְכָל־אוֹנָם principium omnis laboris eorum. 1. Semu. 15.21, &

tulit &c.רֵאשִׁית præcipuum(pro præcipua,electa,ſecun dum R.D.in lib.rad.)anathematis.Irme.26.1,בְּרֵאשִׁית in principio regni.Gen.1.1,בְּרֵאשִׁית,id eſt בִּתְחִלָּה in prin cipio creauit &c.Non eſt in regimine.Et ſic Ieſah.46. 10,annuntians מֵרֵאשִׁית à principio nouiſſimum. R.A-braham in comment.Sapientes dixerunt ב redundare, ſicut redundat in בְּרִאשֹׁנָה,quia inuenitur ſine ב,Num. 2.9,רִאשֹׁנָה. quòd ſi ita eſſet, ב fuiſſet cũ camés magno. Alii רֵאשִׁית ſemper eſſe cõiunctũ,ſiue in regimine geni tiui,hoc ſenſu,in principio veſperæ,vel noctis,aut tene brarũ.Et iſti obliti ſunt illius Deut.33.21,Et vidit רֵאשִׁית לוֹ principiũ illi.Alii dicũt idcirco dixiſſe In principio, ne aſcendat in cor quòd cælo ac terræ nõ ſit principiũ. At opinio mea eſt eſſe coniunctum,ſicut Irm.26.1,ſu-prà citatum.Et ne mireris coniunctum eſſe iuxta ver-bum præteritum:nam ſimile habes Hoſ.1.2,תְּחִלַּת דִּבֶּר־ יְהוָה principium loquendi Dominum. i. quo locutus eſt Dominus. Et Ieſah. 29. 1, Ariél קִרְיַת חָנָה דָוִד ciuitas manendi Dauid.i.in qua manſit Dauid. Et ſic eſt ſen-ſus,In principio creandi Deum &c.i.In principio quo creauit Deus cælum & terram, terra erat &c. R. Selo-moh in cóment. In hoc quod dicit Scriptura בְּרֵאשִׁית, non ſignificat ordinem creationis, dicendo quòd hæc præceſſerint: quia ſi hoc voluiſſet ſignificare, dixiſſet בָּרִאשֹׁנָה prius,aut in primis.Et nõ eſt רֵאשִׁית in Scriptu-ra quod non ſit coniunctũ vt Irme.26.1. & ſic,In prin cipio בָּרָא pro בְּרוֹא creandi &c. Et ſimile eſt illi illud Hoſe.1.2,ſuprà citatum. Et ſi dixeris ſignificare ordinẽ quo hæc creata ſunt:& exponendum eſſe,In principio הַכֹּל omniũ creauit &c. & quòd modo ſcriptura eſt ab-breuiata , ſicut & aliæ ſcripturæ , in quibus dictio vna

deest,(vt Iiób 3.10,Quia nõ clausit ostia ventris mei.i. ventris matris meæ: & non exposuit quis clauserit. Et sic Iesah.8.4,Accipiet opes Damméšec. & nõ exposuit quis acceperit. Et Hamós 6. 12, Num arabit in bobus? & non exposuit an homo araret in bobus. Iesa.46.10, Annuntians à principio nouissimum. & non exposuit quod nouissimum:)Si ita est,mirandum est de te,quia Scriptura dicit , Et spiritus Dei sufflabat super faciem aquarum: & adhuc non manifestauit Scriptura creationem aquarum. Et sine א, vt Deuter. 11.12, מֵרֵשִׁית à principio. Alia forma,רַאֲשָׁה.& plurale, 1.Sem. 26.11, מְרַאֲשֹׁתָיו à capitibus(pro à capite)Saúl.מ enim quum sit cum seri,est litera deseruiens pro מִן,& non est constitutiua nominis.Et cum מ nominis constitutiuo,Gen. 28. 18, quem posuit מְרַאֲשֹׁתָיו sub capitibus suis. pro sub capite suo. Alia forma, Iechez.36.11, & benefaciam, (sub.nouissimo vestro) מֵרִאשֹׁתֵיכֶם magis quàm principiis vestris.Et est instar אֲמָרָה. Et cum ostensione א.i. punctato,Irme.13.18,מַרְאֲשֹׁתֵיכֶם magnitudines vestræ.

רַב Aut רֹב,רַב vel רֹב, quære in רָבַב.

רָבַב Multiplicare, Augere, Crescere, magnificare. Iesah.54.13,וְרַב שְׁלוֹם בָּנָיִךְ & multiplicabit pacem filiorũ tuorum. Aut intransitiue,multiplicabit se,vel multiplicabitur & crescet pax.Est præteritum quod ו cõuertit in futurum,inquit R.Abrahám in cõment.& R.D. in lib.ra. Psal.18.15,וּבְרָקִים רָב & fulgura multiplicauit. vel iaculatus est, secundum R.D.in lib.rad. Sunt cum pathách,inquit R.D.in Michlól,sicut & in aliis huiusmodi geminatis,quia caret secunda radicali,(est enim radix רָבַב,) cuius punctatura remansit in prima radicali ר.Sed hoc posterius,secundum aliquos grãmaticos,

& Hámasóreth, est cũ camés: & sic est toar. R. Abrahã in commen. scribit esse præteritum instar תַּמּוּ à תַּם, vt suo loco dictur. e Psal. 4.8, frumentũ eorum, & vinum eorum רָבּוּ multiplicata sunt. Præteritum fœmineum, רַבָּה est longum ad differentiam participii. Gene. 18.20, quia רָבָּה multiplicatus est. Sed illud Exod. 23.29, ne forte &c. וְרַבָּה & multiplicetur: est breue propter ו, inquit R.D. in Michlól. & sic Iesah. 6.12, וְרַבָּה & multiplicabitur derelicta. Et secundum formã פָּעוֹל, instar יָכֹל, inquit R.D. in lib. rad. & in Michlól, in alia significatione. Genes. 49.23, & amaritudine affecerunt eum, וָרֹבּוּ & iaculauerũt. aut iaculati sunt. Et in pihél participiũ, Psal. 144.13, oues nostræ mille pariẽtes, מְרֻבָּבוֹת decẽ millia parientes in plateis nostris. à רְבָבָה quod est decem millia, deductum verbũ, secundum R.D. in lib. rad. Et in commen. parientes millenos, & decem millia, (siue myriades,) adeò vt ex illis repletæ sint plateæ nostræ. Tharghum, parientes mille, multiplicãtes decem millia &c. R. Selomóh, ad millenos, & vsque ad decẽ millia facientes fructum. R. Abrahám, facientes mille, decem millia pariẽtes. Et est sensus, Oues nostræ quæ faciebant mille, decem millia pepererunt. Tóar, Gene. 13.6, substantia eorum רָב multa. Ecclesi. 1.18, In multitudine sapientiæ רָב־כָּעַס magna ira. aut multa. Estér 1. 8, sic disposuerat rex omni רַב magistro domus suæ. Significat hominem honorabilem (inclytũ) existimatũ, aut reputatum: ob multiplices quibus pollet, dignitates sic appellatum. Iesah. 19.20, & mittet eis saluatorẽ, וָרָב & inclytum, & eripiet eos. Exod. 9.28, orate ad Dominum, וְרַב & sufficiet vt non sint tonitrua Dei. Psal. 22.13, circundederunt me vituli רַבִּים multi. aut magni, secundum

ſecũdum R.D.Hamós 3.15,& deficiét domus רַבִּים multæ.vel magnæ,reputatæ, ſecundum R.D. Irme.50.29, congregate cõtra Babél רַבִּים ſagittarios.Iiób 16.13,circundederunt me רַבָּיו ſagittarii eius. Fœmineũ,Gen. 6.5,רַבָּה multa malitia. Et cum י redundante, Threno. 1.1,Quomodo ſedit ſola ciuitas רַבָּתִי עָם multa(magna) populo. Et ſine regimine, Pſal.123.4, רַבַּת multum ſaturata eſt.Et 129.1,רַבַּת ſæpe impugnauerunt me. Sunt qui dicunt ת eſſe loco ה.Iudic.8.30,vxores רַבּוֹת multæ.

Nomẽ,רוֹב,Multitudo. Prouerb.10.19,בְּרֹב in multitudine verborum. Ieſa.24.22, וּמֵרֹב & à multitudine(.i. poſt multitudinem)dierum viſitabũtur. erunt in memoria. Tóar,prædicta forma,Iiób 11.2,הֲרֹב num multo verbis(.i.verboſo)non reſpondebitur? Et cum maccáph, tam in nomine, quàm in tóar, chólem mutatur in camés chathéph. Prouer.13.23,רָב־אֹכֶל multus cibus. Ecceleſi. 1.18, quia בְּרֹב in magno ſapientia, magna ira. Tharghũ, Quia vir qui multiplicat ſapiẽtiam,quũ peccauerit,& non reſipuerit per intelligentiã,multiplicat iram coram Domino.R.Selomóh in cõment. Homini qui ſuæ ſapiẽtiæ innititur,& ab illicitis non ſe elongat,veniet ira magna à Domino.R.Abrahám in comment. Vbi ſcientiam quæſiuit ſtultitiæ,vidit quòd intelligenti,agnoſcenti mundana,multitudine ſapiẽtiæ ſuæ,iugiter erit ira,atque dolor. Proue.20.15,Eſt aurũ, וְרָב־פְּנִינִים & multitudo gẽmarum.Hoſe.8.12,ſcribam ei רֻבּוֹ honorabilia(magna,ſub.verba)legis meæ. Nomen numerale,רְבָבָה,Decem millia. Pſal.91.7,וּרְבָבָה & decem millia à dextera tua. Iudic.20.10,& mille לְרְבָבָה è decem millibus. Et in plurali idem ſignificat,vt מֵאָה מֵאוֹת ſignificant centum.1.Semu.18.8,dederũt ipſi Da-

uid רְבָבוֹת decem millia. Nume.10.36, reuertere Domine רִבְבוֹת ad decem millia millium Iſraël. Tharghum, Reuertere Domine, habita in gloria tua in medio decem millium milliũ Iſraël. Deute.33.2, & veniet מֵרִבְבֹת à decem millibus ſanctitatis. Vel, cum decem millibus &c. מ pro עִם. Vel ſecundum R. Selomóh, Et venient ad Iſraël è decẽ millibus ſanctitatis. i. & cũ eo pars decem milliũ angelorũ ſanctitatis, & non vniuerſi ipſi, neque multitudo eorũ, neque ſecũdum morẽ carnis & ſanguinis (.i. hominis) qui in die thalami ſui (.i. nuptiarũ ſuarum) omnem oſtendit gloriã. Interdum cadit alterũ ב, & abſorbetur in daghés. Nechem.7.71, שְׁתֵּי רִבּוֹת, bis decem millia. i. viginti millia. Alia forma, cum א in fine. Neche.7.66, omnis cœtus tãquam vnus אַרְבַּע רִבּוֹא quater decem millia. Et ſine א, Ionáh 4.11, pluſquam מִשְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה רִבּוֹ duodecies decẽ millia hominũ. Duale ſine א, ſignificãs bis decem millia. Pſal.68.18, currus Dei רִבֹּתַיִם bis decem millia. Et plurale cum א, Dani.11.12, & deiiciet רִבּאוֹת decem millia. Et 7.10, וְרִבּוֹ רִבְבָן & decem millia decem milliũ coram illo ſtabũt. רִבְבָן idem eſt quod Hebraice dicitur רְבָבוֹת. Alia forma, רְבִיב, Imber, ſiue pluuia vehemens. Irme.3.3, & prohibiti ſunt רְבִבִים imbres. R.D. in cõment. exponit, pluuiæ temporaneæ quæ deſcẽdunt in Octobri: quæ pluuia, alio nomine vocatur יוֹרֶה, & מוֹרֶה pluuia temporanea: & ſic dicũt doctores Hebræorũ, יוֹרֶה in Octobri (ſub. deſcẽdit,) & מַלְקוֹשׁ pluuia ſerotina in Martio. Quia hæc duo tempora, ſunt tẽpora pluuiarum ob frugum neceſſitatem: ſed in Octobri maior eſt pluuiæ inundatio. Et idcirco vocatur menſis מַבּוּל à בּוּל inundatione: & vocatur pluuia ipſa רְבִיבִים, & יוֹרֶה. & eſt ſenſus, quòd ob illorum ma

la opera prohibitæ erant pluuiæ, quemadmodum dictum est Deuter. 11.17, & prohibebit cælos,& non erit pluuia. Tharghum, רְסִיסַיָא guttæ. Psal.65.11, בִּרְבִיבִים imbribus liquefac eam.

רָבַד Vnde רְבִיד quod est עֲנָק, Ornamentũ colli & gutturis, Torques. Gen.41.43,& posuit רְבִד torqué auri super collum eius. Et præposito ם, מַרְבַד, est Ornamẽtum quo decoratur lectus: à quo verbum in cal, pro Ornare & decorare lectũ. Proue.7.16, מַרְבַדִּים רָבַדְתִּי עַרְשִׂי ornamentis ornaui lectum meum. R.Leui, Ornamenta pulchra posui super lectum meum. Secundum R.Himmanuél, sunt panni, siue cortinæ quæ ponũtur ante lectum.

רָבָה Multiplicare, Augere, Crescere, Maiorem esse, Iaculari, sagittare. Deute.30.16,& viues, וְרָבִיתָ & multiplicaberis. Zecha.10.8, וְרָבוּ כְּמוֹ רָבוּ & multiplicabuntur sicut multiplicati sunt. Gen.21.21,& fuit רֹבֶה iaculans.i.iaculator, sagittarius. Sunt enim duæ radices eiusdem significãtiæ, רָבַב & רָבָה, inquit R.Abrahám in cõment. Eccle.5.10, בִּרְבוֹת הַטּוֹבָה quum multiplicatum fuerit bonum. Gene.35.11, cresce, וּרְבֵה & multiplicare. Exod.1.10, פֶּן יִרְבֶּה ne forte multiplicetur. Iiób 33.12, quia יִרְבֶּה אֱלוֹהַּ מֵאֱנוֹשׁ maior est Deus homine. Genes. 43.34, וַתֵּרֶב & creuit(maior fuit)pars Biniamín. Et in pihél, Psal.44.13, & nõ רִבִּיתָ multiplicasti pretiis(aut propter pretia)eorũ. Thre.2.22, quos educaui, וְרִבִּיתִי & auxi. vel enutriui. Iudic.9.29, רַבֵּה צְבָאֲךָ multiplica exercitũ tuũ.

Et in hifhíl, Deut.1.10, הִרְבָּה אֶתְכֶם multiplicauit vos. Et 7.13,& benedicet tibi, וְהִרְבְּךָ & multiplicabit te. Iesa. 9.3, הִרְבִּיתָ הַגּוֹי multiplicasti gentem. Irme.46.11, in vanum הִרְבֵּיתִי רְפֻאוֹת multiplicasti medicinas. Scribitur cũ

י,quod eſt multiplicaui:quia ipſi ſic dicebāt tẽpore ruinæ ſuæ, Multiplicaui,&c. Et legitur ſine י, id eſt multiplicaſti tu virgo filia AEgypti &c.Hæc R.D.in cóm. Leuit.11.41,מַרְבֵּה רַגְלַיִם multiplicās pedes.1.Paral.8.40, וּמַרְבִּים בָּנִים & multiplicātes filios.Geneſ.3.16,הַרְבָּה אַרְבֶּה עִצְּבוֹנֵךְ multiplicādo multiplicabo dolorem tuũ. 2.Semu.14.11,memento quæſo rex Domini Dei tui מֵהַרְבַּית ne multiplicetur propinquus ſanguinis ad perdendum. acſi dicat, Sunt multi propinqui ſanguinis: & ſi vni iuſſeris,alter veniens occîdet illum.At ſi iurauerit rex,audient propinqui iuramentum, & illum contingere formidabunt. Iechez.24.10,הַרְבֵּה הָעֵצִים multiplica ligna.Et totum cũ ſeghól, inquit R.D.in Michlól, Pſal.51.4, הֶרֶבה כַּבְּסֵנִי multiplica, laua me.i.multiplica miſericordias tuas,& laua me ab iniquitate mea.ita R. Himmanuél.Scribitur cum ה,& legitur ſine ה,quia duplex eſt lectio,הַרְבֵּה & הֶרֶב,ſicut הַרְפֵּה & הֶרֶף.Et idem eſt, ſed ſunt duo modi imperatiui hifhil,ſecundum R.D. in Michlól & in cómen.Poteſt eſſe & nomen quocunque modo legatur, ſiue הֶרֶב, ſiue הַרְבֵּה, inquit R.D.in cóment.vt ſit,multum laua me. R.Abrahám in comment. הֶרֶב eſt imperatiuũ,ſicut הֶרֶף.& כַּבְּסֵנִי eſt macór, acſi eſſet לְכַבְּסֵנִי multiplica lauare me. Vel הֶרֶב eſt nomen,& כַּבְּסֵנִי imperatiuũ,vt ſit,multũ laua me. Iudic. 20.38,& tẽpus conſtitutũ erat viro Iſraél cũ inſidiis,הֶרֶב multum vt aſcendere facerẽt combuſtionem (vel columnam) fumi de ciuitate. Series eſt, vt aſcendere facerent multũ,vel valde &c.Hamós 4.4,הַרְבּוּ multiplicate. Deuter.17.16, non יַרְבֶּה־לּוֹ סוּסִים multiplicabit ſibi equos. Hinc הַרְבֵּה,Multum,Multitudo.Chag.1.5,Seminaſtis הַרְבֵּה multum.2.Semu.1.4,& etiã הַרְבֵּה multitudo cecidit.Eccleſ.9.17,perdet טוֹבָה הַרְבֵּה bonum mul

tum. Alia forma, מַרְבֶּה cum seghól:& in regimine cũ
seri. Iesah.33.23, tunc diuisa est præda שָׁלָל מַרְבֵּה (&)spo-
lium multũ.deficit enim ו. R.Dauid in cóment. Idem
repetit in dictionibus distinctis. Et est nomen instar
מַרְאֶה. Et 9.7, לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה, ad multiplicationem impe-
rii. secundum R.D.in Michlól, & lib.rad.& cóment.
Et scribitur cum ם finali. Potest esse & participiũ ex hif
híl: vnde scribit R.Abrahã in cóm. ם clausum in me-
dio, quod solet scribi in fine, indicat signũ solis, cuius
vmbra reuersa est retrorsum.& est nomen sicut מַעֲשֶׂה.
Vel est verbum ex hif híl secundum normam, vt sit, ad
multiplicantem principatum. R.Selomóh in cómen.
Cui erit nomen hoc? Regi multiplicãti imperium Do-
mini super seipsum, vt timeát à facie eius. Alia for-
ma, 2.Paralip.30.18, מַרְבִּית multitudo populi. 1.Semu.
2.33, Et omnis מַרְבִּית multitudo (vel educatio, R.D. in
lib.rad.)domus tuæ morientur viri. Leuit.25.37, Argen
tum tuum non dabis ei cum vsura, וּבְמַרְבִּית & cũ mul-
tiplicatione(augmento, seu vsura)non dabis ei cibum
tuũ. Tóar, Iechez.23.32, מִרְבָּה לְהָכִיל magnus ad capien
dum.i.magnus calix vt capiat multũ vini. Nomen,
תַּרְבִּית, Incrementum, vsura. Leuit.25.36, ne accipias ab
eo vsuram, וְתַרְבִּית & incrementum. Aliud, Nume.32.
14, תַּרְבּוּת educatio hominũ peccatorum. Rectum est
autem vt sit ex hac radice אַרְבֶּה, Locusta: sic appellata,
quód sit species multa. Iudic. 7.12, כָּאַרְבֶּה sicut locusta
in multitudine.

רָבַךְ: Torrere, Frigere. Leuit.7.12, & similam מֻרְבֶּכֶת
tostam. frictam.

רָבַע Vnde רָבוּעַ, Quadratum. participium ex cal, in-
quit R.D.in Michlól. Exod.27.1, רָבוּעַ quadratũ

erit altare.1.Reg.7.5,& postes רְבֻעִים quadrati.Ieche.41.21,templi(scilicet exterioris)מְזוּזַת רְבוּעָה postis quadratus.Postem pro vtroque poste dixit. R.D. in comment. scribit ת in מְזוּזַת poni vice ה, sicut & Thren. 2.18, פוּגַת.

Et in pihél, Ieche.45.2,מְרֻבָּע quadratum in circuitu. 1.Reg.7.31,מְרֻבָּעוֹת quadrata,non rotunda.Leuit.20.16, & mulieré quæ accesserit ad quodlibet animal לְרִבְעָה אֹתָהּ vt coeat cum illo,occides. Et in hifhíl,Leuit.19.19,animal tuū non תַרְבִּיעַ coire facies cum altero genere.Vel,non accumbere facies.Rectum est vt sint,quantum ad significantiã,vt illud Psal.139.3,Semitam meã, וְרִבְעִי & accubitū meū ventilasti. Vnde & Tharghū pro וַתִּרְבַּץ iacuit sub Bilhám, Nume. 22.27: habet וּרְבַעַת.

Tóar,רְבִיעִית,רְבִיעִת,Quartum,quarta pars.Num.15.5, quartã partem hin.Et sine י priori,versu 4,בְּרְבִעִית quarta parte hin olei. Alia forma, Genes. 1.19, dies רְבִיעִי quartus.Plurale,רְבִיעִים. Fœmineum,Leui.19.24,& anno הָרְבִיעִת quarto. Alia itē,רֶבַע,Quarta pars.1.Semu.9.8, רֶבַע quarta pars secli. Iechez.43.16, quadratum in quatuor רְבָעָיו quadrãgulis eius. vel laterib'. Tharghū, in quatuor סִטְרוֹהִי lateribus eius. Sic 1. 8, in quatuor רִבְעֵיהֶם partibus(lateribus)eorū. Tharghū, in quatuor סִטְרֵיהוֹן lateribus eorum. Alia præterea,Nume.23.10, אֶת־רֹבַע quartã partem Israél. Alia insuper,רִבֵּעַ.Exod.20.5,& super רִבֵּעִים quartos.i.super filios quartæ generationis. Alia postremo,אַרְבַּע,fœmineo genere,Quatuor,Quartus. Zechar.1.18,אַרְבַּע quatuor cornua. Genes.11.7,וְאַרְבַּע מֵאוֹת & quadringentis annis. Capitur & pro nomine tóar,vt Gen.14.5,וּבְאַרְבַּע עֶשְׂרֵה שָׁנָה & quartodecimo anno venit &c. & idgenus plæraque tam in masculeo,quàm in fœmineo genere. Zecha.2.6,בְּאַרְבַּע

in quatuor ventos. Masculeum, Gene.14.9, אַרְבָּעָה quatuor reges. 1.Semu.4.2, כְּאַרְבַּעַת אֲלָפִים אִישׁ circiter mille viros. Iechez.1.8, לְאַרְבַּעְתָּם quatuor ipsis. Et duale significans Bis quatuor. i. octo. 2.Semu.12.6, & agnã reddet אַרְבַּעְתָּיִם quadruplam. i. agnas octo. Lex iubebat vt qui vnam fuisset furatus, redderet quatuor: sed quia diues abstulerat à paupere, iussit vt redderet duplum .i. octo. Plurale significat quadraginta, & est cõmunis generis. Deuter.29.5, אַרְבָּעִים שָׁנָה quadraginta annis.

רָבַץ Cubare, Accubare, iacêre. Gene.49.9, curuauit se, רָבַץ accubuit tanquã leo. Iesah.13.21, וְרָבְצוּ שָׁם & cubabunt ibi bestiæ syluestres. Deute.29.20, וְרָבְצָה בּוֹ & cubabit in illo omnis maledictio. Exod.23.5, asinum רֹבֵץ cubantem sub onere suo. Deutero. 22.6, & mater רֹבֶצֶת cubãs sit super pullos. Iesa.11.7, pariter יִרְבְּצוּ cubabunt filii earũ. Et in hifhíl, Iesa.54.11, ecce ego מַרְבִּיץ iacere facio (sub. fundamẽta,) è carbũculo erũt lapides tui. acsi dicat, Ecce ego iacere facio lapidibus carbunculi lapides ædificii. i. fundo te lapidibus carbunculi. Et hoc est quod dixit, Et fundabo te sappiris. Psalm.23. 2, in habitaculis germinis יַרְבִּיצֵנִי accubare faciet me.

Nomẽ, רֵבֶץ, cũ quinque pũctis. Iesa.65.10, & vallis Hachór לְרֵבֶץ pro cubili (aut accubitu) boũ. Alia forma, præposito מ, Sephan.2.15. מַרְבֵּץ cubile pro bestia.

רָבַק Saginare. Vnde מַרְבֵּק, Locus vbi vituli impinguantur & saginantur. 1.Semu.28.24, & mulieri erat vitulus מַרְבֵּק saginarii. i. saginatus, aut quẽ nutriebat in saginario.

רֶגֶב Secundum R.Ionáh, est locus in valle coniunctus torrẽti vbi manet aqua. Alii dicũt esse glebam terræ: vulgo מוטש, *Motes*. Nonnulli partẽ torrentis,

quæ vulgo vocatur, קורליש *Le torrent.* Iiób 38.38, ורגבים ידבקו, & glebæ coniungerentur? R. Abrahám scribit esse scissiones terræ quæ fiũt ab æstu & pluuia. R. Leui scribit esse גושי העפר glebas terræ, quæ vsqueadeo coniungun tur vt non sit inter eas vacuum. Tharghum, ונרגישתא & argilla. i. terra tenax è qua fiunt vasa figlina. Et 21.33, Dulcuerunt ei רגבי נחל glebæ torrentis. vel loca prædicta. R. Abrahám in comment. scribit, in lingua Ismahelitica esse locũ fouearum torrentis: R. Leui, esse scissiones planitiei, in quibus sepultus est. Idem R. Moséh.

רגז Est רעד, Tremere, contremiscere, & commoueri pauore, aut ira, Pauere, Irasci. Prouer. 29.9, ורגז, & irascetur. Iesah. 14.9, infernus inferne רגזה לך expauit propter te in occursum aduentus tui. acsi dicat, viuẽtes lætati sunt, mortui expauerũt. Hoc metaphorice dixit, quòd orbis vniuersus, illo viuente, pauebat. Dixit, Mortui pauebunt: quia non terrebit viuẽtes quũ mortuus fuerit. Et ob magnũ pauorem totius orbis, dixit exaggerendi gratia, quòd mortui expauerunt, dum ad illos pergeret. Iesah. 32.11, Pauete opulentæ, רגזה contremisci te quæ fiditis. Est (inquit R. D. in comment.) imperatiuum fœmineum plurale, quod aliás est cum נ & ה, aut cum נ tantũ. Sunt qui dicunt (inquit) esse macór, vt R. Moséh, & R. Selomóh qui scribit esse vt לרגזו. R. Abrahám scribit deficere נ. Hannaghid dixit esse imperatiuum, quanquam sit forma masculea. Psal. 4.5, רגזו, id est פחדו pauete, & ne peccetis. ita R. D. in comment. vt Deuter. 2.26, ורגזו & paueant. q. d. pauete, & timete à Deo, & ne peccetis, me adhuc persequẽdo. R. Selomóh, Pauete, scilicet à Deo. Idem R. Abrahám in cóm. & R. Himmanuél. Chab. 3.16, Et in loco meo ארגז expauescam.

ſcam. R. Abrahám in comment. In loco meo.i.in terra Iſraél expaueſcam, vbi cogitaueram requieſcere. R. Selomóh, expaueſcam, pro expaui &c. 2. Sem. 22. 8, fundamenta cælorum יִרְגָּזוּ commouebuntur. Chab. 3. 7, יִרְגְּזוּן commouebuntur (pro cómotæ ſunt) cortinæ terræ Midián. R. Dauid in comment. cortinæ.i. tabernacula cortinarum, hoc eſt quæ fiunt expanſis cortinis. Et hoc accidit quando Ghidhón iuit contra Midián: vt ſcriptum eſt Iudi. 7. 13, Venítque Ghidhón, Et ecce vir, &c. Tharghú totum verſum hoc modo interpretatus eſt, Quando coluerunt domus Iſraél idóla, tradidi eos in manu Chuſán peccatoris. At cum reſipuerunt vt facerent legem, feci eis ſigna, & fortitudines, ac eripui è manu Midianitarum per manú Ghidhón filii Ioás. Gene. 45. 25, ne תִּרְגְּזוּ iraſcamini. ſic R. Abrahám. Tharghú, ne litigetis, aut contendatis. Et verbum tranſitiuú, Ieche. 16. 43, וַתִּרְגְּזִי־לִי & iraſci feciſti me in omnibus his.

Et in hifhil, Ieſah. 23. 11, הִרְגִּיז מַמְלָכוֹת tremere fecit regna. 1. Semu. 28. 15, vt quid הִרְגַּזְתַּנִי commouere feciſti me, vt aſcendere faceres me? Ieſa. 14. 16, Nónne hic eſt vir מַרְגִּיז הָאָרֶץ qui commouebat terram? Et in hithpahál, 2. Reg. 19. 28, הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי iratus es aduerſus me.

Nomen, רֹגֶז, Ira. Iiób 3. 16, Ibi (.i.in ſepulchro) impii ceſſauerunt רֹגֶז ab ira. ita R. Moſéh, vnde ſubiungit, Et ibi requieſcent feſſi robore: quod idem ſignificat ſub aliis verbis. ſic etiam R. Abrahám auenhezra. R. verò Leui, à timore, vt Deuter. 28. 65, Et dabit Dominus tibi illic cor רַגָּז timidum. Et ſenſus eſt quòd poſt mortem ceſſat timor impiorum ab hominibus. Chab. 3. 2, בְּרֹגֶז in ira, miſericordiæ recordaberis. Ieſah. 14. 3, Requiem dabit &c. וּמֵרָגְזְךָ & à pauore tuo. מ deſeruiens, eſt cum

chiric, inquit R.D.in Michlól, & lib. rad. Et cum ה fœmineo, Iechez.2.18, בִּרְגָזָה cum tremore.

רגל Detrahere, obloqui, Accusare, deductum verbú à רֶגֶל pes: quòd detractores iugiter eant, & narrent verba huius alteri. Psal.15.3, non רָגַל עַל־לְשֹׁנוֹ non detraxit lingua sua. R.Selomóh, accusauit. R. Abrahám, Non detraxit.i.reuelauit secreta more exploratorum. Nam hoc verbum significat etiam explorare, in pihel, Gene.42.9, מְרַגְּלִים exploratores estis. Iehos.14.7, לְרַגֵּל אֶת־הָאָרֶץ ad explorandam terram. Deut.1.24, וַיְרַגְּלוּ & explorauerunt eam. 2.Sem.19.27, וַיְרַגֵּל בְּעַבְדְּךָ אֶל־אֲדֹנִי & accusauit seruum tuum domino meo. Et in hifhíl, semel inuenitur, mutato ה in ת. Hose.11. 3, Et ego תִרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם ambulare feci super pedes Ephráim. vbi sic R.D.scribit, ת est loco ה, secundú opinioné grámaticorum. Et frater meus R.Moséh scribit quòd est nomen instar תִּפְאַרְתִּי. & quanuis sit פ dictio longa, est tamē eiusdē speciei. Et quia cōparauit ipsum puero, vsus est hoc verbo: acsi dicat, Sicut puerú assuefaciunt ad ambulādú paulatim paulatim absq; labore: sic quādo proficisci feci eos de profectione in profectioné, quú eduxi illos ex AEgypto, proficisci feci eos absque labore, nube præcedéte in die, & colúna ignis in nocte. Idē in Michlól, Multi grāmatici dixerunt esse sicut הִרְגַּלְתִּי cú permutatione ת in ה, quemadmodum soliti sunt Hebræi in multis desinentibus in ה, in locis multis. sed quia in principio dictionis talis permutatio non inuenitur, rectum est vt sit nomen, quod tamen secúdum normam debuerat esse breue, sicut תִּפְאֶרֶת תִּפְאַרְתִּי, & sic תִּרְגֶּלֶת תִּרְגַּלְתִּי. Et sic exponit frater meus R. Moséh in libro תַּחְבּוֹשֶׁת, & est rectum. R.Selomóh, ת est loco ה: &

est sensus, Assuetus sum ire iuxta pedes eius, quemadmodũ assuesit puer qui tollitur per brachia sua. Tharghum, Et ego per angelum missum à facie mea, duxi per viam rectam Israél, & portaui eos tanquam super brachia. Nomen, רֶגֶל, Pes, Foramen ani, siue Podex, Causa, vices. Exo.21.24, רֶגֶל תַּחַת רָגֶל pedem pro pede. Genes.41.43, וְאֶת־רַגְלוֹ & pedem suum. Deuter. 33. 3, & ipsi qui coniuncti sunt לְרַגְלֶךָ pedi tuo. pro, pedibus tuis. deficit י plurale. Genes.30.30, & benedixit Dominus tibi לְרַגְלִי ad pedem meum. i. ad introitum pedis mei. Quo pacto dicitur de aliquo, Pes bonus est tali. sic R. D. in lib. rad. Sed in cõmentariis Chab.3, exponit, causa mei, siue propter me. R. Abrahám in comment. propter pedem meũ. Mos enim hominum est vt dicãt, Pes bonus est tali. & sensus est quòd fuit benedictus ex ipsa hora qua ingressus est domum ipsius. Tharghum, בְּדִילִי propter me. Et hæc interpretatio placet: nam & paulo suprà dixit Labán, Et benedixit mihi Dominus propter te. Secundum hanc formam significat Peditem. Et cum nominibus numeralibus, singulare ponitur pro plurali, secundum morem linguæ: vt Nume.11.21, sexcenta milia רַגְלִי peditum. Duale, Iiób 29.14, וְרַגְלַיִם & pedes claudo fui. Iesah.7.20, & pilum (pro pilos) הָרַגְלָיִם pedum. vel pudendorum, secundum R.D. in lib. rad. & commen. Exo.23.14, Tribus רְגָלִים vicibus festum ages mihi. Genes. 24.32, וְרַגְלֵי & pedes virorum. Iudic.3.24, profecto purgat ipse אֶת־רַגְלָיו membrum suum. i. mingit. Vel vt alii exponunt, ventrem suum. Et præposito מ cum pathách. Ruth 3.8, מַרְגְּלֹתָיו iuxta pedes eius.

Alia forma, רגל, id est כּוֹבֵס, Fullo. 2. Semu.17.17, Stabant in fonte רגל fullonis. Vnde & Tharghum habet,

קַצְּרָא fullonis. Sic appellatur à רֶגֶל, quòd ſuis pedibus pannos lauet.

רגם Lapidare, lapidibus obruere. Leuit. 24. 14, וְרָגְמוּ אֹתוֹ & lapidabunt eum. Iechez. 23. 47, וְרָגְמוּ עֲלֵיהֶן אֶבֶן & lapidabunt eas lapidibus. Leuit. 24. 16, רָגוֹם יִרְגְּמוּ־בוֹ lapidando lapidabunt eum. Nomen, Pſal. 68. 28, Principes Iehudáh רִגְמָתָם congregatio eorum. Sũt (ait R.D. in lib. rad.) qui exponunt, principes eorum. Et in comment. ſimiliter exponit, congregatio eorum. acſi dicat, quòd in Ieruſaláim cõgregabũtur vniuerſi ipſi. R. Abrahám, principes eorum. R. Iépheth, maiores eorum. R. Leui, Prouerb. 26. 8, vbi citat hunc locum, exponit, gloria eorum. à purpura quæ eſt hominum gloria. R. Selomóh, ſpargentes in eos lapides. Vel eſt רִקְמָתָם purpura ſua. i. induti veſtibus ſuis purpureis. Sic exponit R. Menachém, & R. Himmanuél. Zecha. 7. 2, Et miſit (ſub. captiuitas) in Bethél, Saréſer, וְרֶגֶם מֶלֶךְ & principem regis, & viros eius. R. Abrahám in comment. Saréſer & Réghem mélech, ſunt nomina principum. Et pronomẽ eius, refert ipſum Réghem mélech. Iépheth, autem dicit quòd eſt ſicut שָׂרֵי יְהוּדָה רִגְמָתָם, Pſal. 68. 28, paulo ſuprà expoſitum. Tharghũ nõ eſt interpretatus, ſed dimiſit Hebraicũ, quia putauit eſſe duo nomina propria, Réghẽ, Mélech, ait R.D. Et ſic ſcribit R. Selomóh in comment. quòd fuerunt viri iuſti miſſi ex Babél in Bethél, vt precarentur faciem Domini. Hinc eſt מַרְגֵּמָה, Congregatio lapidum pariter. Prouerb. 26. 8, Sicut qui ligat lapidem (ſcilicet pretioſum) בְּמַרְגֵּמָה in aceruo lapidum. ſic & R. Abrahrám. R. Ioſéph, ſicut qui ligat lapidem quempiam platearũ in purpura, id eſt veſte purpurea. Tharghum, בְּקִילְעָא in funda. R.A-

brahám, in aceruo. R. Leui in cõm. scribit esse rẽ laudabilem & gloriosam: & eius sociũ esse אַרְגָּמָן purpura: & sic רִגְמָתָם quod est תִּפְאַרְתָּם gloria eorum, decor eorum, Psal. 68. 28. R. Himmanuél, Quemadmodũ homo qui ligat lapidem pretiosum, & proiicit in aceruum lapidum ædificii, qui non est locus illi conueniens ob suá pretiositaté: sic est qui dat stulto gloriá, quia gloria nõ est in loco suo. locus enim eius est inter viros sapiẽtes.

רָגַן Murmurare, Susurrare. Iesah. 29.24, Et cognoscent errantes spiritu intelligentiam, וְרוֹגְנִים & murmuratores discent legem. R. D. in comment. scribit idem esse geminatum, quia רוֹגְנִים sunt errantes spiritu. Et in lib. rad. quòd sunt ii quorum cognitio, & cogitatio est ad maledicendum, & occupatio in murmurationibus. R. Selomóh, Et murmurantes contra verba prophetarum, discent legem. Idem R. Abrahám. Tharghum, Et qui dicebánt non esse omnia hæc, suscipient doctrinam. Et in nifhál, Prouerb. 18. 8, Verba נִרְגָּן susurronis sunt sicut vulnera. Psal. 106.25, וַיֵּרָגְנוּ & murmurauerunt in tabernaculis suis.

רָגַע Est בָּקַע, Findere, scindere: מָחַץ, Transfigere: נוּחַ, Quiescere. Iiób 7.5, pellis mea רָגַע scissa est. siue scidit se. Est enim actiuũ intransitiuum. ita R. Dauid, R. Moséh, & R. Abrahám. R. Ionáh, remissa est, aut debilitata est. R. Selomóh, contrita est. & sic exponit Donés. Iesa. 51.15, רֹגַע הַיָּם scindens (diuidens) mare. Et in hifhíl, Irme. 50.34, לְמַעַן הִרְגִּיעַ אֶת־הָאָרֶץ vt quiescere faciat terram. R. D. in lib. rad. & cõment. Quũ enim ceciderit Babél, erit requies omnibus, ait R. Selomóh. R. D. in comment. scribit הִרְגִּיעַ esse macór, quanuis ה sit cum chiric sicut præteritum, vt etiã Iesah. 31.5, prote-

gendo,וְהִצִּיל & eruendo. Poteſt eſſe & præteritum vice futuri,ait idem in lib.rad. Tharghum,vt conterat im pios terræ. Irme.31.2,הָלוֹךְ לְהַרְגִּיעוֹ, eundo vt requieſcere faceret ipſum Iſraél.i.iuit ante illum Deus&c.Et poſt pronomen(ipſum,)addidit(Iſraél,)explicãdi declarandique gratia,inquit R.D.in cõment.vbi dicit הָלוֹךְ eſſe macór vice præteriti. Ieſah.51.4,& iudicium meum in lucem populorum אַרְגִּיעַ requieſcere faciam.i.quieſcere faciam eos ab ira.vel à bello,inquit R.D.in cõmen. Vel,& iudicium meũ in lucem populorũ, id eſt in oculis omniũ populorum erit eis: vobis verò requiẽ præſtabo,vt exponit R.Selomoh.R.Abrahã,אַנִּיחַ quieſcere faciam.Et ſunt qui exponunt,faciam in momento, aut repente,abſque mora:à רֶגַע.ſed prior interpretatio eſt recta.R.Ionáh,poſteriorem expoſitionem ſequens, exponit, Iudiciũ meum oſtendá omni momento temporis ad illuminandum populos. Irme. 49.19, אַרְגִּיעָה quieſcere faciam,currere faciã eum ab ea. ſic R.D. in cõment. acſi dicat,quãdo quieſcere faciam Iſraél, currere faciam eum è terra Edóm in qua ſunt in captiuitate.Inl ib.rad.exponit,ſuccidere faciã:ſecundum primam huius verbi ſignificãtiam. R.Ionáh, quia ſubito currere faciam &c.acſi dicat,Intra breue tempus expellam eum ab illa.& א,ſecundum ipſum redundat,ſicut & in אַכְזָב & אַכְזָבָה,quæ ſunt ſicut כְּזָב.Et ſic Tharghũ, בִּזְמַן in tempore.Prouer.12.19,וְעַד־אַרְגִּיעָה & in ſæculum quieſcere faciam linguã mendacii. ne ſcilicet amplius loquatur.Vel,ſuccîdã:& ſic Irm.50.44,אַרְגִּיעָה ſuccidere faciã,currere &c. acſi dicat,excîdã eos,& migrare faciã eos de terra eorũ.Tharghũ,Et teſtimoniũ acceleratum eſt in lingua mendacii.R.Abrahám in cõment. Labiũ quod loquitur teſtimoniũ verum,firmum erit in ſæcu

lum: & in sæculum quieſcere faciã linguam mẽdacii. וְעַד enim eſt ſicut וּלְעַד. & אַרְגִּיעָ eſt אַשְׁקִיט quieſcere faciam. R.Himmanuël in cõment.acſi dicat, Homo cuius verba ſunt vera, firmus erit in ſæculum: quia bonus nonniſi veritati hæret. & ad momentũ (.i. breue tẽpus) eſt homo qui loquitur mendaciũ: quia mendaciũ non eſt firmum: & quia paulo ſuprà dixit, Et teſtis mendaciorum dolus. Poteſt & hoc pacto exponi, Qui teſtificatur teſtimoniũ verum, firmus erit in ſæculum: quia & ſi centies fuerit interrogatus, ſemper eodem modo reſpondebit. At contrà, qui teſtificatur mendacium, non erit firmus ac ſtabilis, ſed mutabitur, nec permanebit, niſi ad momẽtum: & interrogatus, ſemper aliquid aut addet, aut diminuet. Et in nifhál, Irme.47.6, הֵרָגְעִי וָדֹמִּי quieſce, & ſile. Nomen, præpoſito מ, Irme.6.16, & inuenite מַרְגּוֹעַ requiẽ animæ veſtræ. Alia forma, Ieſah.28.12, & hæc הַמַּרְגֵּעָה requies. Alia item, opinione aliquorũ, Iiób 21.13, וּבְרֶגַע & cum requie ad ſepulchrũ deſcendẽt. ſic Tharghú alterũ, & R.Moſéh. i. abſque dolore, & longa ægritudine, tẽpore quo moriẽtur, deſcendent ad ſepulchrũ. ſic & R.Abrahám, cũ requie. i. abſque afflictione. R.Leui, Et in momento. i. breui admodum tẽpore ad ſepulchrum deſcendent. i. morientur. Et hoc eſt ad illorũ fœlicitatem, quòd non apprehendat illos magna afflictio, quũ venerit illorũ mors. Alterum Tharghũ, & in hora. i. breui tempore. Aliud רֶגַע, Sciſſio. Pſalm.35.20, וְעַל רִגְעֵי־אֶרֶץ & in ſciſſionibus (aut ſciſſuris) terræ verba fraudum cogitabunt. i. in locis occultis fraudulenta & doloſa cogitabũt. ita R. D. in lib.rad. & R.Abrahám. R.Ionáh, cõtra humiles (vel manſuetos, ac debiles) terræ. i. qui ſunt in terra. Thar-

ghum, Et contra iustos terræ qui quiescũt in mundo isto, verba fraudum cogitãt. R.D. in cõment. Sunt qui exponunt, in scissuris, id est in locis occultis &c. & non est rectũ: quia cogitatio non indiget loco occulto, sed sermo, & opus. Sunt etiã qui exponunt, contra quietos .i. humiles, ac mansuetos. Vel cũ quietis .i. pinguibus & opulentis qui sunt in quiete. Et עַל est עִם, vt Exo.35.22, & venerũt viri עַל־הַנָּשִׁים cum mulieribus. R. Selomóh, super (vel contra) cõtritos. Et רֶגַע, Momentum, breuissimũ tempus, Repente. Exod.33.5, רֶגַע אֶחָד momento vno ascendam. Idem Iesa.26.20, כִּמְעַט רֶגַע paululum ad momentũ. Irme.18.9, וְרֶגַע & repente loquar. Iesah. 54.7, בְּרֶגַע קָטֹן momento paruo dereliqui te. Thren.4.6, quæ subuersa est כְּמוֹ־רָגַע quasi in momento. Iesa.27.3, לִרְגָעִים ad momenta irrigare faciam illam.

רָגַשׁ Congregare, Tumultuare, aut tumultum facere. Psal.2.1, vt quid רָגְשׁוּ congregatæ sunt (vel congregauerunt se) gentes. sic & R. Selomóh. R. Abrahám, sociauerunt se, & coniunxerunt. Nomen, רֶגֶשׁ, Congregatio, Societas, Coniunctio. Psa.55.15, in domo Dei ambulauimus בְּרָגֶשׁ coniunctim. aut in societate. acsi dicat, Etiam quãdo ambulauimus ad domũ Dei, vt oraremus, ambulabamus pariter in vna societate. sic R. Abrahám. R. Selomóh, in multitudine populi.

Alia forma, Psal.64.3, abscõdes me à societate malignorum, מֵרִגְשַׁת à societate operantiũ iniquitatem. R. Selomóh, à congregatione. Idem R. Abrahám.

רָדַד Extẽdere, expãdere. Psal.144.2, הָרוֹדֵד עַמִּי qui expandit populos sub me. & עַמִּי ponitur pro עַמִּים, secundum R.D. in cõment. deficit enim ם. Potest etiã exponi, populũ meum .i. Saúl, & illi adhærentes. R. Selomóh

lomóh similiter; qui extendit populos sub me vt cubent in loco suo. R.Himm. Qui expandis populos sub me in pauimento,& ego illos conculco. Et Macór defectiuum ex cal, Iesah.45.1, לְרַד־לְפָנָיו גּוֹיִם vt expandam ante illú gentes. Et in hifhil,1.Reg.6.32, וַיָּרֶד & extendit(extendere fecit)super Cherubim & palmas אֶת־הַזָּהָב aurum. Nomen,præposito ם,1.Reg.7.29,copulationes opere מוֹרָד extésionis.i.extenso. Alia forma,רְדִיד, Velamen,operimẽtum. Vel vt alii exponunt, cortina, aut velum sericum. Cant.5.7,tulerunt אֶת־רְדִידִי velum meum à me. Iesah.3.23,וְהָרְדִידִים & vela. R.Abrahám in cõmẽt.scribit רְדִיד in lingua Ismahelitica esse sicut צָעִיף velum,siue operimentum.

רָדָה Est לָקַח,Accipere: & מָשַׁל,Dominari. Et quãdo significat dominari,ferè semper construitur cũ ב,paucis exceptis. Iudic.14.9,& non indicauit eis quòd de corpore leonis רָדָה הַדְּבַשׁ accepisset mel. Iesah. 14.3, וְרָדוּ בְּנֹגְשֵׂיהֶם & dominabuntur exactoribus suis. 1.Reg. 4. 24, quia ipse רֹדֶה בְּכָל־עֵבֶר הַנָּהָר dominatur omnibus qui sunt trás flumen. Ieche.29.15,לְבִלְתִּי רְדוֹת בַּגּוֹיִם vt nõ domineris gẽtibus. Psal.110.2,רְדֵה dominare. Leuit.25, 53,non יִרְדֶּנּוּ dominabitur illi. Iudic.14.9,וַיִּרְדֵּהוּ & accepit illud ad volas suas. Thren.1.13,de excelso misit ignẽ בְּעַצְמֹתַי וַיִּרְדֶּנָּה in ossib⁹ meis,& dominatus est ipsi. scilicet ossi. R.D.in li.ra.exponit,וַיִּרְדֶּה בָּהּ בָּעֶצֶם & dominatus est ipsi,nẽpe ossi. R.Abra.in cóm. scribit pronomẽ referre ignem, vt sit, & dominatus est ipse ignis, quia אֵשׁ inuenitur & masculeum:vt Iiób 20.26,אֵשׁ לֹא־נֻפָּח ignis nó sufflatus. R.Selomóh exponit,וַיִּרְדֶּה אוֹתָהּ & cõtriuit ipsum.i.vnúquodque ex ipsis: & נ est cũ daghés, ad denotandum esse singulare fœmineũ,quia הָעֶצֶם est

fœmineū, vt Iechez.37.4, הָעֲצָמוֹת הַיְבֵשׁוֹת. Vel est secundum alteram significantiā, nēpe, & assumpsit illud: vt Iudic.14.9, suprà citatum. Tharghū, E cælis misit ignē in munitionibus meis fortibus, וּכְבַשׁ יַתְהוֹן & subiecit eas. Irme.5.31, & sacerdotes יִרְדּוּ עַל־יְדֵיהֶם accipient (pro accipiebāt, sub. munera) ad manus suas. Potest etiā (inquit R.D.) exponi secundum alterā significantiam, Et sacerdotes dominabūtur (pro dominabātur, sub. populo) per manus eorum. scilicet prophetarum Et in hifhíl, Iesah.41.2, וּמְלָכִים יַרְדְּ & regibus dominari faciet. ita R.Dauid in commen.& deficit ב, pro וּבִמְלָכִים. Et in pihél, Iudicum 5.13, tunc יְרַד שָׂרִיד לְאַדִּירִים עָם יְהוָה יְרַד־לִי בַּגִּבּוֹרִים dominabitur (pro dominatus est) superstes potentibus in populo, Dominus dominabitur (pro dominatur) mihi fortibus. R.Dauid, Tūc dominatus est Dominus. i. dominari fecit Dominus Israelem qui est superstes, fortibus qui sunt in populo Iabín regis Chenáhan. Et ל in לְאַדִּירִים est loco ב, sicut & Iiób 2.13, לָאָרֶץ in terra. Et Gene.4.23, quia virum occídi לְפִצְעִי in vulnere meo. Tharghum, Tūc descendit (aut descendere fecit) vnus è castris Israél, & contriuit robur fortiū populorum. Ecce non ex fortitudine, quæ esset illis, fuit hoc: sed Dominus contriuit coram populo suo robur fortium odio habentiū illos. R.Leui in cōment. Tunc dominari fecit Dominus superstitē de Israél fortibus qui erant in populo Iabín regis Chenáhan, sicut scriptū est Iudic.4.23, Et humiliauit Deus in die illa Iabín regem Chenáhan, coram filiis Israél. Dominus dominari fecit me fortibus populi Iabín.

רָדַם Soporare, siue sopire. Inuenitur tantum in nifhál, Dani.8.18, & illo loquente mecū, נִרְדַּמְתִּי so

pitus fui super faciem meā in terra. Iudic. 4.21, & ipse נִרְדָּם sopitus. Vel נִרְדַּם cū pathách, secúdú R.D. in li.ra. & sic est præteritū, & non participiū.i. sopitus fuit. Ionáh 1.6, quid tibi נִרְדָּם sopite? Psal. 76.7, נִרְדָּם sopitus est & currus & equus. Ionáh 1.5, & dormiuit, וַיֵּרָדַם & sopitus est. Nomen, תַּרְדֵּמָה, Sopor, somnus fortis. Gene. 15.12, וְתַרְדֵּמָה & sopor cecidit super Abrám.

רָדַף Sequi, Insequi, persequi. pro Insequi, aut persequi, ferè semper construitur cum אַחֲרֵי, quod in interpretatione omittitur. Iudi. 4.16, & Barác רָדַף אַחֲרֵי הָרֶכֶב persecutus est currū & castra. Psal. 143.3, quia רָדַף אוֹיֵב נַפְשִׁי persecutus est inimicus animam meam. Exo. 14.4, וְרָדַף אַחֲרֵיהֶם & persequetur eos. Leuiti. 26.36, וְרָדַף אֹתָם קוֹל & persequetur eos sonitus folii impulsi. Deut. 30.7, qui רְדָפוּךָ persecuti sunt te. Leuit. 26.7, וּרְדַפְתֶּם אֶת־ אוֹיְבֵיכֶם & persequemini inimicos vestros. Iudi. 8.5, & ego רֹדֵף persequor Zebách. Prouc. 21.21, רֹדֵף צְדָקָה וָחָסֶד sequens iustitiam, & misericordiam, inueniet vitā. Iesah. 1.23, וְרֹדֵף שַׁלְמֹנִים & sequitur retributiones. Iehos. 8.16, לִרְדֹּף אַחֲרֵיהֶם ad persequendum eos. Et præcedente מ cū chiric, præter moré, vt 1. Semu. 23.28, מִרְדֹף à persequendo. Hamós 1.11, עַל־רָדְפוֹ eo quòd persecutus est ipse gladio fratrem suum. Psal. 38.21, תַּחַת רָדְופִי־טוֹב eo quòd sequebar bonum. Protrahitur camés cum accentu. Scribitur cum ו, & legitur sine ו, quia duplex potest esse lectio: רוֹדְפִי, hoc sensu, quia bonū sequitur me, quòd sequar illud. & רָדְפִי macór. i. eo quòd sequor bonū. 2. Semu. 20.6, וּרְדֹף אַחֲרָיו & persequere eū. Exo. 15.9, אֶרְדֹּף persequar. Psal. 18.38, אֶרְדּוֹף אוֹיְבַי persequar inimicos meos. Iechez. 35.6, & sanguis יִרְדֲּפֶךָ persequetur te. Est cum cames chatéph, secundum filios Aser: sed secundum fi-

lios Naphthali cum chathéph pathách. Threno. 3.43, וַתִּרְדְּפֵנוּ & persecutus es nos. Iiób 19.28, מַה־נִּרְדָּף־לוֹ cur persequemur eum?sub.absque causa,ait R.Moséh. R. Dauid in cõment. נִרְדַּף est cũ pathách, & est sicut נִרְדֹּף cum chólem: sicut inuenimus יִשְׁבֹּת & יִשְׁבַּת, & יַחְפֹּץ & יַחְפָּץ. Et est sermo deprecatiuus: acsi dicat, Conueniens erat vobis vt diceretis, Cur persequemur (pro persequimur) eum verbis nostris? quum sciatis quòd radix verbi sit in me.i. nomẽ meum bonum, quod antehac in mundum exiuit. Et rectũ est vt נִרְדַּף sit præteritum ex nifhál: & est sensus, Quoties passus est persecutionẽ ob suas iniquitates? Et non est res ita: quia radix verbi inuenta est in me: acsi dicat, Radix magna, quòd sim iustus. R. Abrahám Perusól scribit esse participiũ instar tóar: acsi dicat, Si Deus habet prouidentiã, cur est persecutor ipsius Iiób? Et quæ radix rei iniquæ inuenta est in me, vt his afficiar pœnis? R. Abrahám auenhezra, Num est inter vos qui dicat, Cur persequimur eũ? & radix rei, mala. Et in nifhál, Ecclesi. 3.15, & Deus requiret אֶת־נִרְדָּף tempus præsens. R. Abrahám in cómen. נִרְדָּף est instans.i. tempus præsens quod est mediũ inter præteritũ & futurum: quod appellauit & הוּא, dicens, Illud quod fuit, iam הוּא est. Et est sensus, Deus quæret (pro quæsiuit, aut quærit) de tempore, vt sit נִרְדָּף instãs tempus sequens aliud tẽpus: & non deficiet: quia tempus quod præteriit, efficitur præsens: & quod futurum est, efficitur vt præteritũ: & efficitur tempus vnũ, quanquam diuidatur in tẽpus præteritum & futurũ. Thren. 5.5, super ceruices nostras נִרְדָּפְנוּ persecutionẽ passi sumus. Et in pihél, Hose. 2.7, וְרִדְּפָה אֶת־מְאַהֲבֶיהָ, & sequetur amatores suos. Prou. 11.18, וּמְרַדֵּף רָעָה לְמוֹתוֹ & qui se-

quitur malum ad mortẽ ſuam. Nachum 1.8,& inimicos eius יִרְדָּף־חֹשֶׁךְ ſequetur tenebra. Vel, inimicos eius perſequi faciet tenebrã. eſt enim trãſitiuum in tertiũ, inquit R.D.in lib.ra.i.Deus iubebit tenebris vt perſequãtur inimicos eius.Idem in cõment. Illud Pſal. 7.5, יִרַדֹּף perſequatur inimicus animã meam:opinione grãmaticorũ eſt ex hithpahál: & ſecundum normam debuerat eſſe יִתְרַדֵּף ſecundum tertium modum, qui eſt à פָּעוֹל. Et ſecundũ opinionẽ meam(inquit R.D.in Michlól)non eſt ita:quia in hithpahál non inuenitur verbũ niſi intranſitiuũ:hoc autem loco eſt tranſitiuũ.eſt igitur compoſitum ex cal &´pihél. nam ſi eſſet totum ex cal, eſſet יִרְדֹּף: & ſi ex pihél, eſſet יְרַדֵּף. Ratio compoſitionis eſt, quia dixit propheta quòd ille ipſe inimicus perſequatur eum,& alios etiã perſequi faciat eum.nam in cal actio tranſit ab agente.i. ab inimico in paſſum, hoc eſt in prophetam qui perſecutionẽ patitur. Sed in יְרַדֵּף ex pihél,ſunt tria,inimicus,auxiliatores eius,& anima perſecutionem patiens,quia eſt tranſitiuũ in tertiũ,vt ſit, perſequi faciat inimicus alios animã meã. Et ſic ille ipſe perſecutus eſt Dauid, & aliis.i. Iſraeli iuſſit vt eum perſequerentur.Idem ſcribit in cõm. R.Abrahám in cõmen.Sunt qui dicũt eſſe ſicut יִתְרַדּוֹף.Et non eſt opus,quia non eſt ibi daghés in quo ת ſit abſorptũ. Præterea fuiſſet dicendum יִתְרַדֵּף. Et in hifhíl,Iudic. 20. 43, in modum coronæ circundederunt Biniamín, הִרְדִּיפֻהוּ inſequi fecerunt eũ.Ieſa.14.6,מֻרְדָּף perſecutionẽ paſſum non prohibuit,ſub.ne perſecutionẽ pateretur. Et in puhál,Ieſa.7.13,וְרֻדַּף & perſecutionẽ patietur.

רהה Pauere,formidare.Ieſah.44.8,ne paueatis,neque תִּרְהוּ formidetis.Alibi non inuenitur.

רָהַב Roborare,Extolli,eleuari, ſuperbire. Prouerb. 6.3, וּרְהַב רֵעֶיךָ & robora amicum tuum. acſi dicat,Humilia te coram illo,& conforta eum verbis benignis.Et י in רֵעֶיךָ redundat: vel eſt loco vltimæ radicalis ה.Vel eſt numeri pluralis,& ſicdeficit ב præpoſitio .i.cum amicis tuis.acſi dicat,Multiplica illi amicos.Ieſah.3.5, יִרְהֲבוּ הַנַּעַר בַּזָּקֵן inualeſcent(roborabunt ſe,ſuperbient:R.D.in lib.rad.& cõment.)puer contra ſenem. Tharghum,Dominabuntur pueri ſeni. R. Abrahám, Dominabuntur,ſuperabunt,vincent.R.Selomóh,Extollet ſe. Et in hifhil,Canti.6.4,Quia ipſi(ſub.oculi) הִרְהִיבֻנִי fortiores fuerũt me.vicerunt me, præualuerunt mihi.R.Abrahám,præualuerũt mihi:vel abſtulerũt robur meum,& dominium meũ. Pſal.138.3, תַּרְהִבֵנִי, roborabis me, (&) in anima mea fortitudinem. i.Roborabis me,quia dabis fortitudinem in anima mea,vt ſit fortis in cultu & ſeruitute tua. ita R.D. in lib.rad. Et in cõment. acſi dicat, Dediſti fortitudinem magnã in anima mea in fide(aut veritate)tua:quia noui quòd non eſt Deus præter te , & tu vides , & prouides rebus humanis. R.Abrahám, Roborare feciſti me,in anima mea fortitudinẽ. eſt enim tranſitiuũ in duo pehulím. R.Selomóh,magnificaſti me.Tharghũ,multiplicabis (multiplicare facies)me.R. Himmanuél,Dediſti mihi magnitudinem,& principatũ,& dediſti in anima mea fortitudinẽ. Dediſti mihi magnitudinẽ in oculis omniũ,& etiã animo meo addidiſti robur. Nomen, רַהַב, Robur,Superbia,Magnitudo,Victoria, AEgypt⁹. Ieſa. 30.7, רַהַב הֵם שָׁבֶת fortitudo eorũ mãſio.vel manere.Vide יָשַׁב in macór cal.Vel שָׁבֶת dicitur à שָׁבַת ceſſare. acſi dicat,fortitudo eorũ ceſſabit.dico hoc propter AEgyptũ,

quia erat fortitudo eorum. Et in comment. idem R. D.exponit, fortitudo eorum est mansio eorum in ciuitate Ierusaláim,& non vt quærant auxilium ab AEgypto:quia non proderit illis. R. Selomóh, Superbia sunt.i.superbi spiritu.שָׁבֶת cum cessatione(aut populus cessationis).i.otiosus,& superbiens sine causa. vel par est vt illorum superbia cesset.R.Abrahám,Victoria illorum manere:quia vincet quisquis máserit in illa,Ierusaláim scilicet, & nō descéderit in AEgyptum.Et 51. 9,Nónne tu es ipsa quæ excidere fecisti רָהַב AEgyptū? à fortitudine,& superbia sic appellata est.R. Abrahám in cōmen.Victoriam.i.homines victoriæ,hoc est victores:vel AEgyptum.Psal.87.4,memorare faciā רַהַב וּבָבֶל לְיֹדְעָי AEgyptum,& Babél scientibus me. R.Selomóh, Memorare faciam AEgyptum & Babél scientium me, vt adducant eos munus:sicut scriptū est Iesa.66.20,Et adducent omnes fratres vestros ex omnibus gentibus munus Domino.R.Abrahám, AEgyptū, vt suprà Iesa. 51. Vel רָהַב superbiæ,sub.omnis gétis.Et est in regimine,sicut Iesah.51.21,וּשְׁכֻרַת & ebria (sub. afflictionibus) & nō vino.Tharghum, Memorare faciam laudes tuas AEgyptios,& Babylonios.R. Dauid in comment.quū memorare fecero scientes prouincias magnas in gentibus,non videbo inter illas similem Siión.Et לְיֹדְעָי est sicut לְיֹדְעִים,vt Irm.22.14, Et aperuit illi חַלּוֹנָי fenestras. Vel,scientes me,inquit Siión,vel cantor.i.sciétibus dignitatem,& excellentiam meam.Aut,sciétibus Siión, sicut ego. Psal.89.11,Tu contriuisti sicut vulneratum רָהַב AEgyptum.ita R.Abrahám,& R.D.Iióḃ 9.13, sub eo incuruati sunt, freti רָהַב superbia. aut fortitudine. ita R.Moséh,R.Abrahám,& R.Leui.Iióḃ.26.12,Et in-

telligentia sua transfixit רַהַב fortitudinem.vel tumorē,eius.sub.maris. R.Moséh,cetū.i.maiores pisces qui sunt in mari. R.Leui, quicquid eleuat se de mari super terrā.i. quia ipse est causa ne eleuet se mare super partem terræ discoopertam,& terram submergat.Psa.90.10,Et si in fortitudinibus,octoginta anni:וְרָהְבָּם & fortitudo eorum peruersitas. R.Abrahám,& fortitudo eorum.i.dies fortitudinis eorum,qui sunt dies iuuentutis, vniuersi ipsi sunt labor & dolor : quoniam recessit cito. R.Selomóh,Et omnis magnitudo,& principatus qui est homini in his diebus, non est nisi labor, & dolor,quia transit cito. R.D. in comment. Et fortitudo eorum dierum.est macór,vel nomen.acsi dicat,Etiam dies eius qui sunt in pace,(aut prosperitate)sunt labor &c. Tóar, Psal. 40.5, Et non respexit ad רְהָבִים ad superbos.aut fortes.Vnde exponit R.D.in comment. & lib.rad.ad viros fortitudinis & superbiæ.i.fortes atque superbos,vt sint sibi auxilio. R.Selomóh,superbos.R. Abrahám,fortes.

רהט Currere,apud Tharghū.Inde ædificium quod fit in domibus altis ad currendum de vna domo ad alteram, vocatur רְהִיט, & communiter fiunt è trabibus.Vulgo קורדור,*Galerie*.Canti.1.17, רַהִיטֵנוּ בְּרוֹתִים la quearia nostra abiegna. Vel,trabes nostræ abiegnæ.R. Selomóh in comment.רַהִיטֵנוּ non noui tabulæ sint,an vectes: noui tamen quód in Misnáh significet trabes tenues.R.Dauid in lib.ra.scribit,secundum verba doctorum esse trabes tenues:vnde dicūt, Lapides domus hominis,וְרְהִיטֵי בֵיתוֹ & trabes tenues domus eius testificantur de illo:quia dictum est Chabbac.2.11,Quia lapis de pariete clamabit , & tignum de arbore respondebit

debit illi. R. Ionáh exponit fiſtulæ, ſiue canales noſtræ. Cant.7.5, Rex ligatus בָּרְהָטִים in tignis. Acſi dicat, Rex vellet eſſe ligatus in ipſis tignis: hoc eſt eſſe in domo eius præ nimio illius amore. R. Ionáh, ligatus in fiſtulis, aut canalibus. Similitudo eſt à criſpis capillis ſimilibus fiſtulis. Et dixit quòd rex erat ligatus amore ipſorũ capillorũ criſporũ. R. Abrahã in cõm. in canalibus, aut lacunis .i. in locis vbi aquæ congregantur: ad quarũ ſimilitudinem dicuntur comæ capillorum, quòd vt aquæ in canalibus, itidem capilli in comis aggregẽtur. Geneſ.30.38, Et ſtatuit virgas quas decorticauit בָּרְהָטִים in canalibus .i. in loco curſus aquarum, in piſcinis factis in terra vt ibi bibant animalia.

רוב Litigare, diſceptare, contendere, iurgare, ſeu iurgari, Iudicare. Thren.3.58, רַבְתָּ אֲדֹנָי רִיבֵי נַפְשִׁי iudicaſti Domine iudicia animæ meæ. Gene.26.22, & non רָבוּ litigauerunt propter illùm. Num.20.13, aquæ מְרִיבָה contentionis quibus רָבוּ contenderunt. Ieſah.45.9, væ רָב contendenti cum plaſmatore ſuo. Iudic.11.25, הֲרוֹב רָב עִם־יִשְׂרָאֵל nunquid litigando litigauit cum Iſraél? Semu.25.39, Dominus qui רָב אֶת־רִיב iudicauit iudiciũ. Iiób 33.19, וְרִיב עֲצָמָיו אֵיתָן & contendet cum oſſibus eius dolore vehementi. Vel, quæ ſunt fortia. vtroque modo exponit R.D. in lib. rad. & רִיב (inquit) eſt macór, vel præteritum inſtar יָכֹל. R. Leui, Et in multitudine oſſiũ eius (.i. mẽbrorũ) dolor fortis. Subauditur enim מַכְאוֹב dolor, qui eſt in principio verſus, inquit R. Abrahám, & R.D. in lib. ra. ſecundum priorem expoſitionem. Et ſcribitur וְרִיב, quia duplex eſt lectio, וְרֹב & וְרִיב. Et רב poteſt deduci à רָבַב, & tunc ſignificat multitudinem, & magnitudinem: vel à רוֹב, in qua radice R. Dauid citat

156

hunc locum. Sed in comment. bifariam exponit, וְרֹב & magnitudinem: ſicut Eſtér 5.11, Et narrauit &c. וְרֹב & magnitudinem filiorum ſuorum. Non enim narrauit eis numerum filiorum ſuorum quot eſſent, ſed illorum magnitudinem. Et אֵיתָן eſt חָזָק. & eſt ſenſus, Et magnitudo oſſium eius fortis: quia Dominus nonniſi propter bonum illius fecit eum ægrotare. Et idcirco oſſa, quæ ſunt fundamenta corporis, erant fortia: nam ſi fuiſſent nimium debilitata, mortuus fuiſſet. Et expoſitores dixerunt eſſe defectiuũ ſermonẽ, exponentes, Et multitudo oſſium eius, & non vniuerſa, erat in dolore forti, aut vehementi. Vel עַצְמָיו eſt ſicut עֲצוּמָיו bella (ſub. infirmitatum) eius. ſicut Prouer. 18.18, Inter עֲצוּמִים litigantes diuidet. ſub. ſors. Et dictio אֵיתָן, eſt tóar ipſius רֹב, à רוּב. acſi dicat, lis (aut contentio) bellorum eius fortis. Et in hifhíl, Iiób 33.13, Cur aduerſus illum רִיבוֹתָ litigaſti? contendiſti? eſt ſicut הֲרִיבוֹתָ. Hoſe. 4.4, Et populus tuus כִּמְרִיבֵי כֹהֵן vere iudicant (aut increpant) ſacerdotem. כ ſignificat rei veritatem, inquit R. D. in comment. acſi dicat, Sacerdotis eſt docere, iudicare, & increpare populum: vt dicitur Deute. 33.10, Docebunt iudicia tua Iahacób &c. ſed hac tempeſtate non ſolum nolunt recipere ſacerdotis increpationem, verum etiã illum iudicant, atque increpãt. Vel quia ſacerdos erat malus ſicut populus: & ſi increpaſſet populum, populus itidem illũ increpaſſet. Quidã exponunt, ſicut litigantes cum ſacerdote pro ſacerdotio: vt congregatio Córah, quæ ſurrexit, & litigauit pro ſacerdotio. 1. Sem. 2.10, conterantur מְרִיבָו עָלָו בַּשָּׁמַיִם litigantes cum eo, ſuper ipſum è cælis tonabit. R. Leui, Modo Channáh precatur pro filio ſuo: & tanquam orans, ait, Domine con

terátur litigâtes cum illo(nēpe Semuele filio)Peliſtím qui venerũt vt pugnarent cũ illo Semuele filio meo,& cum Iſraél propter illum. Super vnunquenque ipſorum,è cælis(בּ pro מִן)tonabit. & ſic fuit in primo prælio quo pugnauit Semuél cum Peliſtím.dictum enim eſt 1.Semu.7.10, Et intonuit Dominus ſonitu magno in die ipſa ſuper Peliſtím &c.Vel,Dominũ formidabũt litigâtes cũ ipſo.i.cũ iuſtis.Qui enim litigát & pugnát cũ iuſtis,litigant & pugnant cũ Deo,ait R.D.in cóm. Ieſa.3.13,ſtat לָרִיב ad iudicandum Dominus.pro לְהָרִיב, ait R.D.in lib.rad.& Michlól,quia eſt macór.Pſa.35.1, רִיבָה יְהוָֹה אֶת־יְרִיבַי iudica Domine iudicantes me.Vel,litiga(contende)cum litigantibus mecum.Et רִיבָה poni tur pro הָרִיבָה.Et י in יְרִיבַי redundat,ſicut & in יְקוּם quod eſt ſubſtantia,inquit R.D. Ieſa.1.17, רִיבוּ אַלְמָנָה iudicate viduæ.Et 49.25, וְאֶת־יְרִיבֵךְ אָנֹכִי אָרִיב & iudicem tuum ego iudicabo.Vel, cum litigante tecum ego litigabo. Irme.12.1,iuſtus es tu Domine, כִּי אָרִיב אֵלֶיךָ ſi diſceptẽ tecum.aut contra te.R.Selomóh,Quando diſputabo tecũ,noui quòd iuſtus eris in verbis tuis: veruntamen volo loqui iudicia tecum, vt ſcire facias me viam tuã. Ieſa.51.22, Et Deus tuus יָרִיב עַמּוֹ iudicabit populũ ſuũ. i.capiet iudiciũ & cauſam populi ſui de gẽtibus R.D. in cóm.Deut.33.8,תְּרִיבֵהוּ עַל־מֵי מְרִיבָה contendere facies (pro feciſti)eum iuxta aquas contentionis. Ieſah.27.8, in plantatione eius תְּרִיבֶנָּה iudicabis eam. ſic R. Abrahám. Nomen,רִיב,Lis,Contentio,Diſceptatio,Iudicium,Cauſa.Deut.21.5,Et iuxta ſermonem eorum erit omnis רִיב lis.Et ſine י, Exod.23.2, Et non teſtificaberis עַל־רִב ſuper litem.Irme.25.31,Quia רִיב iudicium Domino.Deuter.19.17,quibus eſt הָרִיב lis.Irme.11.20,tibi re-

uelaui אֶת־רִיבִי causam meam. Deuter. 17.8, verba רִיבֹת contentionum. Tóar, יָרִיב יְרִיבִי vt in imperatiuo & futuro hifhíl. Alia forma, מְרִיבָה, Lis, Contentio, disceptatio, vt in præterito cal, & futuro hifhíl.

רוד Est מָשַׁל, Dominari: & נוד, Conqueri, plangere, Migrare. Hose. 11.12, Et Iehudáh adhuc רָד dominatus est cum Deo. sic R.D. in lib. ra. & comment. iuxta illud Gene. 32.27, Quia שָׂרִיתָ princeps fuisti cũ Deo &c. Vel memorauit dominium, quia quãdo rex Deum colebat, & populũ hortabatur ad colẽdum Excelsum: sic contrà, rex alienos colens Deos, vt illos colerẽt hortabatur populum. Irm. 2.31, Cur dixerũt populus meus, רַדְנוּ dominati sumus? i. est nobis dominiũ, sunt nobis principes, & reges &c. Et in hifhíl, Psal. 55.3, אָרִיד בְּשִׂיחִי, plãgam in sermone meo. אָרִיד significat plrãgere super infirmitate & angustia, aut afflictione. sic R.D. in lib. rad. & cõmẽt. & R. Selomóh. R. Menachẽ, Dominabor eloquio meo. R. Abrahám, Clamabo. vociferabor. Gene. 27.40, Et erit, quãdo תָּרִיד dominaberis, frãges iugũ eius à collo tuo. i. Quando veniet tempus dominii tibi, transgredieris legem, & frãges iugum præceptorũ à collo tuo. Et sunt qui exponũt, planges, vociferaberis, lamentaberis. ita R. Abrahám in Psal. 55, vbi citat hunc locum. Tharghum, Et erit, quum trãsgressi fuerint filii eius legem, remouebis iugum eius à collo tuo. R. Selomóh, acsi dicat, Quum trãsgressus fuerit Israél legem, erit tibi apertio oris ad lamentandũ super benedictionibus quas proiecit. Thren. 3.19, Recordare afflictionis meæ, וּמְרוּדִי & plãctus mei. vel lamentationis meæ, clamoris & vlulatus mei. sic R. Selomóh: vide in מָרַר in fine. Et sic 1.7, dierum afflictionis suæ, וּמְרוּדֶיהָ & clamo-

rum ſuorum. vel lamentationum ſuarũ. Alii vtrunque exponũt, demigrationis meæ, demigrationum ſuarũ.

רוה Rigare, irrigare, Inebriare, ſaturare. Irm. 46.10, וְרָוְתָה & inebriabitur ſanguine illorum. Prouer. 7.18, נִרְוֶה דֹדִים inebriemur amoribus. Et in pihél, Irme. 31.14, וְרִוֵּיתִי נֶפֶשׁ הַכֹּהֲנִים דָּשֶׁן ſaturabo animam ſacerdotum adipe. Et verbũ intranſitiuum, Ieſah. 34.5, quia רִוְּתָה inebriatus eſt in cælo gladius meus. Et 7, וְרִוְּתָה אַרְצָם מִדָּם & inebriabitur terra eorum ſanguine. Pſal. 65.11, Sulcos eius רַוֵּה inebria. Ieſah. 16.9, אֲרַיָּוֶךְ inebriabo te lachryma mea. Eſt longum cũ duobus paſethím: idcirco ו eſt cum ſeri, & י eſt ſecunda radicalis, & ו tertia: & eſt perfectum. Et ſecundum normam, י debuerat eſſe cum ſeua, inquit R. D. in lib. rad. Prouerb. 5.19, vbera eius יְרַוֻּךָ inebrient te. Et in hifhíl, Ieſah. 55.10, ſed הִרְוָה אֶת־הָאָרֶץ inebriat terram. Thre. 3. 15, הִרְוַנִי לַעֲנָה inebriauit (ſaturauit) me abſinthio. Irme. 31.25, Quia הִרְוֵיתִי נֶפֶשׁ עֲיֵפָה inebriaui animam laſſam. Prouer. 11.25, וּמַרְוֶה גַּם־הוּא יוֹרֶא & inebrians (ſub. animam pauperum) etiam ipſe pluuia. ſub. vocabitur. quia ſicut pluuia inebriat terram, ac ſatiat eam, itidem ipſe animam pauperum & inebriat atque ſatiat, vt exponit R. D. R. Abrahám in comment. Animam quæ dat de benedictionibus ſuis, Deus impinguat, & multiplicat. Deus qui inebriat eam, ipſe יוֹרֶא docet vt inebriet virum deficientẽ. Vel, & vir inebrians deficientem, etiam ipſe יוֹרֶא impinguabitur. Vel, ſapienti qui alios inebriat, dabit Deus principatum. R. Leui in comment. Quiſquis inebriat alios ex eo quod apprehendit de ſapientia, etiam ipſe docet ſeipſum: quia in actu docendi diſcipulos, augetur ſpeculatio, & inquiſitio. Toár, רָוֶה, Irriguus, Ine-

briatus.Iesa.58.11,Et eris sicut hortus רָוֶה irrigatus.inebriatus. Fœmineum,Deuter.29.19, vt addat הָרָוָה irriguam. Vide סָפָה. Et perfectum, Psal.23.5,Calix meus רְוָיָה ebrius.i.plenus & redundans. Et 66.12, & eduxisti nos לָרְוָיָה ad irriguam.sub.terram.

רוח Dilatare, Respirare. 1.Semu.16.23, וְרָוַח לְשָׁאוּל & erat dilatatio(respiratio,refrigerium) ipsi Saúl. Iiób 32.21,Loquar,וְיִרְוַח־לִי & dilatatio (respiratio, refrigerium)erit mihi. Nomen,רֶוַח cum seghól, Dilatatio,Respiratio,Spatium.Estér 4.14,רֶוַח respiratio,& liberatio stabit Iehudæis ex loco altero. Gene.32.16,וְרֶוַח & spatium ponetis inter gregem & gregem. Alia forma,Exod.8.15,Et vidit Parhóh quòd esset הָרְוָחָה respiratio. Thren.3.55, Ne abscondas aurem tuã לְרַוְחָתִי לְשַׁוְעָתִי propter respirationem meam ad clamorem meum.i. Ne abscondas aurem tuam ad clamorem meum, quo clamo ad te propter respirationem meam. R.Ioséph, ad sermonem meum.Tharghum,Ne tegas aurem tuã à receptione orationis meæ, ad respirationem meam propter petitionem meam.R.Abrahám, Propter respirationem meam. i. vt facias mihi respirationem, vel tempus respirationis meæ. Et in pihél participium passiuum.Irm.22.14,& cœnacula מְרֻוָּחִים dilatata. i.ampla,& magna. Gene.3.8,לְרוּחַ הַיּוֹם ad respirationẽ diei. Acsi dicat, Tẽpore quo est respiratio,& refrigeriũ diei. i.refrigeriũ aeris.ita R.Ionáh.Potest etiam exponi(ait R.Dauid,)ad ventum flãtem.i. tempore quo declinat dies,quo flat ventus. R.Selomóh refert ad ipsum ventum:quia sol occubuerat.i.hora vespertina. Nomẽ, רוּחַ, Ventus,Spiritus,Voluntas, Angulus,Pars,Plaga. Exod.10.19, Et vertit Dominus רוּחַ־יָם חָזָק מְאֹד ventum

occidentalem fortem valde. Nume.14. 24, Quia fuit רוּחַ אַחֶרֶת ſpiritus alter (vel alia voluntas) cum illo. Ieſah.32.15,donec effundatur ſuper nos רוּחַ ſpiritus de excelſo. i. voluntas Creatoris. Malachi 2. 15, וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ & excellentia ſpiritus (vel excellens ſpiritus. i. voluntas, R.Dauid) fuit illi.ſcilicet Abrahám patri noſtro. Ieſah.31.3,Et equi eorum caro,& non רוּחַ ſpiritus.i.angelus,ſic appellatus quòd ſit ſpiritualis.Iiób 41.7, וְרוּחַ & vétus(.i.aer,R.D.)nõ ingredietur inter eas.1.Paral. 12.18,וְרוּחַ & ſpirit⁹(.i.volũtas)induit Hamaſám.Ieche. 5. 10, Et diſpergam omnes reliquias tuas in omnẽ רוּחַ angulum.plagam,partem.Et 42.16,menſus eſt רוּחַ plagam Meridionalẽ.Et in eodem verſu in vtroque genere,1. Reg.19.11, וְרוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק & ventus grandis, & fortis.Gene.1.2,וְרוּחַ & ſpiritus (aut ventus) Dei ſufflabat ſuper faciem aquarum.i.ventus miſſus à Deo ad ſiccã dum aquas,inquit R.Abrahám.Ieſah.11.4,וּבְרוּחַ & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impiũ.i. verbo:quia verbum egreditur ex ore cum ſpiritu, inquit R.D. in lib. rad. Eccleſ.1.6, Circuiens circuiens pergit הָרוּחַ ad plagam,& in circulos ſuos reuertitur הָרוּחַ ad plagam. Sunt qui aiunt hoc dici de ſole,quòd circuit, & vadit. At R.Abrahám in cõment. ſcribit non eſſe rectum vt exponatur פֵּאָה angulus:ſed ſpiritus. i.aer, quia aer interdum mouetur ad Aquilonem,ſiue ad plagam Aquilonarem,nonnunquam ad plagam Meridionalem, & circuit à Meridie ad Aquilonem per plagam Orientalem,& ab Aquilone ad Meridiem per plagam Occidẽtalem.Idcirco dixit,circuit,circuit,ambulat ſpiritus(ſiue aer,)& in fine reuertitur ad circulos (ſiue circuitus) ſuos quũ reuertitur ſol:quia ipſe eſt cauſa multitudinis

motuum aeris. Vocatur & anima ſuperior (.i.intellectiua)ſpiritus: vt Eccleſ.12.7, Et reuertetur puluis in terram, quemadmodum fuit: וְהָרוּחַ & ſpiritus reuertetur ad Deum qui dedit illũ. Et ſic illa cuius ſedes eſt in corde.i.cõcupiſcibilis,& iraſcibilis. Eccleſ.7.10, ne feſtines בְּרוּחֲךָ ſpiritu tuo(.i.iraſcibili anima tua)ad iraſcendum. Zecha.6.8, requieſcere fecerunt רוּחִי ſpiritũ meũ (.i.iram meam) in terra Aquilonis. Prouerb.29.11, כָּל־רוּחוֹ totum ſpiritum ſuum proferet ſtultus.i.totam voluntatem ſuam, totum deſiderium ſuum, inquit R.Leui. Ieſah.48.16, Dominus Deus miſit me וְרוּחוֹ & ſpiritus eius.i.& angelus eius, inquit R.D.in lib.rad.& cõment. Acſi dicat, Et angelus eius venit ad me cum mãdatis Dei, aut miſſione Dei in prophetia,& oſtẽdit mihi hanc ſententiam futurã. Tharghum,& ſermo eius. aut verbum eius. R.Abrahám, angelus eius. Haghaón dixit quòd ו eſt loco ב, pro, ſpiritu ſuo. Et dixit quòd ſic exponitur illud Pſal.105.4, Quærite Dominum וְעֻזּוֹ virtute eius. Sed non eſt opus tali expoſitione. At nos exponimus de Spiritu ſancto. Iiób 19.17, רוּחִי halitus meus extraneus fuit vxori meæ. Prouerb.1.23, Ecce loquar vobis רוּחִי ſpiritum meum. R.Ioſéph, verbum vel ſermonem meum. R.Leui, voluntatem meam. Irme.49.36, Et diſperſi eos in omnes הָרֻחוֹת הָאֵלֶּה ventos iſtos. Alia forma, רַחַת, Pala. Ieſa.30.24, quod ventilatum eſt בָרַחַת pala,& ventilabro. Sic appellatur pala, quòd ea eleuentur fruges ad ventum. Alia forma, ſecundum R. Iahacób, appellantur naues, quæ vento impellente ambulant. Ieſah.43.14, Et deſcendere faciam בָּרִיחִים in nauibus omnes ipſos. R.tamen D.in comment. exponit, fugitiuos. ſcilicet Babél. ita etiam R.Abrahám. Tharghum,

ghum,בְּמִשּׁוֹטִין in remis. Idem R. Selomoh in cōment. Illud autem Iesa.11.3, וַהֲרִיחוֹ, R. Ioséph exponit,& verbũ eius erit in timore Domini.

Accinge te lancea ad bellũ. Vel euagina. forsan enim, (ait) erat tunc genus lanceæ, cui erat vagina. Ita refert R. Abrahám Gene. 14. nonnullos exponere, & educ lánceam è vagina. Tharghũ, Et euagina lanceam. R. Selomóh, & arma te lancea. Exo. 15. 9, אָרִיק חַרְבִּי, euaginabo gladium meũ. Psal. 18. 43, Vt lutum plateatũ אֲרִיקֵם euacuabo eos. Et secundũ opinionem meam, hannách est loco daghés, quia debebat habere daghés à רָקַק, quod apud doctores Hebræos est טִיט lutum. Vnde dicunt, Auis quæ creata est מִן־הָרְקָק è luto. i. ponam eos vt lutum. Vel est à רָקַק attenuare. Hæc R. D. in li. rad. idem scribit & in cõment. Vide רָקַק. Tharghum, conculcabo eos. R. Abrahám, attenuabo eos: & conueniens erat vt esset cum daghés. R. Selomóh, sicut lutum גָּרוֹק tenue (fluxibile) quod non est densum, euacuabo eos, vt Genes. 31. 42, nunc vacuum dimisisses me. Gen. 14. 14, וַיָּרֶק אֶת־חֲנִיכָיו & accinxit ad bellum pueros suos. Ita etiam Tharghũ. R. Selomóh, armauit pueros suos. i. edoctos à se. R. Abrahám, Et dedit eis arma bellica. Et sunt (inquit) qui exponunt, & educere fecit eos gladios è vagina. Irme. 48. 12, וְכֵלָיו יָרִיקוּ & vasa eius euacuabunt. Et in hofhál, Irme. 48. 11, Et non הוּרַק מִכְּלִי אֶל־כֶּלִי euacuatum (effusum) est de vase in vas. Canti. 1. 3, Oleum (vel vnguentum) תּוּרַק שְׁמֶךָ effusum nomen tuũ. Potest (inquit R. D. in lib. rad.) esse nomen tóar, quanquam sit scriptum cum pathách, vt habes in יִסַּר in hifhíl. Et verbum hoc dicitur de vase & his quæ egrediuntur ex eo: & non significat idem quod יָצַק, quia verbum יָצַק dicitur tãtum de his quæ egrediũtur de vase. R. Abrahám in cõment. Sunt qui dicunt quòd תּוּרַק est nomen loci. At rectũ est vt sit, Vnguentum, hoc est, sicut vnguentũ

quod euacuatur, cuius odor expanditur, & augetur, & crescit. Ne mireris autem esse cum ת signo fœmineo, quia sunt in Scriptura nõnulla nomina, vt עָמָל vt בַּיִת, vt מָקוֹם, quæ inueniuntur in masculeo & fœmineo genere, vt suis habes locis. R. Selomóh, Nomen bonũ appellatur nomine vnguenti optimi, Vnguentũ (inquit) vocatum est nomen tuum: vt dicatur de te, Tu es vnguentum quod euacuabitur (effundetur, pro euacuatur, & effunditur) iugiter: eo quòd est odor suauis tibi, egrediens procul. Ea enim est natura vnguenti suauis, (aut redolẽtis,) toto tempore quo est in vase reclusum, nõ redolet, sed quum fuerit vas apertum, & vnguentũ euacuatum, & effusum, tunc admodũ redolet. Tóar, רֵק, Inanis, vacuus. Gene. 37. 24, cisterna erat רֵק vacua, non erat in ea aqua. 2. Reg. 4. 3, vasa רֵקִים vacua. 2. Para. 13. 7, viri רֵקִים vacui. i. pauperes. 2. Sem. 6. 20, Vnus הָרֵקִים vacuorũ. i. è pauperibus, aut stultis qui sunt vacui intel lectu. Prædicta tria sunt sine י radicali. Iudic. 7. 16, & hydrias רֵיקִים vacuas. Fœmineum. Iesah. 29. 8, וְרֵקָה & vacua est anima eius. Gene. 41. 27, spicæ הָרֵקוֹת vacuæ. Sed רַקּוֹת cum pathách vide in רָקַק. Nomen, רִיק, Inanitas, vacuitas. Irme. 51. 34, vas רִיק inanitatis. vacuitatis. i. inane, vacuum. Et 58, Et laborabunt populi בְּדֵי־רִיק inaniter. in vanum. Dictio דֵי est syllabica adiectio. Psal. 2. 1, Et populi loquentur רִיק inaniter. vel in vanũ inanitatem, vanitatem. quia vanitas erant omnia illorum verba. R. Selomóh, meditati sunt in corde suo vanitatem. R. Abrahám, loquentur inaniter. Et cum additione ם, in fine, רֵיקָם, dicitur tam de masculo, quàm de fœmina. Gene. 31. 42, רֵיקָם vacuum dimisisses me. Vbi scribit R. Abrahám, ם est additum, & est nomen quod inuenitur

cum singulari masculeo, ac fœmineo, & cum plurali. Et sic ם, in אָמְנָם & חִנָּם. Exo.3.21, Non ibitis רֵיקָם vacui. Et sic Tharghum, רֵיקָנִין vacui. Deuter.15.13, Non dimittes eum רֵיקָם vacuum. Ruth 3.17, non ibis רֵיקָם vacua.

ריר Saliua. vulgo בבא, *Báue*. & Albumen oui, quod est simile saliuæ. Iiób 6.6, Num est sapor בְּרִיר in albumine vitelli? Vide חַלָּם. 1. Semu.21.13, Et descendebat רִירוֹ saliua eius in barbam eius. Et verbum in cal, Leuit.15.3, רָר בְּשָׂרוֹ fluit caro (.i. mentula) eius. inquit R. D. & R. Abrahám, qui exponit, turpitudo masculi.

רכך Mollire, Mollificare, Mollescere, Tenerascere. 2. Reg.22.19, רַךְ לְבָבְךָ emollitum est cor tuum. Psal.55.22, רַכּוּ mollita sunt verba eius. Tóar, Genes. 18.7, filium bouis רַךְ tenerum. Prouerb.4.3, רַךְ tener, & vnicus. Et 15.1, respósio רַךְ mollis. Deute.28.54, Vir הָרַךְ tener in te. Gene.33.13, pueri רַכִּים teneri. Fœmineum, Prouer.25.15, Et lingua רַכָּה mollis. Gene.29.17, & oculi Lea רַכּוֹת teneri. Et in nif hál, Deuter.20.3, ne יֵרַךְ mollescat (tenerascat) cor vestrum. Et in puhál, Iesah.1.6, Et non רֻכְּכָה mollificata est oleo. Et in hif hil, Iiób 23.16, Et Deus הֵרַךְ לִבִּי emolliuit cor meum. Nomen, præposito ם, מֹרֶךְ. Leuit.26.36, & inducam מֹרֶךְ teneritudinem (mollitiem) in cor eorum.

רכב Equitare. Estér 6.8, Et equus אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו super quem equitauit super eum. 1. Semu.30.17, רָכְבוּ equitauerũt super camelos. Deut.33.26, רֹכֵב שָׁמַיִם equitans super cælos. Exod.15.1, Equum וְרֹכְבוֹ & equitátem super illum. Leuit.15.9, sella super quã יִרְכַּב sederit fluens. Et in hif hil, Psal.66.12, הִרְכַּבְתָּ אֱנוֹשׁ equitare fecisti hominem super caput nostrũ. Et 2. Reg.13.16, הַרְכֵּב יָדְךָ עַל־הַקֶּשֶׁת וַיַּרְכֵּב יָדוֹ equitare fac manum tuam super arcum,

arcum:& equitare fecit manum suam. Iiob 30.22, super ventum תַּרְכִּיבֵנִי equitare facies me. Exod. 4.20, וַיַּרְכִּבֵם & equitare fecit eos &c. caret י coniugationis. Nomen, Gene. 50.9, Et ascendit cum eo etiam רֶכֶב currus, etiam equites. Singulare pro plurali, ascenderunt currus &c. Et sæpius capitur singulare pro plurali cum nominibus numeralibus, vt Exo. 14. 7, Et accepit sexcétos רֶכֶב בָּחוּר currus electos. Deuter. 24.6, molas וָרָכֶב & catillú. Vide רֵיחַ. 1. Reg. 22.35, Et effundebatur sanguis plagæ in sinum הָרֶכֶב currus. super quem scilicet equitabat, ait R.D. in comment. Sed in lib. rad. exponit strati, siue ephippii, quam sellam vocant. Tharghum, ad medium currus. 2. Reg. 5.9, cũ equis suis וּבְרִכְבּוֹ & curru suo. pro curribus suis, aliorũ scilicet animaliũ, nó equorũ. Plurale, רְכָבִים. Can. 1.9, Equæ meæ בְּרִכְבֵי in curribus Parhonis. Alia forma, Ieche. 27.20, Dedán institores tui in pannis pretiosis לְרִכְבָּה pro curru. i. curribus. Potest esse macór. i. ad ornandum currus. Tóar, רַכָּב, Armiger, aut auriga qui equitat cum equite, & illius fert arma. 2. Reg. 9.17, Cape רַכָּב aurigã, & mitte in &c. Vel armigerũ &c. 1. Reg. 22.34, Et dixit לְרַכָּבוֹ aurigæ suo. aut armigero. Aliud nomen, רְכוּב, Currus. Psal. 104.3, Qui ponit nubes רְכוּבוֹ currũ suũ. Alia forma, מֶרְכָּבָה, Currus. Nachum 3.2, וּמֶרְכָּבָה & currus saltantis. In plærisque libris emẽdatis (inquit R.D. in lib. ra.) inuenitur מ cũ pathách. sed in Hámisráh scribitur, hoc nomẽ in singulari semper esse cũ seghól, & in plurali cũ pathách. Gen. 41.43, Et equitare fecit eum בְּמִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה in curru secundi. sub. viri qui erat Parhoni. Est enim in regimine. Et הַמִּשְׁנֶה est masculeú: vnde nó potest referri ad מִרְכֶּבֶת fœmineum: & sic oportet subaudire הָאִישׁ viri. Vnde &

R.Abra.exponit חַשֵּׁנִי לוֹ ſecũdi illi: nã rex erat primus, pòſt ſecundus à rege, poſtea tertius à rege &c. מ eſt cu chiric. Zechar.6.1, quatuor מַרְכָּבוֹת currus. Iudic.5. 28, pedes מַרְכְּבוֹתָיו curruum eius. Aliud, מֶרְכָּב. R.D.in li. rad. vulgo appellari שִׁילָא ſellam ſcribit, ſiue equo, ſiue cuilibet alteri animali impoſitã ad equitandũ. Sũt autẽ ſtrata omnia quæ mulis, equis, aſiniſve inſternũtur. Leui.15.9, Et omne הַמֶּרְכָּב ſtratũ ſuper quod equitauerit fluens. Canti.3.10, מֶרְכָּבוֹ ephippium eius purpureũ. R.Abrahám ſcribit in cõm. fuiſſe illud quod abſcõdebat trabes intrinſecus: quia ſic erat mos ædiũ regaliũ.

רכל Negotiari, mercari. Cant. 3. 6, omni puluere רוֹכֵל negotiatoris. R.Abrahám, סוֹחֵר mercatoris. R.Selomóh, vendentis omnes ſpecies aromatum quas contundunt, & in puluerem redigunt. Iechez.27. 13, Ipſi רֹכְלַיִךְ negotiatores tui. Fœmineum, Iechez. 27. 3, Et dices ad Sor רֹכֶלֶת negotiatricem populorũ. Et 23, Aſſúr, כִּלְמַד רֹכַלְתֵּךְ Chilmád negotiatrix tua. Vide לָמַד. Tharghum, Prouinciæ Aſſúr, & Madái, ipſæ negotiatrices tuæ. R.Ioſéph, Aſſúr ſicut peritus. i. ſicut periti, vt veniãt ad te in negotiatione tua iugiter. Et ſic לְמַד eſt tóar in regimine, inſtar כְּבַד quod in regimine facit כְּבַד.

Nomen, רְכֻלָּה, inſtar סְגֻלָּה. Et cum pronomine, Ieche. 28.16, In multitudine רְכֻלָּתְךָ negotiationis tuæ. Alia forma, מַרְכֹּלֶת, Negotiatio. & eſt inſtar מַשְׂכֹּרֶת. & cũ pronomine, מַרְכֻּלְתֵּךְ vt etiã מַשְׂכֻּרְתֵּךְ. Iechez.27.24, funibus iũctarũ וַאֲרֻזִים בְּמַרְכֻלְתֵּךְ & torquib' in negotiatione tua.

Hinc & רָכִיל, Detractor; quòd ſit veluti סוֹחֵר negotiator, & aromatarius. Vt enim aromatarius multas habet aromatũ ſpecies, & negotiator multas ſpecies merciũ, quas ab aliquibus emit, & aliis vẽdit: itidẽ detractor ver

ba hinc inde collecta aut audita, aliis refert. Et in Scriptura interdũ iungitur ei verbũ ambulandi: quòd detractor ad aliorũ vadat domos, vt quæ ibi audierit, suis postea narret sociis, detrahendi causa. Hactenus R.D. in lib.rad. Idẽ R.Selomóh, & R.Abrahám in commẽ. Leuit.19.16, Non ambulabis רָכִיל vt detractor (in detractione) in populis tuis. R.Abrahám, Sicut mercator illud quod emit ab vno, alteri vẽdit: ita detractor quod ab aliquo audiuit, alteri reuelat & manifestat. R.Selomóh, qui ambulát per domos vt videát, vel audiát aliquid mali, vt illud in platea narrẽt, dicũtur ambulãtes רָכִיל .i. רְגִילָה cum exploratione, vulgo אשפ״מנט *Espiement*. Et hoc ostendit verbũ ambulandi quod sæpissime iungitur dictioni רָכִיל, quod est sicut רָגִיל explorator, mutato כ est ג. Omnes enim literæ quæ sunt eiusdẽ exitus, inter sese permutantur, sicut ב in פ, ג in כ, כ in ק, נ in ל, ז in צ. Tharghum, Non תֵיכוֹל קוּרְצִין accusabis (aut detrahes, ab אֲכַל) nutibus. Sũt enim qui nutibus oculorum, ne alii audiant detrahunt. Irme.6.28, Ambulantes רָכִיל in detractione (.i. detractores) sunt sicut æs & sicut ferrum .i. sicut æs mistum ferro. Vide נָחָשׁ in nomine נְחֹשֶׁת Prouerb.11.13, Ambulans רָכִיל in delatione, reuelat secretum. Et 20.19, Qui reuelat secretum, ambulat רָכִיל in delatione. Iechez.22.9, Viri רָכִיל detractionis fuerũt in te. R.D. in comment. ambulãtes cum detractione à debilibus ad fortes, vt effundant sanguinẽ innocentẽ.

רכם Est גָּבַהּ, Eleuare. Exod.28.28, וְיִרְכְּסוּ אֶת־הַחֹשֶׁן & eleuabunt pectorale ab annulis suis ad annulos ephód filo hyacinthino .i. ad coniũgendum ipsum cũ ephód quod est supra illud. R.Selomóh, Et coniũgent pectorale. ¶ Nomen, רֹכֶס, Elatio, superbia, Psal.31.21,

abſcondes eos in abſcódito faciei tuæ מֵרֻכְסֵי à ſuperbiis viri.i.hominũ. R.Selomóh, à coniúctionibus (aut ſocietatibus) impiorum, qui conſpirarũt vt illis malefaciãt. R.Himmanuél, à duritiis, & fortitudinibus hominũ. R.Abrahám, à peruerſitatibus. Ieſa.40.4, וְהָרְכָסִים & excelſa in planitiem. aut campeſtria.

רָכַשׁ Vnde רֶכֶשׁ cũ ſex pũctis, Dromedarius, aut Mulus. Eſtér 8.10, equitantes הָרֶכֶשׁ הָאֲחַשְׁתְּרָנִים בְּנֵי הָרַמָּכִים mulum, (pro mulos, aut dromedarios) mulos filios equarum. R.Ionáh (ait R.D. in lib.ra.) ſcribit fuiſſe equos optimos. At rectum eſt vt ſint alia animalia, quæ ignoramus. Dictum eſt, in equis equitãtes &c. ex quo videtur quòd non erat ſpecies equi. R. Abrahám, equitantes הָרֶכֶשׁ, hoc eſt מֵרְכוּשׁ de ſubſtãtia regis, quia non erant ſimiles illis. אֲחַשְׁתְּרָנִים ſunt qui dicunt fuiſſe mulos filios הָרַמָּכִים equarum. & ſic in lingua Iſmahelitica, quia filii equarum ſunt robuſtiores aſinis. R.Selomóh, equitantes equas. אֲחַשְׁתְּרָנִים ſunt cameli veloces ad currendum. Hinc רְכוּשׁ, Facultas, Subſtãtia, opes, & quicquid homo acquirit. Vnde verbum in cal, רָכַשׁ, Acquirere facultates, ſubſtantiam, opes, diuitias, &c. 1.Paralip. 28.1, & principes omnis רְכוּשׁ־וּמִקְנֶה ſubſtantiæ & pecoris. Gene.14.11, & acceperunt omnẽ רְכֻשׁ ſubſtantiam Sedóm. 2.Paralip.32.29, dedit ei Deus רְכוּשׁ רַב ſubſtantiam multam. Geneſ.31.18, וְאֶת־כָּל רְכֻשׁוֹ אֲשֶׁר רָכָשׁ & omnem ſubſtantiam quam acquiſierat.

רָמַם Exaltare, eleuare. Iiób 22.12, & vide ſummitatẽ ſtellarũ, quia רָמּוּ excelſæ ſunt. Et ſecundũ modum tertium cal, qui eſt inſtar פָּעוֹל vt יָכוֹל, Iiób 24.24, רוֹמּוּ מְּעַט eleuati ſunt paululum: & non erunt. quia ſcilicet repente peribunt. R. Abrahám, Si eleuati fuerint

paululum,peribunt vniuersi. R.Leui in cõment. Verbum est præteritum: & est sensus,Quũ recesserint ipsi homines,& elongauerint se paululum,nõ inuenietur tũc impius in ciuitate,sed erunt oculi eius ad vias illorũ,vt occidat eos. Cætera quæ sunt in hifhíl, pohél,& nifhál,quæ à nõnullis ponuntur in hac radice,require in רום. Nomen,רִמָּה,Vermis. Exod.16.24,וְרִמָּה & vermis non fuit in eo. Hinc verbum, Exod. 16.20,וַיָּרֻם תּוֹלָעִים & vermiculauit vermes. vel,& scatere cœpit vermibus.Est cum surec,inquit R.D.in Michlól,ad differentiam וַיֵּרֶם & exaltata est gloria, Iechez.10.4.Secundum ergo normá debuerat esse cum camés chathéph.

רָמָה Proiicere,Fraudare,dolose agere. Exo.15.21,סוּס וְרֹכְבוֹ רָמָה בַיָּם equum, & equitẽ eius proiecit in mare.Irme.4.29,à sonitu equitis וְרֹמֵה קֶשֶׁת & proiicientis(sub.sagittas)arcu,fugit omnis ciuitas. R.D.in comment.A sonitu equitum,& proiicientiũ sagittas arcu. est singulare tanquam vniuersale,siue collectiuum,sicut Gene.32.4,& fuit mihi bos,& asinus. Fugit omnis ciuitas, id est fugerunt omnes viri cuiuslibet ciuitatis. Psal.78.9,רוֹמֵי קֶשֶׁת proiicientes(sub.sagittas)arcu. Et in pihél, Prouerb.26.19,sic vir qui רִמָּה אֶת רֵעֵהוּ fraudauit(fraude ac dolo decepit) amicum suum. Gen.29.25, & vtquid רִמִּיתָנִי decepisti me? Thren.1.19,ipsi רִמּוּנִי deceperunt me.1.Paralip.12.17,& si לְרַמּוֹתֵנִי ad decipiendũ me.ת est cum pathách loco seri. Nomen,רְמִיָּה,Proiectio,Iaculatio,Fraus,Dolus. Hose.7.16,fuerunt sicut arcus רְמִיָּה proiectionis.i. iaculantis sagittas. ita R.D. in lib.rad.postea tamem scribit,Et rectum est vt sit,sicut arcus fraudis.i.proiicientis fraudulenter & dolose, ne sentiat homo. In commen.scribit esse tóar,vel no-

men, vt ſit, doloſus, aut doli. acſi dicat, Arcus doloſus, quia videtur tendens arcum iaculaturus ad latus vnũ, & mox ad latus alterum manũ ſuam vertit. Dicitur autem arcus doloſus, quanquã tendens ſit ille qui faciat dolum: quia per ipſum exercet actũ. R. Selomóh, ſicut arcus doloſus. Pſal. 32.2, & non eſt in ſpiritu eius רְמִיָּה dolus. Prouerb. 10.4, pauperem facit manus רְמִיָּה fraudulenta. Tharghum, Paupertas humiliat virum doloſum. R. Himmanuél, quiſquis habet manũ fraudulentam, & vacat fraudibus, vt ditetur, non adipiſcetur illud quod optat, ſed erit pauper: tum quia Deus illum ſic puniet: tum quia homines ab illo cauebũt ob fraudes illius. Vel כַּף hoc loco indicat lancem bilãcis: & eſt ſenſus, Quiſquis tum emendo, tum vendendo in pondere fraudem faciet, non ditabitur, vt quærit, ſed erit pauper. ſic vtroque modo exponit R. Abrahám. Illud autem Prouerb. 12.27, non aduret רְמִיָּה doloſus (vel dolus pro doloſus) aucupium ſuum: exponitur in חָרַךְ. R. Abrahám, Non aſſabit vir &c. & nõ coquet illud, quia auferetur ab illo. Idem ferè R. Leui in cõment. R. Himmanuél, Dixit metaphorice, quòd auceps qui aucupatur aues fraudibus, nõ dirigetur in venatione ſua, quia veniet ad manũ aſſantis, & comedet illam, aut è manu eius fugiet. Qua re indicatur, quòd qui facit ſua negotia cũ fraudibus, non ditabitur, nec perſeuerabit illius ſubſtantia: quia non modo Deus illum puniet; veruntetiam homines illius perpẽdentes fraudes, non faciẽt cum illo miſericordiam, ſed vt luat pœnas enitentur. Et Prouerb. 19.15, & anima רְמִיָּה fraudulenta eſuriet. R. Abrahám, Et anima fraudulenta .i. cogitãs fraudare alios, eſuriet. R. Himmanuél, Et anima &c. i. homo qui

non est sollicitus,& velox in opere suo, sed vacat fraudibus,esuriet,hoc est nó ditabitur suis fraudibus. Alia forma,præposito מ, Iesah.53.9,& non fuit מִרְמָה dolus in ore eius. Psal.35.20,verba מִרְמוֹת fraudum cogitabunt. Alia itē,præposito ת,Sephan.3.12,lingua תַּרְמִית doli. Et sine י,Irm.23.26,& prophetæ תַּרְמִת doli cor eorum.Et 14.14,וְתַרְמוּת & dolus.Scribitur cum ו,quia potest esse secundú aliam formam וְתַרְמוּת. Alia præterea,תָּרְמָה, Iudicum 9.31,& misit nuntios ad Abimélech בְּתָרְמָה in dolo. R.Ioséph scripsit nomen esse loci,quòd talis forma non inueniatur in desinētibus in ה. Tharghum,בְּרָז secreto.R.Da.in cóment.in dolo.Et hoc est quod dixit Tharghum,in secreto,ne sentirent viri Sechém.Vel est nomen loci,qui alio nomine dicitur Aromáh.Dictú est enim,Et habitauit Abimélech in Aromáh.Et sic exponit R.Ioseph pater meus. Ita etiam R.Leui.R.Selomóh,in dolo:acsi dicat,latenter.

רֹמַח Hasta,aut lancea. & vt alii scribūt, Pugio,gladius.Nume.25.7,& accepit רֹמַח lanceam in manu sua. 2.Paralip.11.12, & in qualibet ciuitate clypeos, וּרְמָחִים & lanceas.Est sicut בֹּקֶר à בְּקָרִים,aut est altera species.Nechem.4.13,cú gladiis suis רָמְחֵיהֶם lanceis suis.In quibusdam libris emendatioribus,inquit R.D.ר est cú camés instar חָרְשֵׁיכֶם. & ita scripsit R.Ionáh.In Michlól etiam idem R.Dauid scribit, ר cum pronominibus esse cum camés.

רַמָּךְ Equa,inquit R.Abrahā. Estér 8.10,mulos magnos filios הָרַמָּכִים equarum.Vide רֶכֶשׁ.

רִמֵּן Vnde רִמּוֹן, Malum punicú, malum granatum. Cant.4.3,sicut fragmē הָרִמּוֹן mali punici. Irme. 52.22,וְרִמֹּנִים & mala punica.Cāt.8.2,מֵעֲסִיס רִמֹּנִי & de mu

ſto mali punici mei. י eſt ſignũ pronominis primæ per ſonæ. Vel eſt י haiáchas, tanquam diceres, muſto Rimmonico. Et ſecundum hoc מֵעֲסִים non eſt in regimine, ſed eſt vna ſpecies, cuius abſolutum eſt ſicut coniunctum, inſtar גְּבִיר. Rectum eſt etiam vt ם ſignũ plurale, deficiat: & ſic eſt ſenſus, muſto malorum punicorum. Et multa ſunt huiuſcemodi in Sacris literis, vt habes lib. 2. Hebraicarum inſtitutionum, cap. 14.

רָמַס Calcare, cóculcare, Repere, reptare, ambulare. Micháh 5.8, ſi tranſierit, וְרָמַס & conculcabit. Ieſa. 16.4, conſumpta ſunt, רֹמֵס reptans (pro reptantia) è terra. R. Selomóh, Animalia tua quæ reptant in terra tua. R. Abrahám, Conſumpta ſunt, ſcilicet caſtra: calcantis ſeu ambulantis, id eſt regis Aſſúr. Tharghũ, Defecerunt omnes qui conculcabant, è terra. Sũt nonnulla cum ש in ſiniſtro cornu, quod æquiualet ס. Geneſ. 7. 8, & omne quod רֹמֵשׂ reptat ſuper terram. Ieſah. 63.3, וְאֶרְמְסֵם & calcabo eos in furore meo. Ieche. 26.11, vngulis equorum ſuorum יִרְמֹס אֶת־כָּל־חוּצוֹתַיִךְ conculcabit omnes plateas tuas. Ieſah. 41.25, & ſicut figulus יִרְמָס־טִיט calcabit lutum. Pſal. 104. 20, in ipſa תִּרְמֹשׂ ambulabit omnis beſtia ſyluæ. ita R.D. in cómen. Et in nifhál, Ieſah. 28.3, pedibus תֵּרָמַסְנָה conculcabuntur corona ſuperbiæ. R. Dauid in cóment. Dixit numero multitudinis, conculcabũtur: & numero ſingulari corona, tanquam vniuerſali, ſiue collectiuo, id eſt omnes coronæ, hoc eſt omnia de quibus ſe iactant, & gloriantur, atque ſuperbiunt. Et ſic Exo. 1.10, ſi תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה euenerint bellum. pro bella. R. Abrahám ſcribit eſſe ſingulare pro plurali. Nomen, Ieſah. 10.6, & ad ponendum illum מִרְמָס conculcationem. מ eſt cum pathách, præter

ter normam: est enim absolutú,& nõ in regimine:idcirco debuerat esse cum camés, inquit R.D. in Michlól & lib.rad.vt annotatum est lib.2.Hebraicarum institut.cap.22. Alia forma, cum ש in sinistro cornu, & sex punctis, רֶמֶשׂ, Reptile, quod ambulat. Gene.1.25, & omne רֶמֶשׂ reptile terræ.

רָנַן Clamare fortiter, siue cantando, siue ob lætitiá, siue ob luctum, siue ob præconium, & laudem, siue in oratione, & precationibus. Est igitur Clamare, canere, Lætari, aut exultare, Lugere, Prædicare, præconizare, laudare, Orare. Iiób 38.7, בְּרָן־יַחַד quú laudarent pariter. Iesah.44.23, רָנּוּ laudate.vt Tharghum. Thren. 2.19, surge רֹנִּי clama. Iesa.54.1, רָנִּי lauda(aut exulta)sterilis. Prouerb.29.6, יָרוּן exultabit. Est cú surec loco chólem, inquit R.D.in Michlól. Iesa.35.6, וְתָרֹן & laudabit (prædicabit)lingua muti. Psal.35.27, יָרֹנּוּ exultabunt, & lætabuntur. Prouerb.1.19, sapientiæ(.i.quælibet sapientiarum)foris תָּרֹנָּה prædicabit.aut clamabit, secundum R.Abrahám in cóment. R.Leui in cóment. Leuabunt vocem suam. sed verbum est singularis numeri, & ponitur pro תָּרֹן. nam ה redundat, inquit R.D.in Michlól. Idem habes Prouerb.8.3. Et in pihél, Irme.31.12, & venient, וְרִנְּנוּ & laudabunt in excelso. Psal.132.16, רַנֵּן יְרַנֵּנוּ exultando exultabũt.laudando laudabunt.prædicando prædicabunt. Iesah.35.2, & exultabit etiam exultatione, וְרַנֵּן & laudando: est macór, inquit R.D.in cóment. Et 52.9, רַנְּנוּ laudate. Psal.63.8, אֲרַנֵּן exultabo. Et 90.14, וּנְרַנְּנָה & exultabimus. Et in hifhíl. Deuter.32.43, הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ laudate gentes populum eius. Iiób 29.13, & cor viduæ אַרְנִן exultare faciam. pro faciebá. Psal. 65.9, exitus(accus.plura.)matutini & vesperæ תַּרְנִין ex-

ultare facies. R.D.in commen.per exitus matutini,& vesperæ.i.lunæ,ac stellarũ in nocte,& solis in die, exultare facies corda hominum. Vel,exitus &c.laudare facies,vt Iiób 38.7,Quũ laudarent pariter stellæ &c. Vel, in exitibus matutini &c.laudaberis. Tharghum,ordinabis in ore illorũ laudem. R.Selomóh,laudare facies te creaturas,mane dicentes,Benedictus qui creauit luminaria:& vesperi,Benedictus qui aduesperare facit vesperas. R.Abrahám, propter exitus.i. signa quæ egrediuntur,& conspiciuntur mane & vesperi, laudare facies filios hominum te. R.Moséh,Exitus.i.principium diei ac noctis laudare facies &c. R.Himmanuél, Exitus &c.i. homines Orientales apud quos mane egreditur sol, & Occidentales apud quos occumbit sol, laudare (aut exultare) facies , quia propter bona quæ illis elargiris, illos exultare facies. Et dixit, Exitus mane & vesperi: quia climata ab Oriente ad Occidentem sunt habitabilia: quod non vsuuenit extremitatibus Meridiei & Aquilonis. Et in puhál,Iesa.16.10,& in vineis non יְרֻנָּן cãtabitur. Et in hithpahál,Psal.78.65,& experrectus est sicut dormiẽs Dominus, sicut potẽs, מִתְרוֹנֵן clamãs(exultans)propter vinum.i.sicut homo qui soporatus est multitudine vini quod bibit,& nũc experrectus à vino suo,clamat.Et dixit,sicut potens:quia nõ deest illi potẽtia, nisi propter vinum. Sic Deus similis fuit dormiẽti,vel soporato à vino,quia videbat iniquitates Israél & peccata eorum,erat inqam sicut dormiẽs & soporatus,quia silebat. At vbi multiplicatæ sunt iniquitates illorum , & illum irritauerunt per sua mala opera,vltus est de illis,& fuit velut potens clamãs propter vinum,& percussit eos. Sunt qui exponunt de eo

quod fecit in Pelistim: quia fuit vt dormiens, quando capta fuit arca, & experrectus est quando percussit Pelistim, qui illam acceperant. Nomen, רֹן, Iiób 38.7, בְּרָן־יַחַד, quod potest esse & macór, secúdum R.D. in Michlól & lib. rad. & ita habes in macór cal. Tharghú, Tempore quo laudant pariter &c. Plurale, Psal. 32.7, רָנֵּי laudibus (aut exultationibus) ereptionis circundabis me.

Nomen perfectú, Iiób 3.7, ne ingrediatur רְנָנָה exultatio (laus) in illam. Psal. 63.6, & labiis רְנָנוֹת laudú (exultationum) laudabit os meum. Alia forma, רִנָּה, Clamor, Laus, Præconium, exultatio, Oratio, precatio. Psal. 42.6, In voce רִנָּה exultationis. 1. Reg. 22.36, וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה & transiuit præconium per castra. i. & præco trásire fecit vocem, aut præconium in castris, vt R.D. in cóment. nam quú verbum וַיַּעֲבֹר sit masculeum, non potest dici de רִנָּה fœmineo, sed de ipso præcone qui transire faciebat vocem. R. Leui, Et transiuit vox præconii. 1. Reg. 8. 28, vt exaudias אֶל־הָרִנָּה precationem & oratione͂. Psal. 17.1, attende רִנָּתִי clamori meo, inquit R.D. nam qui precatur, interdum clamat, nonnunquá silet. Et nomen auis רְנָנִים, á clamore sic appellatæ, & pulchritudine vocis: aut quæ clamat, & exultat in pulchritudine alarum suarum vt pauo, & forsan est ipse pauo, inquit R. Dauid in lib. rad. Iiób 39.16, כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָסָה ala (pro alis) pauonis læta. aut qua exultat. R. Abrahám, extensa. Tharghum, Ala galli syluestris qua se iactat & exultat. R. Abrahám, Auis est sic forsan appellata, quòd sua voce delectet propter vocem eius amœnam, atque suauem. Vide עָלַס.

רנב Vnde secundum R. Ionáh deducitur, præposito א, אַרְנֶבֶת, Lepus. Leuit. 11.6, וְאֶת־הָאַרְנֶבֶת & leporé.

At R.Dauid in lib.rad.א ſcribit eſſe radicale.

רָנָה Eſt רָנַן, Clamare, Sonare. Iiob 39.26, ſuper eum תִּרְנֶה ſonabit pharetra.

רָסַס Miſcere, Effundere, Stillare, Cōterere. In cal inuenitur tantum macór. Iechez.46.14, לָרֹס אֶת־ הַסֹּלֶת ad miſcendum ſimilam. vel cū ſimila. אֶת pro עִם. R.D. in comment. ad miſcendam ſimilam cum oleo.

Inde רְסִיס, Stilla, gutta: & רְסִיסִים, Guttæ, ſtillæ, Contritiones. Hamós 6.11, & percutiet domū maiorem רְסִיסִים contritionibus. Qua in ſignificatione in Miſnáh inuenitur verbum in pohel, vbi dicitur, Et ſi fuerit craſſus (ſcilicet calamus) מְרוֹסֵס ſcindat, (aut conterat,) vt coquat ouum. Ita R.D. in lib.rad. Et in cōmen. ſciſſionibus, cōtritionibus, fractionibus. Tharghū, Et percutiet regnum magnū percutione forti. Cant.5.2, caput meū plenum eſt rore, cincinni mei רְסִיסֵי לָיְלָה guttis noctis.

רֶסֶן Frænum. Vide מֶתֶג. Iiób 41.4, רִסְנוֹ frænum eius.

רָעֵב Siue רָעֵב, Eſurire. Prouerb. 25.21, ſi רָעֵב eſurierit. eſt præteritum, vt ait R.Abrahám in cōment. Pſal.34.11, וְרָעֵבוּ & eſurierunt. Prouerb.6.30, quum יִרְעָב eſurierit. Et in hifhíl, Prouerb.10.3, non יַרְעִיב יְהוָֹה נֶפֶשׁ צַדִּיק eſurire faciet Dominus animam iuſti. Tóar, 2.Sem.17.29, populus רָעֵב famelicus. 2.Reg. 7.12, רְעֵבִים famelici ſumus. Fœmineum, Prouerb.27.7, & animæ רְעֵבָה famelicæ. Nomen, Gene.12.10, & fuit רָעָב fames in terra. Alia forma, Pſa.37.19, & in diebus רְעָבוֹן famis. Et in regimine, Gene.42.19, adducite frumentum רַעֲבוֹן famis domorū veſtrarum. Tharghum, frumentum quod deficit in domibus veſtris. R.Selomóh, id quod emiſtis propter famem virorum domus veſtræ. R.Abrahám, Adducite ad domos veſtras quod

est opus propter famem.

רָעַד Tremere. Psal.104.32,qui respicit terram,וַתִּרְעָד & tremuit. Et in hifhil,Dani.10.11,מַרְעִיד tremens. Nomen,רַעַד,Tremor.Exod.15.15,apprehendet eos רַעַד tremor.Fœmineum,Psal.48.7,רְעָדָה tremor apprehendit eos.

רָעָה Pascere , pasci deponens, Affligere, Cogitare, Frangere,confringere, Placere,Velle,Amare, Sociare.Irme.50.19,וְרָעָה הַכַּרְמֶל & pascet Carmelum.Iche.34.13,וּרְעִיתִים & pascam eas in montibus Israël.Micháh 5.6, וְרָעוּ אֶת־אֶרֶץ אַשּׁוּר & conterent terram Assúr. siue confringent.sic R.Selomóh & R.D.R.Abrahám, Et pascent:aut regẽt more pastoris.metaphorice,quia regnabunt super illos violenter.Irme.11.16,וְרָעוּ דָּלִיּוֹתָיו & confringentur rami eius . Participium vertitur pascens,& pastor.Gene.4.2, Et fuit Hébel רֹעֵה צֹאן pastor ouium.Et 47.3,רֹעֵה צֹאן pastor(pro pastores,& ita habet Tharghum)ouium serui tui.Vel,pastor ouiũ serui tui. i.singulus ẽ seruis tuis.Psal.80.2,רֹעֵה יִשְׂרָאֵל qui pascis. aut pastor Israël. Dicunt nonnulli grammatici, (inquit R.D.in Michlól,)quòd illa quæ habent seri,sunt in regimine:quæ vero sunt cum seghól,absoluta. Gene.37.2, erat רֹעֶה אֶת־אֶחָיו בַּצֹּאן pascẽs cum fratribus suis oues. אֶת pro עִם. & ב redundat, vnde & Targhũ illud nõ habet.Et sic 1.Sem.16.11, Ecce רֹעֶה בַּצֹּאן pascit oues. Iiób 24.21,רֹעֶה עֲקָרָה cõfringens sterilẽ. sic R.Abrahã, R.Leui, R.Dauid, & R.Moséh. Iesah.40.11, כְּרֹעֶה עֶדְרוֹ יִרְעֶה sicut pastor gregem suum pascet. Irme. 17. 16, Et ego non elongaui meipsum מֵרֹעֶה ne essem pastor (.i. propheta) post te. Hoc modo exponit R. D. in commen. Tharghum;Et ego non tardaui propter verbum

tuũ,ne vaticinarer illis. R.Selomóh,Et ego non festinaui, vt sollicitarem te vt adduceres ea, ne essem pastor bonus post te,vt quærerem pro eis misericordias. Sunt aliqua quæ veniunt cum י vice ה,inquit R.D. in Michlól.& in lib.rad.& in comment.vt Iesah.38.11,Sicut tabernaculum רֹעִי pastoris,pro רֹעֶה,Zecha.11.17, O רֹעִי pastor,idólũ.1.Sem.25.16, רֹעִים הַצֹּאן pascentes oues. Ieche.34.2,super רוֹעֵי pastores Israél.Est cum ו. Irm.22.22,כָּל־רֹעַיִךְ תִּרְעֶה־רוּחַ omnes pastores tuos conteret ventus.i.vẽtus quẽ ipsi persequuntur,conteret eos.hãc esse rectam expositionem asserit R. D. in lib.rad. Prius enim exposuerat secundum priorem significantiam, Pastores tuos pascet & comedet, ac consumet ventus. Tharghum,Omnes gubernatores tui dispergentur in omnem ventum.i.reges Assúr,& AEgypti(qui erãt eis tanquam gubernatores,& pastores) conterentur leuiter & cito,perinde acsi ventus expulisset illos.ita R.D. in comment. R.Selomóh,Omnes pastores.i.reges,cõteret ventus. Psal.78.71,לִרְעוֹת בְּיַעֲקֹב עַמּוֹ, vt pasceret Iahacób populum suum.Vel,in Iahacób. Micháh 7.14,רְעֵה עַמְּךָ pasce populum tuum. Psal.37.3,וּרְעֵה אֱמוּנָה, & pasce veritatem.fidem.Tharghum,Fide verbo Domini.aut spera in verbo (& sermone) Domini &c. וְחַסֵּין בְּהֵימְנוּתָא & roborare fide. R.Selomóh,Et pasceris (comedes,nutriésque te,& reges ac gubernabis te)fide.i.mercede fidei qua Domino credidisti innitendo illi, & faciendo bonum. R.Abrahám, Custodi fide. nam pastor est custos.Et sunt qui exponũt,Et pascet.i.comedet fideliter: quia nõ comedet raptũ, nec vsurpatũ vt iniqui. R.D. in cõm.Et pasce,pro pasces.i.docebis fidẽ:hoc est docebis multos vt colant Dominũ,quemadmodũ fecit A-

brahám. Dictum est enim Gene.13.4, Et inuocauit ibi Abrám nomen Domini. i. Et docuit ibi multos viam Domini. Qui enim homines docet, pascit eos: vt Irm. 3.15, Et pascent vos scientia & intelligentia. Et hoc est radix, ac initium cultus Dei, in ore. Et ו in וּרְעֵה est sicut illud Gene.22.4, Die tertia וַיִּשָּׂא leuauit &c. Non enim copulat, sed futurum dũtaxat vertit in præteritum. R. Himmanuél in comment. Et pasce veritatem. i. pone escam tuam (cibum tuum) veritatem; vt sis in sermone tuo & in opere tuo verax, & stabilis, vt confirmes, ac perficias ea ad quæ teneris, ea quæ vouisti. Pasce fidẽ, vt Deo vero credas, & legi veritatis, vt apprehendas veritatẽ, & ab erroribus elonges te. Gene.30.31, אֶרְעֶה צֹאנְךָ, pascam oues tuas. Hose.4.16, יִרְעֵם pascet eos. Ieche.34.2, Nónne הַצֹּאן יִרְעוּ הָרֹעִים oues pascunt pastores? i. Nónne pastorum est vt pascant oues scientia, & intelligentia? Sic scriptum est de Dauid quòd erat pastor fidelis, & faciebat iudiciũ, & iustitiam vniuerso populo suo. Irme.2.16, יִרְעוּךְ קָדְקֹד fregerunt tibi verticem. ita R.D. in cõm. & lib. rad. R. Selomóh, confringent verticem, sub. vestrũ. Tharghũ, occidẽt fortes tuos, diripiéntque substantiã tuã. Et in hithpahál, Prou.22.24, Ne תִּתְרַע amicitiam habeas cũ homine iræ? i. iracundo. Nomen, רְעִי, Pascuum optimum, & pingue. 1. Reg.4.23, Et viginti boues רְעִי pascui boni. i. pingues, aut impinguati in optimo pascuo, secundum R.D. in lib. rad. & cõment. Alia forma, præposito מ, Gene.47.4, non est מִרְעֶה pascuũ ouibus. Iechez.34.14, מִרְעֶה שָׁמֵן pascuũ pingue. Alia item, מַרְעִית. Psa.95.7, Populus מַרְעִיתוֹ pascui eius. Et in pihél, Iudic. 14. 20, Fuit autem vxor Simson sodali suo qui רֵעָה לוֹ socius fuerat ei. ita R.D.

in lib.ra.Et in cōment.Et fuit vxor Simſon ſocio ſuo, quē Simſon in ſociū acceperat ſibi. Sūt qui dicūt quòd poteſt exponi,qui pauit eū.ſub.in diebus cōuiuii.& eſt expoſitio R.Leui in comment. Et in hithpahál,Prouerb.22.23,אַל־תִּתְרַע אֶת־בַּעַל אָף ne ſis amicus furibundo.

Nomen,2.Semu.15.37,רֵעֶה amicus Dauid. Alia forma,רֵעַ,Amicus,Socius,Voluntas,Cogitatio. Prouerb. 27.10,רֵעֲךָ וְרֵעֵה אָבִיךָ amicum tuum,& amicū patris tui ne derelinquas.Et ſcribitur cum · quia eſt altera lectio ſine ה,רֵעַ.Irme.6.21,Vicinus וְרֵעוֹ & amicus eius.1.Reg. 16.11,וְרֵעֵהוּ & amicum eius.pro amicos eius,ait R.Selomóh.R.D.in cōmen.ſcribit eſſe ſicut רֵעָיו amicos eius. & ſic Chab.2.4, Væ propinanti רֵעֵהוּ amicis ſuis. Cant. 5.16,Et iſte רֵעִי amicus meus.Pſa.139.2,Intellexiſti לְרֵעִי voluntatem meā.aut cogitationem meam. vtrunque enim ſignificat,inquit R.D. in lib.rad. & cōment. ita & R.Abrahám.R.Selomóh,Intellexiſti coniunctionē meam ad te, intellexiſti à lōginquo trahentem me ad amicitiā tuam,& ad ſocietatē tuam, coniungentē me tibi.R.Himmanuél, Intellexiſti cogitationem meam a longinquo.i.etiam quum eſſet longinqua ab opere, quia manifeſta eſt corā te , dum eſt in potentia antequam in actū exeat. Irm.3.20,Profecto(ſicut)בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ præuaricata eſt mulier ab amico ſuo.i. contra amicum & virū ſuum,recedens ſcilicet ab illo.Et verbū בָּגְדָה conſtruitur hoc loco cum מ præter morem: quia ſubauditur(vt dictū eſt) recedens ab illo, inquit R.D. in cōmen.Tharghum,Profecto(vel propterea) quēadmodum mentitur mulier marito ſuo,ſic mentiti ſunt &c. R.Selomóh, Vere non feciſtis cogitationem meā: ſed quemadmodum mulier præuaricatur in maritum ſuum,

ſuum,quia non poteſt recedere à fornicatione ſua, ſic &c.Irme.3.1,Et tu fornicata es רֵעִים רַבִּים cú amicis multis.2.Semu.12.11, Et dabo לְרֵעֶיךָ ſociis tuis. Pſal.139. 17. quàm pretioſæ ſunt רֵעֶיךָ cogitationes tuæ.aut voluntates tuæ.quēadmodū dixit in principio,Intellexiſti לְרֵעִי cogitationē meā .Acſi dicat,Volútates tuæ & cogitationes tuæ ſunt pretioſæ mihi, quia nó valeo cognoſcere illas. Et in cóm. Et mihi quàm raræ fuerút cogitationes tuæ,(ſicut 1.Semu.3.1,Et verbum Domini erat יָקָר rarū:)quia ſcilicet nō valeo attingere illas, & intentiones tuas in creatione.R.Selomóh,Congregatio Iſraél dicit,Quàm glorificati ſunt in oculis iuſtorū qui ſunt in omni generatione & generatione, amici tui Deus. R. Abrahám,Quàm raræ ſunt cogitationes tuæ. & eſt ſenſus,Tu noſti cogitationes meas: at ego tuas ignoro,quia eleuatæ ſunt ſupra me, & raræ ſunt ad cognoſcēdum illas. R.Himmanuél,Quàm prohibitæ ſunt(vt Prouerb.25.17, הֹקַר prohibe pedem tuum à domo &c.) cogitationes tuæ,& ſcientiæ tuæ ad ſciendū eas. Fœmineum,רֵעָה,Amica.& plurale רֵעוֹת. Iudic. 11.37,וְרֵעוֹתָי, & amicæ meæ.vel ſociæ meæ. Alia forma,רַעְיָה.Can. 1.9,רַעְיָתִי amica mea. Alia itē,רְעוּת.Exo.11.2,ab רְעוּתָהּ amica ſua.Eccleſ.1.14,Et ecce omnia vanitas,וּרְעוּת רוּחַ & cogitatio(vel contritio) ſpiritus. R.Abrahám,Sunt qui exponunt,& paſtus ſpiritus.i.vanitatis,hoc eſt vana:vt Hoſe.12.1,Ephráim paſcit ventū,qui ſcilicet non prodeſt,nec ſatiat. א eſt inſtar דָּמָה à דְּמוּת.Et rectum eſt vt exponatur, Et cogitatio ſpiritus. R.Selomóh, contritio ſpiritus. Tóar maſculeum,præpoſito מ cú ſeri, Gene.26.26,מֵרֵעֵהוּ amicus eius. Alia forma,præpoſito מ,cum ſeua,Prouerb.19.7,מְרֵעֵהוּ amici eius elonga-

uerunt ſe ab illo. Verbum eſt plurale, & nomen ſingulare: vnde exponit R. Abrahám, vnuſquiſque ex amicis eius, & ſic vniuerſi elongauerunt. R. Leui, Omnes fratres pauperis oderunt eum, quia non capiunt ex illo aliquid emolumenti: quanto magis qui antea fuerunt illi amici, elongabũt ſe ab illo? Alia forma, רַעְיוֹן, Cogitatio, aut Contritio. Eccleſ. 1.17, Noui quòd etiã hoc eſt רַעְיוֹן cogitatio ſpiritus. ita R. Abrahám, & R. D. Vel contritio, R. Selomóh. Sic 2.22. Alia poſtremo, vt quibuſdã placet, רַע, Voluntas, vt Eccleſ. 4.16, Quia neſciunt facere רַע voluntatem. ſcilicet creatoris. Alii, malum: à רוּעַ. Tharghú, Quia neſciunt diſtinguere inter bonum & malú. R. Selomóh, Quia neſciunt quòd faciunt ſibiipſis malú. R. Abrahám, Quia neſciunt niſi facere malũ, ſic Eccleſ. 2.24, Nõ eſt bonũ in homine niſi quòd comedat & bibat. Et eſt ſenſus, quòd nõ erat illis ſcientia recta ad faciendũ bonũ. Sũt qui dicũt quòd ſtulti neſciunt etiam facere malú quod eſt propinquũ cogitationi cordis humani. Alii exponũt רַע volũtaté.

רַעַל Secundum R. Ionáh eſt מְבוּכָה, Cõfuſio: מְהוּמָה, Cótritio: & R. Ioſéph, רְעָדָה, Tremor. Et ſic præcedente ח &c. Nos (inquit R. Dauid,) conſueuimus exponere סַם הַמָּוֶת venenum mortiferũ. Zechar. 12.2, Ecce ego pono Ieruſaláim סַף־רַעַל calicem veneni. Vide סָפַף. R. D. in cóm. Calicem veneni è quo qui biberit, morietur. Et ſic qui pugnauerint cótra Ieruſaláim deficient, atque conſumentur. R. Himmanuél, calicem veneni. R. Selomóh, craterem, aut vas תַּרְעֵלָה ſtuporis claudentis cor, & membra, vt non ſit robur, ſicut homo qui operit ſe pallio: vt infrà Nachũ 2, & Ieſa. 3. R. Abrahám, craterem &c. Tharghum, Ecce ego pono Ieruſaláim

vas plenum מַרְוֶי amaritudine.vel mero,vt aliis placet. Et præpoſito ת,alii exponunt ſoporis, aut ſoporifero: Pſal.60.5, Propinare feciſti nobis יַיִן תַּרְעֵלָה vinum ſoporiferum.aut vinũ vini ſoporis.eſt enim proprie ſubſtantiuum. Tharghum, Propinare feciſti nobis vinũ דִילוּט maledictionis. R.D.in comment.ſcribit deficere hanniſmách. nã יַיִן eſt abſolutum,& non in regimine: & idcirco repetendũ eſt nomen יַיִן יֵין vinum vini ſoporis,aut veneni. R.Selomóh, vinũ vini claudentis cor, & operientis illud.רַעַל enim eſt operimentũ. R.Abrahám,Secundum morẽ dicendũ erat יֵין תַּרְעֵלָה in regimine. R.Himmanuél,vinũ veneni,vt ſuprà Zechar.12. Alii exponunt,fletus,& contritionis. Ieſa.51.17, Fæcem calicis הַתַּרְעֵלָה tremoris.vel veneni mortiferi,vt R.D. in cõment.& R.Abrahám,quia(inquit) tremit homo quãdo videt illũ. R.Selomóh, Potus claudentis cor, & operientis,auferentis robur homini,acſi eſſet clauſus, ac ligatus. Inde verbũ in hofhál,Nachũ 2.3, Abietes הָרְעָלוּ tremere factæ ſũt. ſecundum R. Abrahám in cõment. R.Selomóh,opertæ ſunt. R.Ioſéph,tremuerũt. R.Dauid,veneno affectæ ſunt. Eſt & ornamenti genus,Ieſah.3.19,Et armillas, וְהָרְעָלוֹת & mitras. R.D. in lib.rad. & etiam in comment.ſcribit quoſdam dicere eſſe ornamenta quæ vulgo dicuntur טנבורש. Alii dicunt eſſe mulierum velamina quibus (præter oculos) totã faciem operiebant, & inferne erant ligata. R.Abrahám ſcribit eſſe ornamentũ maxillarum. R. Selomóh dicit ſpeciem fuiſſe chlamydũ (aut velaminum) quibus ſe operiebant.

רָעַם Tonare,intonare, Indignari,iraſci. Iechez.27.35, רָעֲמוּ פָּנִים indignati ſunt vultu. R,D.in com

mēt.& R.Selomóh,רָעֲמוּ id est כָּעֲסוּ indignati ſunt:hoc eſt præ ſe tulerūt ĩdignationē,& irā.Tharghū,אִיתְרְשִׁימוּ אַפֵּיהוֹן ſignatæ fuerunt facies eorū.Pſal.96.11,יִרְעַם tona bit mare. Et in hifhíl, Pſal.29.3, הִרְעִים tonare fecit.1. Semu.1.6, בַּעֲבוּר הַרְּעִמָהּ eo quód iraſci faciebat eam. ר eſt cū daghés euphoniæ cauſa,inquit R.D.in cōment. & li.rad. Nomen,Pſal.81.7, in abſcondito רַעַם toni-trui.Et 77.19,vox רַעַמְךָ tonitrui tui. Alia forma,Iiób 39.16,Num induere facies collū eius רַעְמָה tremorem? R.Leui,Robur,& fortitudinem vocis,& eleuationē, & hinnitū qui egredietur ex illo. R.Abrahám, indigna-tionem,aut hinnitum inſtar tonitrui.Tharghū, תּוּקְפָּא fortitudinē. R.Moſéh, clamorē quē eleuat.i.hinnitū.

רען Vnde geminato נ, fit רַעֲנַן, Vireſcere. Iiób 15.32, וְכִפָּתוֹ לֹא רַעֲנָנָה & ramus eius non viruit.Eſt præ-teritum,quia eſt longum. Tóar, Deuter.12.2, Et ſub omni ligno רַעֲנָן viridi.Pſal.37.35,Sicut laurum רַעֲנָן vi-ridem.R.D. in cōment. Arbor viridis appellatur אֶזְרָח ciuis.ſicut enim ciuis notus eſt omnibus quis ſit, & cu ius familiæ, ita arbor viridis nota eſt ob illius & pul-chritudinem, & viriditatē. Et 92. 11, Conſperſus ſum בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן oleo viridi.i.nouo.Require in בלל.Plurale eſt cum daghés, Pſal.92.15, Adhuc fructificabunt in ſene-cta,pingues,וְרַעֲנַנִּים & virides erunt.

רעף Stillare.Iiob 36.28,יִרְעֲפוּ ſtillabunt ſuper homi-nes multos. Pſal.65.13,יִרְעֲפוּ ſtillabunt in cam-peſtribus deſerti . vt ſcilicet inueniant animalia cibū, ac potum.Vide נוה.Et 12,Et cæli tui יִרְעֲפוּן דָּשֶׁן ſtillabūt pinguedinem.Vide עגל. Et in hifhíl,Ieſa.45.8,הַרְעִיפוּ ſtillate cæli deſuper.

רעץ Eſt שָׁבַר,Conterere,frangere.Exod.15.6,Dexte-ra tua Domine תִּרְעַץ אוֹיֵב confregit inimicum.

Iudic.10.8,וַיִּרְעֲצוּ & contriuerunt.

רָעַשׁ Mouere,commouere,Tremere. Ioél 2.10,רָעֲשׁוּ moti sunt cæli. Irme.8.16, רָעֲשָׁה mota est(tremuit)vniuersa terra. Et 4.24,& ecce רֹעֲשִׁים tremebant. Psal.72.16, יִרְעַשׁ tremet(commouebit se) sicut Lebanõ fructus eius. R.Ionáh exponit,crescet,& multiplicabitur,fructificabit.i. multiplicabũtur filii eius sicut multiplicantur arbores Libani. R.Abrahám,Tremet sicut Lebanon.i.arbores Lebanon,fructus eius, hoc est frumentum eius, quia erit magnũ: & spicæ (inquit R.D. in cõment.)magnæ & pingues, quæ vento flante commouebuntur. Iechez. 26.10,תִּרְעַשְׁנָה trement muri tui.

Et in hifhil,Psal.60.4,הִרְעַשְׁתָּה אֶרֶץ commouisti(aut tremere fecisti)terrã. Iiób 39.23,הֲתַרְעִישֶׁנּוּ nunquid tremere facies eum sicut locustã? Nomen,רַעַשׁ,Cõmotio,Tremor,Vibratio. Iechez.3.13,& vox רַעַשׁ גָּדוֹל commotionis magnæ. Et 12.18,panem tuũ בְּרַעַשׁ in tremore comedes.Iiób 41.19,& irridebit לְרַעַשׁ vibrationem.

רָפָא Mederi, curare, sanare. Et per translationem, Instaurare, reædificare, Parcere, remittere. Et nonnunquam more desinẽtium in ה, habet ה in fine. Iesah.19.22,וּרְפָאָם & sanabit eos. Hose.11.3,רְפָאתִים sanaui eos. 2.Reg.20.5,ecce ego רֹפֵא לָךְ sano te. Irme.8.22, num רֹפֵא medicus nõ est ibi? 2.Paral.16.12, nõ quæsiuit Dominum,sed בָּרֹפְאִים medicos. Iesah.19.22,וְרָפוֹא & sanando. Nume.12.13,רְפָא נָא לָהּ sana quæso illã. Et cum ה vice א,Psal.60.4,רְפָה שְׁבָרֶיהָ sana contritiones eius.Irme.3.22,אֶרְפָּה מְשׁוּבֹתֵיכֶם sanabo auersiones(rebelliones) vestras. Threno. 2.13, quis יִרְפָּא־לָךְ sanabit te? Iiób 5.18, & manus eius תִּרְפֶּינָה sanabunt. Est more desinentiũ in ה,י vice א. Secundum enim normam scribendum erat

cum א,תִּרְפֶּאנָה. Et in nifhál, Leuit.14.3, נִרְפָּא ſanata eſt plaga. Et forma deſinentium in ה, Irme.51.9, וְלֹא נִרְפָּתָה & non eſt curata. Deuter. 28.27, à quibus non poteris לְהֵרָפֵא curari. Irme.17.14, וְאֵרָפֵא & ſanabor. 2. Reg.2.22, וַיֵּרָפוּ & ſanatæ ſunt aquæ. Eſt ſecundum morem deſinentium in ה. Et in pihél, 2. Reg.2.21, רִפֵּאתִי ſanaui. Irme.51.19, רִפֵּאנוּ curauimus. Scribitur cũ א vice י. Exo. 21.19, וְרַפֹּא יְרַפֵּא & ſanando ſanabit. vel ſanare faciet. eſt enim tranſitiuũ in tertium. 1. Reg.18.30, וַיְרַפֵּא & curauit(.i. reædificauit) altare. Irme.6.14, וַיְרַפְּאוּ אֶת־שֶׁבֶר & ſanauerunt contritionem. Et more deſinentium in ה, Irme.8.11, וַיְרַפּוּ. Et in hithpahál, 2. Reg.8.28, לְהִתְרַפֵּא vt curaretur. Nomẽ, præpoſito ם, Prou.4.22, מַרְפֵּא ſanitas. Alia forma, Prou.3.8, רִפְאוּת תְּהִי ſanitas erit. Alia præterea, רְפוּאָה: & plurale, Irme.30.13, רְפֻאוֹת medicinæ curationis. Ex hac radice eſt רְפָאִים, cuius ſingulare eſt רָפָא. Et cum ה notificatiuo, הָרָפָא, Gigas, Potens, Fortis, Mortuus. 1. Paral.20.8, iſti nati ſunt לְהָרָפָא gigã ti (aut potẽti) in Gath. idẽ verſu 6. & ſcribitur cũ ל deſeruiẽte, ſicut &. 2. Par.10.7, לְהָעָם הַזֶּה. Prædicta duo ſcribũtur cũ א: ſed in libro Semuél ſcribũtur cum ה loco א, vt eſt 2. Semu.21.20. Significat autem גִּבּוֹר potentem, gigantem. Hæc R.D. in lib. rad. & cõment. Vnde & Tharghum, pro, iſte natus eſt לְהָרָפָה, habet לְגִבָּרָא potenti. Gene.14.5, & percuſſerunt אֶת־רְפָאִים gigãtes. Tharghũ, יַת־גִּבָּרַיָּא potentes, fortes. Appellantur ſic Hebraice, inquit R. Abrahám auenhezra in cõment. quòd illis qui videbant eos, emoriebatur cor, & reputabát ſe.è הָרְפָאִים mortuis. R. Selomóh, Deuter.2, ſcribit ſic appellatos, quòd hominum manus qui illos videbant, erãt מְרֻפּוֹת debiles, hoc eſt debilitabátur. Et ſic deducitur nomen

à רָפָה cum ה in fine. Tharghum vbique גִּבָּרִין, aut גִּבָּרַיָּא habet, potentes, & fortes. Psal. 88.11, num רְפָאִים mortui surgent? Tharghum, Num corpora quæ dissoluta sunt in terra, surgent? R. Selomóh, Num gentes, quorũ manus רָפוּ debilitatæ sunt à cultu tuo, & lege tua, surgẽt? Et sic deducit à רָפָה. R. Abrahã & R. Dauid, Num mortui surgent è sepulchris suis, & confitebũtur tibi? Prouer. 2.18, & ad רְפָאִים mortuos semitæ eius. R. Abrahám, ad mortuos, à רָפָה debilitando sic appellatos, quòd illorum debilitetur robur, iuxta illud Iiób 14.10, Et vir morietur, & debilitabitur. R. Leui, & ad mortuos adducent semitæ eius. R. Himmanuél, acsi dicat, Semitæ illius ad mortem ducunt homines. Et 9.18, & nescit quòd רְפָאִים mortui sunt ibi. Item 21.16, & in congregatione רְפָאִים mortuorum requiescet. Iiób 26.5, הָרְפָאִים יְחוֹלָלוּ semina mortua formabuntur sub aquis. R. D. in lib. ra. mortui &c. Vel, grana (inquit) seminis, quæ sunt sub terra tanquam mortui, & postea formabuntur. Et dixit, sub aquis .i. sub terra: quia sunt causa humoris terræ, ex quo germinant semina. R. Abrahám, Mortui .i. grana seminis, manebunt sub aquis. R. Leui, Grana seminis quæ sunt vt mortui, antequam serantur, & inuenitur in illis, quum sata fuerint, virtus (seu potẽtia) animæ. R. Moséh, ה est admirantis, pro, Num mortui qui sunt sub aquis, verbis tuis formabũtur? Et coniungitur cum eo quod dixit, Spiritus cuius egressus est à te? acsi dicat, Nec in vita, nec in morte verba tua alicui proderunt. Tharghum, Possibiléne est quòd potentes qui sunt formidini, conterantur, ipsis existentibus sub aquis? R. Abrahám Perusól, רְפָאִים sunt metalla auri, & argenti, coraliorũ, & gẽmarum quæ sunt vt רְפָאִים mortui. & יְחוֹלָלוּ est fient, generabuntur, creabuntur. Dicit

ergo, Ecce agnoui Dei opera, res mirabiles in mediis corporibus, magis quàm tu, quia vidi quód הָרְפָאִים res quæ ſunt veluti mortui(.i.inanimata) quarum eſſe eſt occultum in terra,& ſunt aliqua quæ inueniuntur ſub aquis,quæ homines inuenientes,ex illis capiunt emolumentū,vt ſunt mineralia,& metalla,quæ inueniuntur in viſceribus terræ. Nam quāuis ſint occulta ab aſpectu ſtellarum,tranſit tamen illuc influxus cæleſtis, & format,& generat illa,tametſi ſint ſub aquis:vt coralia,quæ generantur in profundo maris, & margaritæ. Ieſah.26.19, וָאָרֶץ רְפָאִים תַּפִּיל & terra mortuos proiiciet. R.D.in cōment. Et terra ex ſeſe mortuos proiiciet extra.Vel,& terram mortuos proiicere facies Deus. Vel, mortuos.i.impios &c.R.Selomóh,Et terram illorum quorum manus remiſſæ ſunt,ac debiles à lege tua,cadere facies.Di: erat enim ſuprà,Et non cadent habitatores orbis. Rurſus ait, Tu cadere facies eos: quia non eſt iuſtitiæ noſtræ vt cadere facias eos. R.Abrahám,ו in וָאָרֶץ eſt cū camés,vt indicet ה haiedihah:ponitur enim pro וְהָאָרֶץ,& ipſa terra cadere faciet הָרְפָאִים mortuos ex ſe:ſicut cadit abortiuus mulieris.Et ſunt qui exponūt, Tu ſolus viuificabis mortuos tuos, quia natura terræ eſt vt cadere faciat mortuos ſuos in medio ſui. Tharghū totū hunc verſum hoc modo vertit, Tu es qui viuificas mortuos:corpora cadauerū illorum tu ſuſcitas: viuent,& laudes canent coram te,qui fuerunt proiecti in puluerem : quia ros lucis ros tuus ſeruis legis tuæ. At impios quibus dediſti robur, & tranſgreſſi ſunt ſermonem tuum,gehennæ trades.

רָפַד Sternere.Iiob 41.20,יִרְפַּד חָרוּץ עֲלֵי־טִיט ſternet aurum ſuper lutum.R.Abrahám,Sternet,ſiue expandet,

pandet, extendet חָרוּץ rem ſcindentem(vt Iiób 14.5, ſi חֲרוּצִים præciſi ſunt dies eius)ſuper lutum,quod eſt infra abyſſum. R.Leui,Sternet חָרוּץ,& dormiet ſuper illud.חָרוּץ eſt res acuta ſcindens. R.Moſéh,Sternet חָרוּץ tribulam(traham)qua fruges teruntur. vt Ieſah.41.15, Vide חָרוּץ.Et dormiet ſuper illam,quemadmodum dormit quiſpiam ſuper ſtratum ſuum : quia ob duritiam carnis, ac cutis eius non ſentit acuta. R.Abrahám Peruſól,Sternet vi corporis ſui חָרוּץ rem acutam ſcindentem. Et in pihél,Iiób 17.13,in tenebris רִפַּדְתִּי יְצוּעָי ſtraui ſtratus meos. Cát.2.5, רַפְּדוּנִי roborate me malis quæ ſternatis coram me.R.Abrahám in cómen.In lingua Iſmahelitica eſt, roborate me . Et ſunt qui exponunt, Ponite ſtratum mala(.i.è malis facite mihi ſtratum)vt ſuprà Iiób 41,&c.Et eſt remotum in oculis meis.R.Selomóh, Sternite ſtratum meum in circuitu meo malis, ob odorem bonũ, ſecundum morem ægrotãtium: quia ſum ægrota illius amore. Et 3.10,רְפִידָתוֹ ſtratus(lectus)eius aureus.

רָפָה Lenẽ eſſe,Remiſſũ,negligentẽ,otioſũmq; eſſe, Deſinere,Declinare,recedere,Ceſſare.Iudi.19.9,ecce nunc רָפָה declinat dies.ita & Tharghum. R.D. in cómen.Remiſſus eſt dies.i.calor,& lux,atque robur ſolis, quæ ſunt in Meridie. R. Selomóh, Remiſſus eſt ſol,& declinat vt veſperaſcat.Et 8.3,tunc רָפְתָה remiſſus fuit ſpiritus(ſub.iræ)ipſorũ.i.furor & ira illorũ. vt Eccleſi.7.10,Ne ſis velox ſpiritu tuo ad iraſcẽdum. Irme. 49.24,רָפְתָה debilitata eſt Damméſec. R.Dauid,acſi dicat,Remiſſæ(laxatæ,debilitatæ)ſunt manus eius ad ſtãdum contra inimicos ſuos.Idem ferè R.Selomóh,Debilitatæ ſunt manus eius, vt pugnare nõ poſſint. Ieſa.

5.24, וַחֲשַׁשׁ לֶהָבָה יִרְפֶּה & quisquilias flamma debilitabit. Vel intrāsitiue, Et gluma debilitabitur flammâ. Vtroque modo exponit R.D. in lib. rad. priori modo in cōment. Intrāsitiue R. Abrahám: quo modo deficit ב, pro בְּלֶהָבָה, vt 2. Paralip. 34.30, omnia verba libri pacti, qui inuentus est בֵּית pro בְּבֵית in domo Domini. Exo. 4.26, וַיִּרֶף מִמֶּנּוּ & recessit ab eo. sub. angelus, inquit R. Selomóh. Est verbum masculeum, vnde non potest referri ad vxorem Moséh, sed ad angelum, de quo dictum est, Et occurrit ei Dominus, (.i. angelus,) & voluit occidere eum. Ab eo, id est à Moséh: quia recessit infirmitas & tremor. Iesa. 13.7, omnes manus תִּרְפֶּינָה debilitabuntur. Et in nifhál, Exod. 5.8, quia נִרְפִּים vacantes sunt. i. vacant, otiosi sunt, & negligentes. Et in pihél, Iiób 12. 21, וּמְזִיחַ אֲפִיקִים רִפָּה & cingulum fortiū debilitauit. pro, debilitat. R. Leui in cōment. Et fortitudinem fortium debilitauit. Vel, & cingulum fortium dissoluit. Irme. 38.4, מְרַפֵּא אֶת־יְדֵי אַנְשֵׁי debilitat (dissoluit) manus virorū belli. Est cum א vice ה. Et in hifhíl, Hezræ 4.4, מְרַפִּים יְדֵי debilitabant (dissoluebant) manus populi Iehudáh. Iudi. 11.37, הַרְפֵּה מִמֶּנִּי שְׁנַיִם חֳדָשִׁים dimitte me duobus mē sibus. Vel, desine (cessa) à me (ne scilicet immoles me) duobus mensibus. Vel vt Tharghú, Dimitte (aut relinque) mihi duos menses. 1. Semu. 15.16, הֶרֶף sine, & indicabo tibi. Cant. 3.4, tenui eum, & non אַרְפֶּנּוּ dimittam eum. Et in hithpahál, Prouer. 24.10, si הִתְרַפִּיתָ remissus (negligens) fueris in die angustiæ, angusta erit fortitudo tua. vel substantia tua. R. Leui in cōment. Si remissus & negligens fueris vt non des operá vt par est, in acquisitione sapiētiæ: quum venerit dies angustiæ, tūc fortitudo tua erit angusta, (arcta,) ita vt nō stes in angustia ipsa. R. Abra. Si remissus fueris in die āgustiæ

R.Ionáh & R. Iehudáh adducunt in hac radice, לְשׁוֹבֵב שָׂדֵינוּ יְחַלֵּק restitui agros nostros diuidet. i. quos sperabamus restitui nobis, agros nostros hostis diuidet. pro diuisit sibi: est ex radice שׁוּב, inquit R.D. in cóment. Et in lib. rad. in ipsa radice שׁוּב exponit, vt reddant agros nostros nobis, quos diuiserant sibi. Et secundum R. Ioséph est ex hac radice illud Iesa. 66.15, & sicut turbo currus eius, לְהָשִׁיב בְּחֵמָה אַפּוֹ vt succendat in ira furorē suum. Et est sicut illud 1. Paralip. 12.23, הָסֵב à לְהָסֵב: quia seri & chiric sunt propinqua.

שׁבה Captiuum ducere. Irme. 41.14, quem שָׁבָה captiuum duxerat. 2. Reg. 6.22, quos שָׁבִיתָ captiuos duxisti. Iesa. 14.2, שֹׁבִים לְשֹׁבֵיהֶם capientes eos qui ceperant eos. Vel, captiuos ducentes eos qui captiuos duxerant eos. Psal. 137.3, שׁוֹבֵינוּ qui captiuos duxerunt nos. Hobadiáh 11, In die שְׁבוֹת זָרִים חֵילוֹ qua captiuum ducebant alieni exercitum eius. Iudic. 5.12, וּשֲׁבֵה שֶׁבְיְךָ & captiuam duc captiuitatem tuam. Nume. 21.1, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי & captiuam duxit ex eo captiuitatem. Et in nifhál, Gen. 14.14, quòd נִשְׁבָּה captiuus ductus esset. Nomen, שִׁבְיָה, Captiuitas. 2. Paralip. 28.5, שִׁבְיָה גְדוֹלָה captiuitatem magnā. Deut. 21.11, בַּשִּׁבְיָה in captiuitate. Toar fœmineum, Iesah. 52.2, שְׁבִיָּה captiua filia Siión. Masculeum eius שָׁבִי, Captiuus, instar עָנִי, cuius fœmineū est עֲנִיָּה. Nomen, שְׁבִי, Captiuitas. Iesah. 49.24, שְׁבִי captiuitas iusti. Iesah. 52.2, surge שְׁבִי captiuitas Ierusaláim. ita R. Dauid in lib. rad. & in comment. Tharghum habet, תִּיבִי sede, deducens à יָשַׁב sedere, Et sic R. Selomóh. R. Abrahám, Dixit, sede: quia iacebat in puluere. Irme. 15.2, לַשְּׁבִי לַשֶּׁבִי in captiuitatem, in captiuitatem. Alia forma, שְׁבוּת, Captiuitas. Irme. 30.3, & conuertam

uertam אֶת־שְׁבוּת captiuitatem populi mei. Deuter.30.
3, & conuertet Dominus Deus אֶת־שְׁבוּתְךָ captiuitatem
tuam. Irme.29.14, אֶת־שְׁבִיתְכֶם captiuitatem vestrā. Scri-
bitur cum י, & legitur cum ו, & sic Thren.2.14, שְׁבִיתֵךְ.

Et nomen lapidis pretiosi, Exod.28.19, שְׁבוֹ achates.
Tharghum, טַרְקְיָא, Harabice אל סבג.

שָׁבַח Laudare, Compescere, mitigare. In pihél, Ecclesi.8.15, וְשִׁבַּחְתִּי & laudabo. Psal.147.12, שַׁבְּחִי יְרוּשָׁלַיִם אֶת־יְהוָה lauda Ierusaláim Dominum. Et 145.4, יְשַׁבַּח מַעֲשֶׂיךָ laudabit opera tua. Prouer.29.11, sapiens in posterum יְשַׁבְּחֶנָּה compescet (quiescere faciet, mitigabit) illum. Psal. 63.4, labia mea יְשַׁבְּחוּנְךָ laudabunt te.

Et in hifhíl, Psal.65.8, מַשְׁבִּיחַ שְׁאוֹן יַמִּים qui compescit sonitū mariū. Et in hithpahál, Psa.106.47 לְהִשְׁתַּבֵּחַ vt lauderis. Tóar, quod pro præsenti capitur, aut præterito, Eccle.4.2, וְשַׁבֵּחַ אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים laudaui ego mortuos.

שֵׁבֶט Cū quinque pūctis, Virga, baculus, sceptrū, Regnū, dominiū, Telum, Calamus, Tribus. Gen. 49.10, non remouebitur שֵׁבֶט sceptrum de Iehudáh .i. dux, dominator, rex: sic appellatus, quòd manu sceptrū aut virgā gestare soleat. Tharghū, שׁוּלְטָן dominiū. potestas. Nūe.24.17, & surget שֵׁבֶט virga de Israél. Tharghū, Et dominabitur CHRISTVS de Israél. R. Selomóh, Et surget virga .i. rex qui dominetur. Iesah.10.4, væ Assúr שֵׁבֶט virga furoris mei. Tharghū, Assúr שׁוּלְטָן potestas. R.D. in cōment. O Assúr virga furoris mei. Vocat ipsum vt veniat ad terram Israél vt prædetur: & vocat ipsum virgam, quia per ipsum corrigebat Israél. Deut. 18.1, omni שֵׁבֶט tribui (aut familiæ) Leui. Iudic.5.14, trahentes בְּשֵׁבֶט calamo scribæ. aut calamum scribæ. 2.Semu.18.14, & tulit tria שְׁבָטִים tela in manu sua, & fixit il

108

la in corde Absalóm. Erant enim veluti lanceæ, sed tenuiores, cum ferro in summitate, inquit R.D. in comment. Iehos. 12.7, לְשִׁבְטֵי tribubus Israël. Psalm. 105.37, בִּשְׁבָטָיו in tribubus eius.

שׂבך Densare, Plectere. Vnde שְׂבָךְ, Densitas. 2. Sem. 18.9, subter שׂוֹבֶךְ dẽsitatẽ quercus. Et שְׂבָכָה, Retiaculũ. 1. Reg. 7.17, שְׂבָכִים מַעֲשֵׂה שְׂבָכָה retiacula opere retis. Et 41, וְהַשְּׂבָכוֹת & retiacula duo. Vide סְבַךְ.

שבל Vnde שְׁבִיל, Semita. Psal. 77.20, וּשְׁבִילְךָ & semita tua (vel semitæ tuæ) in aquis multis. Scribitur cum י, & legitur sine י. Irme. 18.15, שְׁבִילֵי semitæ seculi. Inde שֹׁבֶל, quod est הָרֶגֶל Pes: aut הַשּׁוֹק Crus, aut coxa. Iesah. 47.2, discooperi שֹׁבֶל pedem. aut coxam. R. Selomóh, viam, aut coxam. R. Moséh, pilum descendentem super maxillas, sic denominatũ à שִׁבֹּלֶת alueo fluminis. Alibi non inuenitur, idcirco exponitur secundũ locum suum, inquit R. Abrahám. In Midrás exponitur alueum fluminis. Et שִׁבֹּלֶת, Spica, Alueus fluminis, aut Inundatio aquarũ, & locus per quem cum impetu defluũt aquæ. Idcirco scriptum est Iudic. 12.6, Dic quæso שִׁבֹּלֶת. Et dixit, סִבֹּלֶת. eo quòd locus ipse inundabat aquis: quia destuebant illic aquæ cũ impetu, & probabant illum ex re præsenti. Psal. 69.15, ne inundet me שִׁבֹּלֶת alueus aquarum. Iiób 24.24, & sicut summitas שִׁבֹּלֶת spicæ succidentur. Gene. 41.5, שֶׁבַע שִׁבֳּלִים עֹלוֹת septem spicæ ascendebant. Et geminato ל, שַׁבְּלוּל, Limax. Psal. 58.9, sicut שַׁבְּלוּל limax quæ liquefit ibunt.

שבץ Vnde שְׁבָצִים, Vestis facta opere תַּשְׁבֵּץ phrygionico, seu acu picto, plena oculis. vel est genus ornamenti. Iesa. 3.18, וְהַשְּׁבִיסִים & vestes phrygionicas oculatas. Sunt qui exponunt vittas instar retis.

שֶׁבַע Fœmineũ,Septem,ſepties,Multi,plures, Multoties.Gene.5.7,שֶׁבַע שָׁנִים ſeptem annos.Ieſah.4.1, & apprehēdent שֶׁבַע ſeptem mulieres virum vnú.i. multæ,ſecũdum R.Abrahám & R.D.in cóment. Pſal. 119.164, שֶׁבַע ſepties(.i.multoties) in die láudaui te. R. Abrahám & R.D. Et ſic Prouer.24.16, שֶׁבַע ſepties(.i. multoties)cadet iuſtus. Maſculeũ,שִׁבְעָה, Septem,ſeptimus,Septenus,Septies. Geneſ.7.2, capies tibi שִׁבְעָה שִׁבְעָה ſeptena,ſeptena. 1.Sem.2.5, ſterilis peperit שִׁבְעָה ſeptem.i.multos, inquit R.D.in cóment. Geneſ.7.11, בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם ſeptimodecimo die menſis. Zechar.3.9, ſuper lapidem vnum שִׁבְעָה עֵינָיִם ſeptem oculi.i. multi oculi, hoc eſt cuſtodiæ multæ . Et cum נ redundante, Iiób 42.13, שִׁבְעָנָה בָנִים ſeptem filii. Eſt & שִׁבְעַת,Vnde illud 2.Semu.21.9, & ceciderunt שְׁבַעְתָּים ſeptem ipſi pariter.Non enim poteſt eſſe à שִׁבְעָה,quia eſſet שִׁבְעָתָם,ſicut à שִׁפְחָה fit שִׁפְחָתָם,inquit R.D.in Michlól. Et ſcribitur cum י,& legitur ſine י,שִׁבְעָתָם. Tóar,שְׁבִיעִי,Septimus. Geneſ.2.2,die הַשְּׁבִיעִי ſeptima, Iudic.14.15, & fuit, die הַשְּׁבִיעִי ſeptima,dixerunt ad vxorē Simſón &c.Non dicit , die ſeptima conuiuii , ſed die ſabbati , quæ erat quarta dierum conuiuii. Et dixit verſu 17,Et fleuit ſuper eum ſeptem diebus.i. vſque ad finem ſeptem dierum.1.Paralip.2.15,Dauid הַשְּׁבִיעִי ſeptimus. Non eſt ſicut הַשְּׁמִינִי octauus,vt ſcripſit R.Ionáh:quanuis in enumerando,Semuél dixerit(1.Semu.16.10,) Et tranſire fecit Iſái ſeptem filios ſuos ante Semuél.Et dixit Semuél ad Iſai,Non elegit Dominus iſtos &c. ex quibus videtur quòd Iſái ſeptem habebat filios præter Dauid. Potuit enim habere alium filium ex altera vxore,ſed fratres Dauid ex matre eius, non erāt niſi ſepté ipſo com

putato. Fœmineũ,Exod.21.2,וּבַשְּׁבִעִת & septimo.sub. anno.Caret י.Et 23.11,וְהַשְּׁבִיעִת & septimo. Duale,Prou. 6.29, & inuentus reddet שִׁבְעָתַיִם septuplum. Si furatus fuerit bouem & pecus, reddet septem præter capitale. acsi dicat,Reddet duplum: & si fuerit pauper,omnem substantiam domus suæ dabit,& liberabitur:Sed adulter perdit animá suam, & non eruet se substantia sua. R.Abrahám in cóment.exponit,septies tantum.Et sic 2.Sem.12.6, & agnam reddet אַרְבַּעְתָּיִם quadruplam,secundum illud,Et quatuor pecudes pro pecude.R.Leui in cóment.Et septuplum.i.pro vno septem. Et est sensus, Si inuentus fuerit fur in domo patroni rei furatæ, vt dimittat eum componet,& conueniet cũ illo quòd dabit pro vno septem,& totam substantiã domus suæ. Gen.4.15,omnis qui occiderit Cáin,שִׁבְעָתַיִם septuplum vindicabitur.i.vltiones multas capient de illo qui occiderit eum,& non præcise tantũ septuplum. sic enim mos est Scripturæ vt numerus determinatus capiatur pro indeterminato. R.Selomóh exponit,Nolo vlcisci de Cáin,nisi in fine septem generationũ:ego vlciscẽdo vlciscar de illo : quia stabit Lémech de filiis filiorũ ei⁹, & occîdet eũ.Et finis Scripturæ est vt dicat, שִׁבְעָתַיִם vindicabitur.Et est vltio Hébel de Cáin:in quo docet nos, principium Scripturæ esse sermonem increpatorium, ne esset creatura quæ illum læderet.Et est sicut illud 2. Semu.5.8,Omnis qui percusserit Iebusæum, & tetigerit fistulam &c. vbi non exposuit quid faceret illi, sed Scriptura innuit quòd faceret illum ducem , quanuis Scriptura sit abbreuiata: vt in lib.Paralip.exposuit,dicendo,Erit dux,& princeps.Tharghum,Omnis qui occiderit Cáin, septima generatione vindicabitur(fiet vl

tio)de illo.Idem R.Abrahám,Vſque ad ſeptimã generatione:quia hæc dictio nõ ſignificat quatuordecim.Et teſtis eſt illud Ieſa.30.26,Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit שִׁבְעָתַיִם ſepties(clarior.)quod mox exponit dicẽs,ſicut lux ſeptẽ dierũ. Vindicabitur.i.capietur vltio eius.Dominus enim prolongauit irã ſuam cõtra Cáin vſque ad ſeptẽ generationes.Et ne mireriſ eũ vixiſſe vſque ad hos annos.nam Seth eius frater vixit cũ Nóach annos multos. Eſt etiam rectum quòd vocauerit ſemen Cáin nomine patris ſui,ſicut Iſraél. Plurale,שִׁבְעִים,Septuaginta,eſt cõmunis generis. Gene.5.12, Et vixit Chenán שִׁבְעִים שָׁנָה ſeptuaginta annos. Alia forma,שָׁבוּעַ,Hebdomada. Dani.9.27,שָׁבוּעַ אֶחָד hebdomada vna. Gene.29.27,comple שְׁבֻעַ זֹאת hebdomadam huius.Dani.9.24,שָׁבֻעִים hebdomadæ ſeptuaginta. Fœmineum, Deut.16.9,ſeptem שָׁבֻעוֹת hebdomadas.Et 16, & in ſolẽnitate הַשָּׁבֻעוֹת hebdomadarũ. Et ש cum ſeuá, Irme. 5.24, שְׁבֻעוֹת hebdomadas præceptorũ meſſis cuſtodiet nobis . ne ſcilicet pluat : quia in diebus meſſis non eſt tempus pluuiæ. Sunt qui exponunt, iuramẽta meſſis,id eſt illud quod dixit Gene.8.22,Adhuc omnibus diebus terræ, ſementis & meſſis, & frigus & æſtus, & æſtas & hyems,& dies & nox non ceſſabunt.Iechez. 45.21,ſolennitas שָׁבֻעוֹת יָמִים hebdomadæ dierum,infermentata comedentur . quod eſt ſicut ſolennitas שִׁבְעַת יָמִים ſeptem dierũ:quia non eſt ſolennitas infermẽtatorum niſi ſeptem dierũ: non fuerũt, neque futuri ſunt, inquit R.D.in lib.rad.& cõment. Eſt enim chólem ſicut pathách:& ſic habet Tharghum,ſeptem dierum.& ſic eodẽ capite,7,לְעֻמּוֹת pro לְעֻמַּת. Num.28.26,בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם in hebdomadis veſtris. Inde verbum in nifhál,Ge-

nes.24.7,& qui נִשְׁבַּע־לִי iurauit mihi. Irme.4.2, וְנִשְׁבַּעְתָּ & iurabis. Zechar.5.3,הַנִּשְׁבָּע iurans. Irme.7.9, וְהִשָּׁבֵעַ & iurando mendaciter.Gene.21.23,הִשָּׁבְעָה לִּי iura mihi. Iesah.65.16,יִשָּׁבַע iurabit per Deum. Et in hifhil,Exod. 13.19, הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ אֶת־בְּנֵי adiurádo adiurauit filios Israél &c.Cát.5.9,quia sic הִשְׁבַּעְתָּנוּ adiurasti nos.ponitur pro הִשְׁבַּעְתָּנוּ,inquit R.D.in Michlól. Prima enim & secunda persona præteriti cum pronomine æquátur. 1.Reg. 22.16,מַשְׁבִּיעֶךָ adiuro te.1.Semu.14.27,בְּהַשְׁבִּיעַ quum adiurauit.Gene.24.3,וְאַשְׁבִּיעֲךָ & adiurabo te. Tóar,שָׁבוּעַ. quanquam sunt qui putant esse participium ex cal:sed prius est rectum,quia nõ inuenitur verbũ istud in cal. Iechez.21.23,שִׁבְעֵי שְׁבֻעוֹת iurati iuramentorũ. aut,iurantes iuramenta. Et est simile illi שְׁכוּנֵי, de quo in שָׁכַן.

Nomen,שְׁבוּעָה,Iuramentum,iusiurandum. Nume. 5.21,וְלִשְׁבֻעָה & in iusiurandum.Zecha.8.17,וּשְׁבֻעַת שֶׁקֶר & iuramentum mẽdacii.Chabbac.3.9, שְׁבֻעוֹת iuramenta tribuum.i. quæ iurasti tribubus. Idem R.Selomóh in cóment. Et sunt qui exponunt, iuramenta fulgurum, quòd fulgura sint veluti sagittæ, & virgæ, aut baculi: acsi dicat,Iurauerunt stabilire sermonem tuum.Et est expositio R.Abrahám in comment. Iuramenta fulgurum,acsi fulgura(quæ sunt vt sagittæ) iurassent stabilire sermonem tuum.

שָׂבַע Cum puncto in sinistro cornu,Saturare,satiare,explere.Deut.31.20,Et comedet,וְשָׂבַע & saturabitur.saturabit se. Chab.2.16,שָׂבַעְתָּ קָלוֹן saturus fuisti ignominia.Iesah.9.20, Et non שָׂבֵעוּ saturi fuerunt. Exod.16.8,לִשְׂבֹּעַ vt saturi sitis.Prouer.20.13,שְׂבַע־לָחֶם satia te pane.Psal.17.15,אֶשְׂבְּעָה satiabor &c.Eccles.5.9,nõ יִשְׂבַּע כֶּסֶף saturabitur argento.Est breue præter normã.

Prou.25.17,Ne forte יִשְׂבָּעֲךָ satur sit tui, & odio habeat te. Et 1.31,suísque consiliis יִשְׂבָּעוּ saturabuntur. Et 27.20, non תִשְׂבַּעְנָה saturabuntur. ב cum pathách præter normam. Et in pihél, Psa.90.14, שַׂבְּעֵנוּ satura nos. Ieche. 7.19, נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ animã suam non saturabunt. Et in hifhil, Psal.107.9, הִשְׂבִּיעַ נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה satiauit animam inanem. Thren.3.14, הִשְׂבִּיעַנִי saturauit me amaritudinibus. Psal.145.16, וּמַשְׂבִּיעַ לְכָל־חַי רָצוֹן & saturas omnem bestiã beneplacito. Iiób 38.27, לְהַשְׂבִּיעַ שֹׁאָה vt satiet solitudinem. Psal.91.15, Longitudine dierũ אַשְׂבִּיעֵהוּ saturabo eum. Tóar, שָׂבֵעַ, Saturus. Gene.25.8, Senex, וְשָׂבֵעַ & saturus. scilicet diebus. Iiób 10.15, שְׂבַע קָלוֹן saturus ignominia. 1.Semu.2.5, שְׂבֵעִים saturi. Prouerb.27.7, Anima שְׂבֵעָה saturata. Nomen, שִׂבְעָה, Saturitas. Ieche.16.49, שִׂבְעַת־לֶחֶם saturitas panis. Alia forma, שָׂבָע, Saturitas, Abundantia, Copia. Gene.41.29, septem anni veniunt שָׂבָע גָּדוֹל saturitatis (aut abundantiæ) magnæ. Prouerb. 3.10, Et implebuntur horrea tua שָׂבָע saturitate. Alia forma, Psal.16.11. שֹׂבַע saturitas lætitiarum. Deuter.23. 24, שָׂבְעֲךָ ad saturitatem tuam. Alia item, Iesa.56.11, Ignorauerunt שָׂבְעָה saturitatem. Iechez.16. 28, absque שָׂבְעָתֵךְ saturitate tua.

שִׁבֵּץ In pihél, Facere opere phrygionico aliquid, intertextis velut ocellis, secundũ R.Sahadiáh. R. Selo. deducit verbũ à מִשְׁבְּצוֹת sedibus, siue palis annuli. Exo.28.39, וְשִׁבַּצְתָּ הַכְּתֹנֶת שֵׁשׁ & ocellabis tunicã byssi. R. Selomóh in cõment. exponit, Et facies (pro fac) tunicã מִשְׁבְּצוֹת מִשְׁבְּצוֹת palas palas. i. plenam palis, aut sedibus prædictis annuli. R.Sahadiáh, תְּעַיֵּן ocellabis. Secundũ R.Abrahám in cõment. erat instar figuræ monetæ quadratæ factæ in medio circuli. Et 20, מְשֻׁבָּצִים intertexti

auro erunt in plenitudinibus ſuis. Tharghum, מְרַמְּצָן בִּדְהַב inclusi auro &c. Exponit R.Selomóh, Erunt ordines in plenitudinibus ſuis circundati palis aureis ſecundū profunditatem menſuræ, vt impleantur ſecundum craſſitiē lapidis. Et hoc eſt, in plenitudinibus ſuis .i. ſecundum menſurā plenitudinis craſſitiei lapidum, erit profunditas palarū, neque plus, neque minus. Et 11, circūdatos מִשְׁבְּצוֹת palis aureis facies eos. quia faciebat artifex ſedem lapidis in auro (inquit R. Selomóh in cōment.) inſtar foueæ ad menſurā lapidis. Et à profunditate in ſedibus, inueniebantur ſedes circundantes lapidē in circuitu: & coniungebat ſedes in ephód. Pſa.45.14, מִמִּשְׁבְּצוֹת palis aureis induta.i.lapidibus pretioſis, vt ſit continens pro contento, per metonymiā. Poteſt etiā exponi, veſtibus ocellatis. Exo.28.4, & palliū וּכְתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ & tunicā ocellatā. Nomē, שָׁבָץ, Anguſtia, Tremor, Tunica phrygionica. 2.Semu.1.9, tenuit me הַשָּׁבָץ anguſtia. R. Ionáh, conſideratio: quòd circundarent eū prœliatores, & ab illis nó poſſet euadere. Sūt qui exponūt, iniquitas (.i. pœna iniquitatis) הַשָּׁבָץ, id eſt ſacerdotum Domini, quos interfecerat, qui vtebantur הַשָּׁבָץ tunica ocellata. Et ita exponitur in Midrás. R.D. in cōm. eſt genus infirmitatis quæ forte accidit homini ob venenum percuſſionis gladii. Quidā exponūt equitem indutū תַּשְׁבֵּץ tunica ocellata: pro, tenent me equites induti tunica ocellata. Dictū eſt enim paulo ſuprà, Et ecce currus, & equites appropinquabant illi. R. Leui in comment. quia retinet me veſtis qua indutus ſum, ne gladius ſuper quē incúbo, poſſit me trāſuerberare.

שׁבר Frangere, Confringere, Cōterere, Emere, Statuere. Ieſah.14.5, שָׁבַר יְהוָה מַטֵּה, contriuit Dominus

nus virgam impiorũ.Irme.28.13,שִׁבַּרְתָּ, confregisti.ב cũ pathách præter normam.Irme.49.35,שֹׁבֵר אֶת־קֶשֶׁת con-tero arcum.Gene.47.14,pro alimento quod ipsi שֹׁבְרִים emebant.Psal.147.3, qui sanat לִשְׁבוּרֵי לֵב contritos corde.Genes.19.8,לִשְׁבֹּר הַדָּלֶת vt frangerent ostium. Et 41. 57, לִשְׁבֹּר אֶל־יוֹסֵף vt emerent à Ioséph. Et sic אֶל est loco מִן.Vel series est, Et omnis terra venerunt in AEgyptũ vt emerent, ad Ioséph. i. venerunt ad Ioseph, vt emerent.Vtroque modo exponit R.D. in lib.ra.Priori, R. Selomóh:altero R.Abrahám in comment.& sic est hy pallage.Psal.10.15,שְׁבֹר contere. Iesah.55.1,שִׁבְרוּ emite. Irm.28.4,אֶשְׁבֹּר אֶת־עֹל conteram iugũ.Iiób 38.10, וָאֶשְׁבֹּר & statui illi decretum meũ vt non trãsgrediatur illud. Acsi dicat,Et pepigi cum illo pactũ,& statui &c. & dicitur שָׁבַר in hac significatione pacti,vt כָּרַת in significa tione בְּרִית fœderis. R.Abrahám,Cõtriui vim eius præcepto meo.R.Leui vt R.D. Psal.104.11,יִשְׁבְּרוּ, conterẽt (frangent) onagri sitim suam. Exod.12.46, Et os non תִשְׁבְּרוּ־בוֹ confringetis in eo.aut,ex eo,ב pro מִן. Et in nifhál, Iesah.14.29, נִשְׁבַּר fracta est virga. Iechez. 6.9, נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם cõtritus sum propter cor eorũ fornicãs. Non est verbũ actiuum transitiuũ,sed intransitiuũ,aut passiuum,secundũ R.D.Vnde in cõmen.exponit,Con tritus sum à corde illorum fornicãte, iuxta illud Genes.6.6,Et doluit in corde suo.1.Reg.22.49,נִשְׁבְּרָה con tritæ sunt naues.Scribitur cũ ה,& legitur sine ה.Potest enim legi נִשְׁבְּרָה fracta est naues.i.vnaquæque è nauibus.forsan enim nõ fuerũt fractæ vno itinere,sed fracta est vnaquæque seorsum.Tharghũ,fractæ sunt.Psa. 34.21,Vnum ex his non נִשְׁבָּרָה fractum est.Est præteritum,quia est longũ:sed Psal.51.19, Spiritus נִשְׁבָּרָה con-

tritus:eſt participiũ,quia eſt breue.Zecha.11.16,וְהַנִּשְׁבֶּרֶת & confractam non ſanabit. Ieſah. 61. 1, Vt alligarem לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב contritos corde.Ionáh 1.4, Et nauis putabat לְהִשָּׁבֵר frangi .i. nautæ putabant nauem frangi. ſicut Gene.41.56,Et omnis terra venit in AEgyptum.i. homines terræ,vt habes in Macór cal. Leuit. 6.28, Et vas &c. יִשָּׁבֵר conteretur. Pſal.34.15,Et arcus eorum תִּשָּׁבַרְנָה conterentur. ב cũ pathách præter normam:& ſic verſu 17,תִּשָּׁבַרְנָה confringentur. Et in pihél, Exo.9.25,וְאֶת־כָּל־עֵץ הַשָּׂדֶה שִׁבֵּר & omnem arboré agri cõtriuit. 1.Reg. 19.11,וּמְשַׁבֵּר סְלָעִים & conterens petras. Exod.23.24, וְשַׁבֵּר תְּשַׁבֵּר & confrigendo confringes. Et in hifhíl,Prouer. 11.26,Et benedictio capiti מַשְׁבִּיר vendentis. Ieſah.66.9, Nónne ego אַשְׁבִּיר adducam(ſub.mulierem) ad matricem,& parere faciã? fit verbum à מַשְׁבֵּר Vulua. Hamós 8.6, Et quiſquilias frumenti נַשְׁבִּיר vendemus. Et in hofhál, Irme.8.21, הָשְׁבָּרְתִּי contritus ſum. aut conteri iuſſus ſum. Nomen,שֵׁבֶר cum quinque punctis. Hamós 6.6,Super שֵׁבֶר contritione Ioſéph. Prouer. 17.19, quærit שֶׁבֶר contritionem. Et cũ ſex punctis,Gene.42, 1,quòd eſſet שֶׁבֶר eſca in AEgypto. Thren.4.10,בְּשֶׁבֶר in contritione.Et 3.47,וְהַשָּׁבֶר & contritio. Gene.44.2, Et argentum שִׁבְרוֹ eſcæ ſuæ. Iudic.7.15,Quũ audiſſet narrationem ſomnii וְאֶת־שִׁבְרוֹ & interpretationem eius. Iehoſ.7.5,vſque ad הַשְּׁבָרִים Sebarim.i.contritiones.Nomen eſt loci,ſic appellati,quòd ibi fuerint cõtriti. Iiób 41.16,מִשְּׁבָרִים cõtritionibus purgabuntur.i.p[illegible] cõtritionũ eius remouebitur peccatũ illorum. Alia forma, Irm.17.18,Et duplici שִׁבָּרוֹן contritione cõtere eos.

Et Vulua ſeu Matrix appellatur מַשְׁבֵּר,propter fractu ram mulieris,& dolores eius. 2. Reg.19.3, Quia vene-

runt filii vſque ad מַשְׁבֵּר vuluam. Et per tranſlationem dicuntur Fluctus maris מִשְׁבָּרִים, eo quod ſeſe conterant, quibus & dolores comparantur. Ionáh 2.4, Omnes מִשְׁבָּרֶיךָ contritiones tuæ, (quod exponens ait,) & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Dum confringuntur fluctus maris illo æſtuante, & irato, dicũtur מִשְׁבָּרִים, inquit R.D. in lib. rad. & comment. Et per tranſlationẽ, 2.Semu.22.5, Quoniam circundederunt me מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת fluctus mortis. i. dolores: & ita eſt Pſal.18.5, Circundederunt me חֶבְלֵי־מָוֶת dolores mortis.

שָׂבַר Cum puncto in ſiniſtro cornu, Expectare, ſperare, Putare, opinari, arbitrari, Cogitare, conſiderare. Nechem.2.15, Et eram שֹׂבֵר בַּחוֹמָה conſiderans murũ. Vnde & apud Hebræos, Conſideratio, & opinio dicitur סְבָרָא aut שְׂבָרָא. Et in pihél, Pſal.119.166, שִׂבַּרְתִּי לִישׁוּעָתְךָ expectaui ſalutem tuã Domine. Eſtér 9.1, in die qua שִׂבְּרוּ arbitrabantur. putabant, opinabantur. R.Abrahám, expectabant, ſperabant. Ieſa.38.17, Non יְשַׂבְּרוּ expectabunt. Pſal.145.15, Oculi omnium אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּ te expectant. in te ſperant. Nomẽ, שֶׂבֶר, Expectatio, ſpes. Pſal.146.5, שִׂבְרוֹ ſpes eius.

שָׁבַת Ceſſare, deſinere, quieſcere. Gene.2.3, Quia in ipſo שָׁבַת ceſſauit ab omni opere ſuo. Vel requieuit. & ita habet Tharghum, נָח. Ieſah.14.5, שָׁבַת ceſſauit exactor. Hoſe.7.4, יִשְׁבּוֹת ceſſabit à ciuitate. i. eſſe ciuitas. Gene.8.22, Et dies, & nox non יִשְׁבֹּתוּ ceſſabunt.

Et in nifhál, Ieſah.17.3, וְנִשְׁבַּת & ceſſabit munitio ab Ephráim. Et in hifhíl, Pſal.119.119, סִיגִים הִשְׁבַּתָּ (vt) ſcorias ceſſare feciſti omnes impios terræ. In סִיגִים deficit כ ſimilitudinis, inquit R.Abrahám. Ieſah.13.11, וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן זֵדִים & ceſſare faciam ſuperbiam ſuperborũ. Irme.

16.9,מַשְׁבִּית ceſſare facio.Pſal.8.3, לְהַשְׁבִּית אוֹיֵב vt ceſſare facias inimicū.Ieſah.30.11,הַשְׁבִּיתוּ ceſſare facite.2.Reg. 23.11,וַיַּשְׁבֵּת & ceſſare faciet equos. Nomen,שַׁבָּת, Sabbatum, Requies,ceſſatio,hebdomada.inuenitur vtroque genere.Leu.25.6,וְהָיְתָה שַׁבַּת & erit ſabbatum(.i.requies)terræ. Ieſah.56.2, Cuſtodiens שַׁבָּת מֵחַלְּלוֹ ſabbatū ne polluat illud.Leu.23.15,שֶׁבַע שַׁבָּתוֹת ſeptem ſabbata.i. hebdomadas dierū. Alia forma,Exo.16.23,שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת־קֹדֶשׁ requies ſabbati ſancti. Alia item, cū ſex punctis, Prouerb.20.3, שֶׁבֶת quies à lite.Exo.21.19,Tantum שִׁבְתּוֹ ceſſationem eius dabit. Alia præterea. Ieſa.30.7,fortitudo eorū שֶׁבֶת ceſſatio. Alia poſtremo,מִשְׁבָּת.Thre. 1.7,Deriſerunt מִשְׁבַּתֶּהָ ceſſationes(requies)eius.

שָׁגַג Ignorare,aut ignoranter errare.Leuit.5.18,Super שִׁגְגָתוֹ אֲשֶׁר־שָׁגָג errore eius quo errauit. aut pro ignorantia ſua qua ignorauit, hoc eſt pro peccato ſuæ ignorãtiæ. Pſal.119.67, Antequã humilier ego שֹׁגֵג erro. aut ignoranter pecco. Nume. 15. 24, factum eſt לִשְׁגָגָה per errorē. Alia forma,Iiób 19.4,Mecum morabitur מְשׁוּגָתִי error meus.aut ignorantia mea.Et hanách eſt loco literæ geminandæ.

שָׂגָא In hifhíl, Multiplicare, augere,magnificare. Iiób 12.23,מַשְׂגִּיא לַגּוֹיִם multiplicat gentes.Et 36. 26,Deus שַׂגִּיא magnus. habet pūctū in ſiniſtro cornu.

שָׂגַב Eſt רָמַם, Exaltare, eleuare, Effugere. Iiób 5.11, שָׂגְבוּ יֶשַׁע exaltati ſunt ad ſalutem.Deuter.2.37, adeo vt non fuerit ciuitas quæ שָׂגְבָה effugerit à nobis.

Et in nifhál, Ieſah.12.4, נִשְׂגָּב exaltatum eſt nomen eius.Et 26.5,Ciuitatē נִשְׂגָּבָה exaltatam humiliauit. Et in pihél,Pſal.91.13,אֲשַׂגְּבֵהוּ exaltabo illū. Ieſa.9.11, וַיְשַׂגֵּב יְהוָה אֶת־צָרֵי רְצִין & exaltabit Dominus hoſtes Reſin. Et in hifhíl,Iiób 36.22,Ecce Deus יַשְׂגִּיב exaltabit.aut exal

tare faciet.i.eruet.R.Abra.exaltabit,ſub.te. Et in puhál, Prou.29.25,יְשֻׂגָּב exaltabitur. Nomé,מִשְׂגָּב, Exaltatio,eleuatio,Refugium.i.locus eleuatus.Ieſah.25.12, מִשְׂגַּב eleuationem murorū.Pſal.9.10,Et erit Dominus מִשְׂגָּב exaltatio.Et 46.8,מִשְׂגָּב לָנוּ exaltatio nobis Deus. Irme.48.1, Pudore ſuffuſa eſt quæ eſt in הַמִּשְׂגָּב exaltatione.i.quæ ſita eſt in excelſo.locutio abbreuiata:nam verbū eſt fœmineum,& nomen maſculeū:idcirco non bene cohærent niſi aliquid ſubaudiatur. Vel dic quòd eſt nomen vrbis ſecundum R.D. in cōment.i. ciuitas Miſgáb.Pſal.94.22,Et fuit mihi Dominus לְמִשְׂגָּב in refugium.aut exaltationem.

שָׁגָה Errare,Ignorare, & per ignorantiam peccare. Iiób 6.24,וּמַה־שָּׁגִיתִי & in quo errauerim intelligere facite me.Ieche.45.20,A viro שֹׁגֶה errante.Pſal. 119.118,Calcaſti omnes שׁוֹגִים errantes ab inſtitutis tuis. Prouerb.19.27,לִשְׁגּוֹת vt erres ab eloquiis ſcientiæ.Et 5. 19,Et in amore eius תִּשְׁגֶּה errabis(aut erres)iugiter. Alii,delectes te.R.Himmanuél in Pſal.7,delecteris,iocūderis,complaceas.Et 20,& vt quid תִשְׁגֶּה errabis (pro erras)in aliena? R.Moſéh,(& ante illum R. Abrahám in cóm.)exponit,In amore eius errabis iugiter.acſi dicat, Reputes te tanquā errantē,ſi iugiter in illius amore te occupaueris. Nimia enim occupatio in illius amore, remouet hominem à Diuino cultu:& quanto magis in amore alienæ?R.Ionáh exponit, Et in amore illius delecteris,aut occupes te.Iechez.34.6,יִשְׁגּוּ errabunt oues meæ. Et in hif híl,Deuter.27.18,Maledictus מַשְׁגֶּה עִוֵּר qui errare facit cæcū in via.Iiób 12.16,errans,וּמַשְׁגֶּה & errare faciens. Nomen,cum א vice ה, Pſalm.19.13, שְׁגִיאוֹת errores(ignorantias)quis intelliget? Alia for-

ma,Gene.43.12,Si forte מִשְׁגֶּה הוּא error esset. Alia itē, Psal.7.1,שִׁגָּיוֹן Sighaión Dauidi, quod cecinit Domino &c.R.D.in commen.שִׁגָּיוֹן est species הַנִּגּוּן psalmodiæ. Tharghū, Interpretatio legis Dauidi &c. Menachém (inquit R.Selomóh)dixit esse nomen cantus,sic appel lati ab instrumēto quo canebatur.Doctores Hebræorū deducūt à שָׁגָה errare:quia scilicet errauit,dicēs canticū super ruina Saúl,Locutus est autē Dauid &c.2.Sem.22. 2.Sed quantū attinet ad sensum Psalmi,loquitur de oc cupationibus gentiū,dicēs,Dominus iudicat populos. Vnde שִׁגָּיוֹן est occupatio,aut studiū:& loquitur de studio Isbibenób qui venit aduersus illū. Vel, super errore:quia dixit Domino quòd traderet eum Saúl in manu inimici : aut quia abscidit pallii illius extremitatē. R.Abrahám in cōmen.Sunt qui exponunt delectatio, vt suprà Prou.5.19.Alii exponunt,error.Et rectū est in oculis meis vt sit, super genus carminis, cuius principiū est שִׁגָּיוֹן. R.Himma.in cōm.Radix שִׁגָּיוֹן est à שָׁגָה sicut הִגָּיוֹן à הָגָה,& כִּלָּיוֹן à כָּלָה:& est lætitia,iucunditas,cōplacentia,vt suprà Prouer.5.19,Dicitur ergo שִׁגָּיוֹן,quia psalmus iste erat illi delectabilis, & iucundus, & plenus lætitia.Eodem modo exponit R.Ionáh.Sic etiam exponunt illud Chab.3. 1, Oratio Chabbacúc prophetæ super שִׁגְיֹנוֹת,quāquam hoc est plurale,& fœmineū.

שָׂגָה Cum puncto in sinistro cornu,est שָׂגָא,Multiplicare,augere, crescere. Iiób 8.7, יִשְׂגֶּה crescet (multiplicabitur)valde.Et cum א vice ה,Iiób 8.11, יִשְׂגֶּא crescet pratum absque aqua? Et in hifhíl, Psal.73.12, הִשְׂגּוּ־חָיִל multiplicauerūt diuitias. Et verbū geminatū in pihél, Iesa.17.11,In die plātationis tuæ תְּשַׂגְשֵׂגִי cre sces.multiplicaberis.sic R.D.in cōm.& lib.rad.Vel se-

cūdū R. Abrahám, trāsitiue, crescere facies eā. sub. cito. R. Selo. Iucūdaberis in abominationibus AEgyptiorū.

שגח Aspicere, respicere cum consideratione. Inuenitur solum in hifhíl, Psal. 33.14, הִשְׁגִּיחַ respexit super omnes &c. Cant. 2.9, מַשְׁגִּיחַ respiciens è fenestris.

שגל Coire, rem habere. Vnde ab actu coniugii, vocatur שֵׁגָל, Coniunx. Psal. 45.10, Stetit שֵׁגָל coniunx ad dexteram tuā. Et verbum in cal. Deuter. 28. 30, Vxorem desponsabis, & vir alius יִשְׁגָּלֶנָּה rem habebit cum illa. In margine scribitur יִשְׁכָּבֶנָּה dormiet. Et in nifhál, Iesa. 13.16, Et vxores eorum תִּשָּׁגַלְנָה subigentur. Et in puhál, Irm. 3.2, Vbi non שֻׁגַּלְתְּ subagitata fuisti?

שגע In pihél, Insanire, aut insanū esse præ se ferre. Deuter. 28.34, Et eris מְשֻׁגָּע stupefactus à visione oculorū tuorum. Irme. 29.26, omni viro מְשֻׁגָּע furioso. insano effecto, stupefacto. Et in hithpahál, 1. Sem. 21.14, virum מִשְׁתַּגֵּעַ insanientē. Et 15, לְהִשְׁתַּגֵּעַ vt insaniat coram me. Nomen, שִׁגָּעוֹן, Insania, dementia, amentia, furor. Deuter. 28.28, percutiat te Dominus בְּשִׁגָּעוֹן insania. 2. Reg. 9.20, Quia בְשִׁגָּעוֹן insane graditur.

שגר Vnde שֶׁגֶר. Et in regimine, שְׁגַר. vel absolutum est שְׁגַר vt דְּבַר, Primitiuū, Primogenitū, Emissio, Abortiuus fœtus. Deuter. 7.13, שְׁגַר אֲלָפֶיךָ primitiuum boum tuorum. vel emissio. i. quod primo emittitur, & eiicitur. i. primogenitum. Exo. 13.12, וְכָל־פֶּטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה & omnem apertionē, emissionem animalis. i. Et quicquid primo aperit vuluā. R. Selomóh שֶׁגֶב exponit נֵפֶל abortiuū quod emittit mater sua non in suo tempore. Nam de primogenito quod suo tempore emittitur, iam dixerat, Et omnē פֶּטֶר רֶחֶם apertionem vuluæ. i. primogenitū. Sed suprà Deute. 7, accipitur pro primo-

geni to quod ſuo tempore emittitur. Secundum R. Abrahám, שֶׁגֶר eſt inſtar אֶרֶץ, quod non mutatur in regimine: שְׁגַר vero ſuprà citatum, eſt dictio extranea.

שַׁד Mamma, Vber. Thren. 4.3, Etiam ſerpentes eduxerunt שַׁד mammã. Duale, Gene. 49.25, Benedictionibus שָׁדַיִם vberum, & vuluæ. Hoſe. 9. 13, וְשָׁדַיִם צֹמְקִים & vbera arentia. Canti. 1.13, Inter שָׁדַי vbera mea. Ieche. 23.3, Ibi fracta ſunt שְׁדֵיהֶן vbera illarum. rectũ eſt vt prædictorum radix ſit שָׁדָה, ſicut אָב eſt אָבָה, & צַו eſt צָוָה, & תַו eſt תָּוָה. Altera ſignificatio, שֵׁד, Dæmon, ſpiritus malus. Deute. 32.17, לַשֵּׁדִים dæmoniis.

שָׁדַד Eſt גָּזַל, Rapere, ſpoliare, diripere, populari, prædari: & אִבַּד, Perdere, deſtruere, vaſtare. Iechez. 32.12, וְשָׁדְדוּ אֶת־גְּאוֹן מִצְרַיִם & perdent (vaſtabunt) ſuperbiã AEgypti. Irm. 49.28, וְשָׁדְדוּ & vaſtate (diripite) filios Orientis. Eſt imperatiuum perfectũ ex cal. Simile habes in חֲרַב, & מְשַׁךְ. & ita ש legendum eſt cum camés chathéph ad differentiã præteriti. Pſal. 17.9, שַׁדּוּנִי vaſtauerunt me. Ieſah. 16.4, A facie שׁוֹדֵד vaſtantis. aut diripiẽtis. Et 33.1, Væ שׁוֹדֵד diripienti, & tu non שָׁדוּד direptus ſub. eris. Hobadiáh 5, Si שֹׁדְדֵי לַיְלָה prædones noctis. i. nocturni. Micháh 2.4, שָׁדוֹד נְשַׁדֻּנוּ vaſtando vaſtati ſumus. Pſal. 91. 6, A morſu qui יָשׁוּד vaſtabit meridie. Suréc eſt loco chólem, inquit R.D. in lib. rad. & Michlól, ſicut in יֵרוֹן. Idem R. Abrahám in cóment. Et ſubauditur אֲשֶׁר. Tharghum, ab vlcere angeli mortis qui vaſtat in die. Et in pihél, Prouerb. 19.26, מְשַׁדֶּד־אָב qui diripit patrem, fugabit matrem. Et in pohél, Hoſe. 10.2, יְשֹׁדֵד מַצֵּבוֹתָם vaſtabit ſtatuas eorũ. Irme. 5.6, Lupus veſperarum (.i. veſpertinus) יְשָׁדְדֵם vaſtabit eos. Proue. 11.3, וְשָׁדֵּם perdet eos. Scribitur cũ ו, & legitur cum י, יְשָׁדֵּם, & ſic eſt futurum.

futurũ. Et in puhál, Iesah.15.1, Nocte שֻׁדַּד vastatus est Har. Irm.4.20, שֻׁדְּדָה vastata est omnis terra. Et ש cũ camés chatéph, ait R.D. in li.ra. & cõm. Nachũ 3.7, שָׁדְּדָה vastata est. Et in hofhál, Hos.10.15, Et omnes munitiones tuæ יוּשַּׁד vastabitur, pro vastabũtur. Vel, omnes munitiones, pro quælibet munitionũ. Et est cũ ו, & daghés. Substantiuũ, & tóar eadem forma, cum cholé instar חֹם à חָמַם, & sic שֹׁד, Vastatio, perditio, direptio, præda, & Vastator. Iesa.16.4, Consumptus est שֹׁד vastator. Hose.7.13, שֹׁד vastitas eis. Iiób 5.21, מִשּׁוֹד à vastitate. Significat & Mammillam, Mammã, Vber. Iesa.60.16, וְשֹׁד & mammillam regum suges. Aut intransitiue, Et mammilla regũ lactaberis.i. deliciis. Idẽ R. Abrahám exponẽs שֹׁד vbere. species enim nominũ variantur. Idẽ R. Selomóh. Iiób 24.9, rapient מִשֹּׁד ab vbere pupillũ.i. ab vbere matris suæ. aut ab vbere.i. à sua delectatione. Potest exponi secundũ priorẽ significantiam, à præda. i. propter multitudinem prædæ quã faciunt, etiam pupillũ rapient, inquit R.D. in lib.rad. & R. Leui. Vel secundum R. Ioséph, Rapient à præda.i. vt nullus possit eũ amplius prædari, quum ipsi rapuerint illi omnia. Tharghũ, à præda. לְשַׁד, & לְשַׁדִּי vide in לָשַׁד. quanquam R. Iehudáh adduxerit illa in hac radice. Et bonũ est vt sint ex hac radice secundũ significantiam שד vber &c.

Aliud, שַׁדַּי, Omnipotens, Fortis, Victor. Et י est loco literæ geminandæ, hoc est alterius ד. Et est tóar, & dicitur tam de Deo quàm de aliis, secundũ Hannaghíd. Gene.17.1, Ego Deus שַׁדַּי omnipotens. Iiób 22.25, Eritque שַׁדַּי Omnipotens munitio (vel fortitudo) tua. aut aurum tuũ. Hannaghíd exponit, Eritque forte aurum tuũ, sicut dixit, Et argẽtum fortitudines tibi. R. Ionáh,

Eritque multa, ac fortis ſubſtantia tua. Ex hac radice eſt שָׂרָה, Honorabilis, ſecundum R. Dauid. Alii dicũt eſſe muſicum inſtrumentũ. Alii exponunt pulchram mulierẽ captam in prælio, quaſi שְׁדוּדָה prædata, rapta. Et rectũ eſt (inquit) vt fuerit inſtrumentum muſicũ, & ita exponunt doctores noſtri. Eccleſi. 2. 8, Et feci mihi cantores, &c. שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת muſica inſtrumenta. R. Abrahám, mulierẽ, & mulieres captas &c. R. Selomóh, currum & currus: aut quadrigã & quadrigas. ſub. opertas.

שָׂדַד Eſt arato agro, eundo per agrum contundere glebas, ſiue offringere. In pihél tãtum legitur. Hoſe. 10. 12, Arabit Iehudáh, יְשַׂדֶּד לוֹ offringet glebas ſibi Iahacób. Iiób 39. 13, Si יְשַׂדֵּד עֲמָקִים contundet (offringet) glebas vallium poſt te. R. D. in lib. rad. arabit agros vallium. Ieſah. 28. 24, וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ & cõtũdet terrã ſuam. i. glebas terræ ſuæ. Hinc dicuntur & שִׂדִּים, Agri quorum glebæ contuſæ ſunt. Gene. 14. 3, in valle הַשִּׂדִּים agrorum proſciſſorum. Tharghum, חַקְלַיָּא agrorũ. Secundum R. Selomóh, eſt nomen proprium illius vallis, à multitudine agrorum ſic appellatæ. Vide שׂוּר.

שָׂדֶה Ager, terra, regio. Geneſ. 25. 27, Vir שָׂדֶה agri. i. agricola. Leuit. 27. 22, מִשְּׂדֵה de agro. Gene. 23. 9, in extremitate שָׂדֵהוּ agri ſui. Plurale, שָׂדִים. & in regimine, Ieſah. 32. 12, Super שְׂדֵי־חֶמֶר agros deſiderii. i. deſiderabiles. Fœmineum, Exod. 8. 13, וּמִן־הַשָּׂדֹת & de agris. 1. Semu. 8. 14, וְאֶת־שְׂדוֹתֵיכֶם & agros veſtros.

שָׂדַם Vnde שְׁדֵמָה, Aruũ, ager ſatiuus: גֶּפֶן, Vitis, Hærba arida. Ieſa. 37. 27, וּשְׁדֵמָה & hærba percuſſa ariditate antequam ſit ſeges. eſt ſicut וּשְׁדֵפָה. מ enim & פ ſunt eiuſdem exitus: & ſic eſt ſcriptum 2. Reg. 19. 26, וּשְׁדֵפָה & hærba percuſſa ariditate, antequam ſit ſeges,

vt exponit R.D.in cōment. Chab.3.17, וּשְׁדֵמוֹת & arua non fecit(pro fecerunt)cibum. Irme.31.40, Et omnes הַשְּׁדֵמוֹת regiones.Vel, & omnia campeſtria,vt R.Selomóh: aut omnes planities. Et ſcribitur cū ר, & legitur cum ד,inquit R.D. in cōment. Ieſah.16.8, שַׁדְמוֹת vites Cheſbón deſolata eſt.pro deſolatæ ſunt. Vel,vnaquæque vitis:aut vnūquodque aruum.vtroque modo exponit R.D.in lib.rad.Et in cōmen.vites. R.Selomóh, agri frugum. 2.Reg.23.4,בְּשַׁדְמוֹת in campeſtribus Chidrón. Deuter.32.32, וּמִשַּׁדְמֹת & de vitibus Hamoráh.ſic etiam R.Abrahám. R.Selomóh,de aruis frugiferis.

שדף Vnde שִׁדָּפוֹן, Percuſſio ſementis vento Orientali ingrediente ſpicas adeo vt non perficiat ſuá maturitatem.1.Reg.8.37,Peſtis cū fuerit,שִׁדָּפוֹן percuſſio ſegetum.aut ariditas. וּשְׁדֵפָה habes in שָׁדַם. Et Gene.41.27,Et ſeptē ſpicæ inanes שְׁדֻפוֹת arefactæ.Et ſic 6.

שׂרר Eſt vt סָרַר. Inde שָׂרְרוֹת,Vide סָרַר.

שֶׂה Cum ſex punctis,& in regimine cum ſeri,in vtroque genere,eſt Paruus tam ouiū quàm caprarum, Agnus,& etiā hœdus.pro quo Tharghum frequentius habet אִימַּר,aut אִימְּרָא.Geneſ.30.32, remouendo inde omnem שֶׂה agnū, hœdúmque pūctis reſperſum paruis. Exo.12.5,שֶׂה תָמִים agnus immaculatus anniculus. Deuter.14.4,שֵׂה agnus ouium,וְשֵׂה & hœdus caprarū.Irm. 50.17,שֶׂה פְזוּרָה pecus diſperſum Iſraél.Iechez.34.20, Et iudicabo inter שֶׂה בִרְיָה וּבֵין שֶׂה רָזָה pecus pingue , & inter pecus macilentum.Deute.22.1,אֶת־שֵׂיוֹ agnum eius. 1.Semu.14.34,שֵׂיֵהוּ agnum ſuum.

שָׂהֵד Teſtis.Iiob 16.19, וְשָׂהֲדִי & teſtis meus in excelſis.ש eſt cum camés lato,quod ſecundum normam debuerat eſſe cū camés chathéph:& quia verſum

est in camés latum, ה est cum chathéph pathách.

שֹׁהַם Onyx, lapis pretiosus candorem habens vnguis humani. Exo.25.7, Lapides שֹׁהַם onychis. Iiób 28.16, בְּשֹׁהַם יָקָר, cum onyche pretioso.

שָׂהַר Vnde שַׂהֲרֹון, Lunula. Nam Tharghum, pro יָרֵחַ luna, habet שַׂהֲרָא. Iudic.8.21, Et tulit הַשַּׂהֲרֹנִים lunulas. Sic Iesah.3.18.

שׁוֹא Clamare, eleuare vocem, Tumultum facere. Vnde תְּשׁוּאָה, Desolatio, tumultus. Iiób 36.29, תְּשֻׁאוֹת tumultus vmbraculi eius. Et 39.10, תְּשֻׁאוֹת tumultus (sonitus) exactoris nō audiet. Zecha.4.7, תְּשֻׁאוֹת cum clamoribus, Gratia gratia illi. Vel cum turbis, & multitudine populi: & dicet populus, Gratia gratia illi. lapidi scilicet primo. R. Abrahám, clamoribus. R. Selomóh, sonitu magno. שָׁוְא Vide in שָׁוָה.

שׁוֹאָה Vide שֹׁאָה.

שׁוּב Reuerti, redire, cóuerti, Auerti, Rebellare, Resipiscere, pœnitentiam agere, Reddere, retribuere, Respondere, Reducere, Quiescere, Habitare, Eruere, liberare. 1.Semu. 26.25, שָׁב reuersus est in locum suum. Nachum 2.2, quia שָׁב יְהוָה אֶת־גְּאוֹן יַעֲקֹב conuertit (vel quiescere fecit) Dominus superbiam Iahacób. est enim (ait R. Ionáh) verbum transitiuū. R. Iehudáh exponit, quiescere fecit gloriam Iahacób. i. Israél, cuius gloria est Ierusaláim. Tempore enim Chizchiiáhu, mortuo Sancheríb, rediit gloria Iahacób sicuti fuerat. R. Abrahám, redire fecit. Tharghum, redire fecit fortitudinem suam ad Iahacób. Iiób 42.10, & Dominus שָׁב אֶת־שְׁבִית אִיּוֹב auertit captiuitatē Iiob. R. Abrahám, Dominus conuertit (aut auertit) captiuitatem Iiób. fuerat enim captiuus in manu Sathán, & eduxit illum de potestate illius. R. Mo-

ſéh, Redire fecit captiuitatem Iiób .i. ea quæ Sabæi & Chaldæi abſtulerant, boues, aſinos, camelos, pueróſque cuſtodes. Deus enim, orante Iiób pro amicis, miſit illis in cor vt omnia ad illum reducerent. R. Abrahám Peruſól, Dominus reduxit captiuitatem Iiób, tum ob illius iuſtitiá, tum quia pro amicis precatus eſt, qui probris & contumeliis illum affecerant. Sephan. 2.7, וְשָׁב שְׁבוּתָם & conuertet (redire faciet) captiuitatem eorum. Vel, quieſcere faciet, ſecundum R. Iehudáh. quod improbat R. Ionáh: quia non eſt rectű quòd propheta dixerit, Et tranquillam reddet captiuitatẽ, & quieſcere faciet ab afflictionibus ſuis: niſi etiá redire faciat captiuitatem ad locum ſuű: quia captiuitas nõ quieſcet extra terrá ſuá, quanuis ſit in magnis deliciis. Et quod ſcripſit R. Iehudáh eſt rectű, videlicet quòd omne verbű in cal ſignificans redire, cõuerti &c. eſt verbű intranſitiuum, & ne vnum quidem eſt trãſitiuum. Nec obſtat illud Ieche. 47.7, בְּשׁוּבֵנִי dum vertiſſem me &c. vt ſcripſit R. Ionáh: quia etiam hoc eſt verbum intranſitiuum, quanquam pronomen ſit adſcriptum cum נ & י, quia cum macór iungitur non modo pronomen paſſiuum, verűetiam actiuum, vt Cant. 5.6, בְּדַבְּרוֹ dum loqueretur ipſe. Exod. 19.9, בְּדַבְּרִי dű loquerer ego tecű, & idgenus multa. Hactenus R.D. in lib. ra. Pſal. 85.2, שַׁבְתָּ שְׁבוּת auertiſti (aut reduxiſti) captiuitatem Iahacób. Eſt verbum tranſitiuum, inquit R.D. in cõment. vt ſit, redire feciſti. Et ſunt qui dicunt quòd non eſt verbum tranſitiuum in cal in hac radice & ſignificantia: vnde exponunt, requieſcere feciſti (cuius opinionis fuit R. Iehudáh Chiúg) éſtque ſenſus, requieſcere feciſti ab afflictionibus captiuitatis. Tharghum, Redire feciſti ca-

ptiuitatem domus Iahacób. Psal.23.6, וְשַׁבְתִּי &(pro vt)
requiescam in domo Domini .i. vt iugiter ambulem
&c.vel,& reuertar.vtroque modo exponit R.D.in lib.
rad. Et in cóment.requiescam, aut habitabo. & sic R.
Abrahám.Et longũ,Eccles.4.1,וְשַׁבְתִּי, & cõuersus sum.
Irme.11.10, שָׁבוּ reuersi sunt. Nume.14.43, שַׁבְתֶּם auersi
estis.Estér 2.14,שָׁבָה reuersa est. Et cum ת loco ה,secun
dum R.Abrahám & R.Dauid. Ieche.46.17,וְשָׁבַת & re-
uertetur.2.Reg.9.18,& non שָׁב reuertitur. Iesah.59.20,
וּלְשָׁבֵי & cõuersis à præuaricatione . Gen.18.10, שׁוֹב אָשׁוּב
reuertendo reuertar ad vos. Iesah.52.8.בְּשׁוּב dum con-
uerterit Dominus Siión. Vel,dum requiescere fecerit.
R.D.in commen. quum reuersus fuerit Dominus ad
Siión.2.Paralip.36.13.מִשּׁוּב ne reuerteretur. Irme.31.19,
postquam שׁוּבִי conuersus sum . Exod.4.19,vade,שֻׁב re-
uertere. Psal.85.5,שׁוּבֵנוּ cõuerte nos. Nume.10.36,שׁוּבָה
reuertere Domine.Irme.3.12,שֻׁבָה reuertere rebellis Is
raél. Gene.43.13,שׁוּבוּ redite. Psal.116.7,שׁוּבִי, conuertere
anima mea . Ruth 1. 8, שֹׁבְנָה reuertimini vnaquæque.
Zechar.6.1,וָאָשֻׁב & conuersus sum.Et 5.1,וָאָשׁוּב.Genes.
30.31,אָשׁוּבָה reuertar.2.Semu.15.8,si יָשׁוֹב יְשִׁיבֵנִי reducen-
do reduxerit me Dominus.Scribitur יָשִׁיב ad denotan-
dum duplicem esse lectionem:priorem ex cal,alteram
ex hifhíl,eodem tamen sensu. Iesa.12.1, יָשֹׁב conuerte-
tur.1.Sem.20.5,& ego יָשֹׁב־אֵשֵׁב reuertar,sedebo cum re-
ge: vt citatur à nonnullis. potest esse & à יָשַׁב, sedendo
sedebo. Irme.8.4, num יָשׁוּב וְלֹא־יָשׁוּב auertetur, & non
conuertetur? Vel,Si reuersus fuerit(ipse ad benefacien
dum)non auertetur? sub. Deus ab ira furoris sui con-
tra eos.Et hæc placet. 2.Reg. 20.10, sed יָשׁוּב reuertatur
vmbra.Genes.42.24, וַיָּשָׁב & reuersus est. Et 15.16,יָשׁוּבוּ

reuertentur huc. Iudic.2.19,mortuo iudice יָשֻׁבוּ reuertentur. Iesah.35.10,יְשֻׁבוּן reuertentur.2.Paralip.7.18,& si תְּשׁוּבוּן reuersi fueritis vos. Iechez.35.9, & ciuitates tuæ non תָשֹׁבְנָה,id est תָּשֹׁבְנָה reuertētur,scilicet ad antiquitatem suam,inquit R.D.in lib.rad.& cōment.Scribitur cum י,quia potest etiam deduci à יָשַׁב,quod est habitare, ait idem in cōment. vt sit, non habitabuntur.

Et in hifhíl, Genes.14.16,וַיָּשֶׁב הֵשִׁיב & substantiam eius reduxit. 2.Semu.16.8,הֵשִׁיב עָלֶיךָ יְהוָה כֹּל דְּמֵי reddidit tibi Dominus omnes sanguines domus Saúl.Malachi 2.6, וְרַבִּים הֵשִׁיב מֵעָוֺן & multos auertit ab iniquitate. 1. Reg. 13.20, qui הֱשִׁיבוֹ reduxerat eum. Thren.1.13, הֱשִׁיבַנִי redire fecit me retrorsum . pathách ponitur vice seri, inquit R.D. in Michlól. Et sic Ruth 1.21, הֱשִׁיבַנִי. Psal. 85.4, הֱשִׁיבוֹתָ מֵחֲרוֹן אַפֶּךָ retraxisti, ne irasceretur, furorē tuum.i.retraxisti furorem tuum ne irasceretur.חֲרוֹן est macór,inquit R.Dauid & R.Abrahám.Vel secundum R.Selomóh,Retraxisti teipsum ab ira furoris tui. Nume.22.8, וַהֲשִׁבֹתִי אֶתְכֶם דָּבָר & respondebo vobis verbum. Zechar.13.7,וַהֲשִׁבֹתִי יָדִי, & reducam manum meā.1.Sem. 6.17,quos הֵשִׁיבוּ reddiderunt.Et 21,הֵשִׁבוּ reduxerunt.Itē 8, & vasa aurea quæ הֲשֵׁבֹתֶם reddidistis ei pro delicto.i. elargiti estis. Munus enim est retributio bona. Iesah. 38.8, ecce ego מֵשִׁיב אֶת־צֵל redire facio vmbram. Genes. 38.29,& fuit כְּמֵשִׁיב יָדוֹ sicut retrahens manū suam. participium pro macór,id est quū retraxisset manum suā. & ita habet Tharghū. Ruth 4.14,& erit tibi לְמֵשִׁיב נֶפֶשׁ pro quiescere faciente animā. Vel ponitur pro macór, vt sit,vt quiescere faciat animā.Tharghum,ad confirmandam(aut viuificandam)animam. Iesah.28.6, & in fortitudinē, מְשִׁיבֵי מִלְחָמָה שָׁעְרָה retrahere facientes præ-

lium ad portam.i. & erit Deus populo ſuo in fortitudinem,& eius fortitudine ſuperatis hoſtibus redire facient ad eos prælium vſque ad portam ciuitatum illorum munitas. Pſal.19.8,מְשִׁיבַת נָפֶשׁ conuertens animã. Iiób 9.18,non ſinet me הָשֵׁב requieſcere ſpiritus meus. 2.Semu. 3.11, & non potuit vltra לְהָשִׁיב אֶת־אַבְנֵר דָּבָר reſpondere ipſi Abnér verbum.Iudic.19.3,לַהֲשִׁיבוֹ vt redire faceret illam.Scribitur ſine ה,quia duplex eſt lectio, לַהֲשִׁיבָהּ vt redire faceret illam:altera,לַהֲשִׁיבוֹ vt redderet ſeipſum illi.i. vt reconciliaret ſe cum illa. Geneſ.20.7, הָשֵׁב אֵשֶׁת־הָאִישׁ redde vxorem viri. Exo.4.7, הָשֵׁב יָדְךָ reduc(retrahe)manum tuam. Pſal.35.17,הָשִׁיבָה נַפְשִׁי, erue animam meam. 1.Reg. 22. 26, וַהֲשִׁיבֵהוּ & reduc illum. Gene.37.14,וַהֲשִׁבֵנִי דָּבָר & reſponde mihi verbum.Caret י coniugationis. Deute.32.41,אָשִׁיב נָקָם לְצָרָי, reddam vltioné hoſtibus meis.Iehoſ.14.7,וָאָשֵׁב אֹתוֹ דָּבָר, & reſpódi illi verbũ.Gene.14.16,וַיָּשֶׁב & reduxit. Ieche.47.1,וַיְשִׁבֵנִי, & redire fecit me. Geneſ.24.8,ne תָּשֵׁב reducas illuc.Et 43.21, וַנָּשֶׁב & reduximus(retulimus)illud in manu noſtra.1.Semu.17.30,וַיְשִׁבֻהוּ, & retulerũt ei populus ré.Iiób 20.10,תָּשֵׁבְנָה אוֹנוֹ, reddent rapinam eius. Et in hofhál, Gene.42.28,הוּשַׁב redditum eſt argẽtum meũ. Et in pohél,require nonnulla præterita,participia,& macór, in שֹׁבֵב,quæ poſſũt eſſe ex hac radice. Irm.50.19,וְשֹׁבַבְתִּי, & redire faciam.Et 8.5,מַדּוּעַ שׁוֹבְבָה, cur rebellauit populus iſte Ieruſaláim? Et tranſitiuũ in tertium,Ieſah.47.10,& ſcientia tua ipſa שׁוֹבְבָתֶךְ rebellare fecit te. Et 58.12, מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת reuerti(redire) faciens ſemitas ad habitandum. Iechez.38.8,ad terram מְשׁוֹבֶבֶת ereptam à gladio. ſub.gentium,inquit R.D.in lib.rad.Vel,contritã gladio,vt idem in cóm. Pſal.23.3, נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב animã meam conuertet.

conuertet.i.redire faciet ad viam bonam. R.D.in lib. rad.Vel requieſcere faciet: vt exponit idem in cōmen. R.Abrahā & R.Selomóh, redire faciet ad antiquitatē ſuam.Pſal.60.3,תְּשׁוֹבֵב לָנוּ, reuerteris ad nos. Tóar,Ieſah.57.17,שׁוֹבָב rebellis. Irme.3.14, filii שׁוֹבָבִים rebelles. Et 31.22,filia הַשּׁוֹבֵבָה rebellis. Alia forma,præpoſito מ, Irme.3.12,מְשֻׁבָה rebellis Iſraél. Nomen eadē forma, מְשׁוּבָה,Auerſio,rebellio,Requies.Irme.8.5,cur rebellauit populus iſte Ieruſaláim מְשֻׁבָה נִצַּחַת rebellione forti? dura. Proue.1.32,quia מְשׁוּבַת פְּתָיִם auerſio(rebellio)ſimplicium occîdet eos. R.Dauid,rebellio,aut requies. R. Abrahám, Requies ſimplicium occîdet eos: quia dum ſunt in quiete,faciunt impietatem.ſic R.Leui.R.Himmanuél,quia rebellio.i.via mala quam tenent,eſt cauſa occiſionis eorum. Hoſe. 14.5, ſanabo מְשׁוּבָתָם rebellionem eorum. R.Abrahám,Hæc dictio dicitur in vituperium in tota Scriptura . Et eſt in anima, ſicut infirmitas in corpore: propterea dixit ſanabo. Et 11.7, & populus meus ſuſpenſi ſunt לִמְשׁוּבָתִי propter rebellionem contra me. aut in me.i.propter rebellionē quam faciunt populus meus,in me ſuſpēſi ſunt in anguſtiis, aut afflictionibus:neſciunt quò ſe vertant pro auxilio. Et י non eſt ſignum pronominis actiui.& ſic Ieſah.56, 7, & lætificaui eos in domo תְּפִלָּתִי orationis meæ.i. vbi mihi ſit oratio.Idem in cōment.Suſpenſi ſunt inter afflictionem & reſpirationē:quia interdum affliguntur, nonnunquam reſpirāt,propter rebellionem quam faciunt in me: qui, niſi eſſent rebelles, iugiter eſſent in reſpiratione. R.Selomóh,ad conuerſionem.i.quando prophetæ docent illos vt ad me cōuertantur,ac redeāt, ipſi ſunt ſuſpenſi vtrum debeant conuerti, nécne. Sed

nos non inuenimus מְשׁוּבָה nisi in vituperiũ. R. Ioseph, Et populi mei suspensi. i. dubii sunt in præceptis meis, quanquam sunt eis nota : sed vt rebellent contra me, hoc faciunt. Alia forma, שׁוּבָה, Requies. Iesah. 30. 15, בְּשׁוּבָה וָנַחַת in requie, & quiete seruabimini. Alia præterea præposito ת, תְּשׁוּבָה, Conuersio, pœnitentia, Reuersio, Responsio. 2. Semu. 11. 1, & fuit, לִתְשׁוּבַת in reuersione anni. i. in fine anni, quádo sol reuertitur ad punctum à quo incœperat. Iiób 21. 34, וּתְשׁוּבֹתֵיכֶם & in respõsionibus vestris remansit præuaricatio. Alia postremo, Psal. 126. 1, quum reduxit Dominus שִׁיבַת reuersionem Siión. i. illos qui reuersi sunt ad Siión, quod est vt תְּשׁוּבָה. R. D. in cõment. Idem R. Abrahám. & est sicut קִימָה à קום. Tharghum & R. Selomoh, captiuitatem.

שׂוּב Canescere. 1. Semu. 12. 2, senui, וְשַׂבְתִּי & canui. Tóar, Iiób 15. 10, etiam שָׂב canus, etiam decrepitus est inter nos. Nomen, שֵׂב, Canities. 1. Reg. 14. 4, quia oculi eius caligauerant מִשֵּׂיבוֹ propter canitiem eius. Et cũ ה fœmineo, Deut. 32. 25, cũ viro שֵׂיבָה canitiei. i. cano. Gen. 15. 15, sepelieris בְּשֵׂיבָה טוֹבָה in senectute bona. Ruth 4. 14, & ad alẽdum אֶת־שֵׂיבָתֵךְ canitiẽ tuam.

שׂוּד Linire, Incrustare calce. Deuter. 27. 4, וְשַׂדְתָּ אוֹתָם בַּשִּׂיד & linies eos calce. Iesa. 33. 12, & erunt populi (táquã) incẽdia שִׂיד calcis. i. repéte delebũtur per manũ angeli. R. Abra. Hamós 2. 1, eo quód cõbussit ossa regis Edõ לַשִּׂיד in calcẽ. i. vt cóburunt calcẽ. vel in calcẽ, hoc est posuit Ephráim loco calcis quo liniútur parietes, in vindictam & contemptum. Et ita exponit Tharghum. Et sunt qui exponunt illud Genes. 14. 3, in valle הַשִּׂדִּים calcium: à calce prædicta. & daghés est loco hannách, sicut in צִיִּים pro צִיצִים, vt suo loco dictum est. Et sic nõ-

nulli putãt esse ex hac radice illud Iiób 13.27, בַּסֵּר, quod habes in סוּר.

שָׁוָה AEquare, adæquare, æquale esse, Prodesse, Ponere, proponere. Iiób 33.27, & non שָׁוָה לִי profuit mihi. sub. illud quod feci: quia nullũ ex malis operibus emolumentũ cõsecutus sum: modo agnosco quòd illa quæ feci vana sunt. Vel, & non æquale fuit mihi. i. non recepi pro meis peccatis æqualia. Thargũ, Et nõ fuit æquum mihi. R. Moséh, Et nõ profuit mihi peccatum meũ, quia per illud non euasi. R. Abrahám, Et non feci vt æquum erat, vt publice coram hominibus confiterer. Estér 3.8, & regi non est שֹׁוֶה conducens (vel vtile) vt dimittat eos. Prouer. 26.4, ne respondeas stulto iuxta stultitiam eius, פֶּן־תִּשְׁוֶה־לּוֹ ne forte æqueris (æqualis sis) illi. Et in pihél, Iesah. 28.24, si שִׁוָּה פָנֶיהָ adæquauerit superficiem eius. Et 38.12, שִׁוִּיתִי posui (sub. tempus meũ) vsque mane. 2. Sem. 22.34, מְשַׁוֶּה רַגְלַיו ponẽs pedes meos. Hose. 10.1, vitis vacua Israél, פְּרִי יְשַׁוֶּה־לּוֹ fructum ponet illi. Et secundum R. Dauid, sunt qui exponunt, fructus mentietur illi. R. Abrahám, fructus æquabit illam. scilicet vitem: quia vitis & fructus æquantur. Et in hifhíl. Iesah. 46.5, cui assimilabitis me, וְתַשְׁווּ & æquabitis?

Et nifhál cum hithpahál, Prouerb. 27.15, cum stillatione iugi in die pluuiæ, & mulier contentionũ נִשְׁתָּוָה æquatur. Est enim participium fœmineum, quãuis sit longum, inquit R. D. in Michlól. Vnde non ad stillationem, sed ad mulierem refertur. Et secundum normam, ו debuerat esse cum daghés. Vel est præteritũ masculeum, inquit R. D. in Michlól, & sic refertur ad stillationem, aut stillicidium, vel guttã. R. Abrahám, Guttæ expellenti (sub. è domo) in die pluuiæ, mulier cõten

dux. Et 9.25, & dixit ad Bidcár שָׁלִשֹׁה ducē ſuū. ה ponitur vice ו. Iechez. 23.23, שָׁלִשִׁים duces, & maiores. Prou. 22, 20, nónne ſcripſi tibi שָׁלִשׁוֹם magna? vel mirabilia, ſub. carmina. R. Abra. verba ducalia. i. magna. Et ſcribitur cū ו: quia eſt altera lectio שָׁלִשׁוֹם. R. Leui, verba glorioſa ad dirigendum te. 1. Semu. 18.6, In tympanis, in lætitia, וּבְשָׁלִשִׁים & in canticis. aut inſtrumētis muſicis quibus erant tres diuiſiones. Exod. 15.4, & electio שָׁלִשָׁיו principum eius. i. electi principes eius. Et verbum in pihél, וְשִׁלַּשְׁתָּ אֶת־גְּבוּל אַרְצְךָ & in tres partes diuides terminum terræ tuæ, vt habes Deut. 19.3. Gene. 15.9, cape mihi vitulam מְשֻׁלֶּשֶׁת tertiatam. i. triennem, & capram מְשֻׁלֶּשֶׁת tertiatam. i. triennē, &c. R. Selomóh, vitulas tres, & capras tres, & arietes tres. At rectum eſt (inquit R. Abrahám) vt ſit, vitulam triēnem. Tharghum, vitulas tres, & capras tres, & arietes tres. 1. Reg. 18.33, & dixit, שַׁלֵּשׁוּ וַיְשַׁלֵּשׁוּ tertio facite, & tertio fecerunt.

שם Nomen. Gene. 2.11, שֵׁם nomen vnius. Et cū maccáph eſt cum ſeghól, Gene. 21.3, אֶת־שֶׁם־בְּנוֹ nomen filii ſui. Et 24.29, וּשְׁמוֹ & nomen eius Labán. Pſal. 5.12, שְׁמֶךָ nomen tuum. Et 8.2, שִׁמְךָ. Gene. 2.20, שֵׁמוֹת nomina. Exod. 1.1, שְׁמוֹת nomina filiorum Iſraél. Geneſ. 25.13, בִּשְׁמֹתָם in nominib' ſuis. Aliud, שָׁם, Ibi, illic, hic, huc, illuc, iſtuc. Pſal. 122.4, שֶׁשָּׁם quia illuc aſcenderunt. Geneſ. 2.12, שָׁם ibi bedólach. Pſal. 139.10, etiam שָׁם illuc manus tua ducet me. Gene. 2.10, וּמִשָּׁם & inde diuidetur. 2. Reg. 7.2, וּמִשָּׁם & inde non comedes. Geneſ. 49.24, מִשָּׁם inde (.i. ex illo, ſub. Ioſeph) paſtor lapis Iſraél. Dicitur enim hæc dictio (inquit R. Dauid) de loco, inſtrumēto, tempore, & homine, & re memorata iam, & non memorata. Gene. 10.14, è quibus egreſſi ſunt מִשָּׁם inde Pe

listæi. Ecclesi.3.17,& super omne opus שָׁם ibi.quod notat t , ,s,nẽpe diẽ iudicii.Iesa.34.15,שָׁמָּה ibi(illic)nidificauit hericius. Iiób 1.21, nudus egressus sũ ex vtero matris meæ,nudus reuertar שָׁמָּה illuc. Nõ dicitur de re memorata, sed indicat sepulchrum. Et quia meminit matris suæ,& terra erat tanquam mater illius, dixit illuc,acsi memorasset terram.Idem R.Abrahám in comment.Illuc,indicat sepulchrum,vt suprà Eccle.3.17.Et sunt qui exponunt,matris meæ.i.terræ, hoc est hominis primi. Vel quia ossa quæ sunt fundamenta corporis,sunt è terra. Ex hac radice est שָׁמַיִם,Cæli.& nõ inuenitur in singulari.Sed quia cælum apud Latinos habet singulare,interpretes vertunt tam cælũ, quàm cælos,vt loco quadrare melius putant. R.Ioséph dictionem exponit,acsi dicat, שָׁם מַיִם ibi aquæ. Et est expositio R.Iosi filii Chaniná. Gene.1.1,In principio creauit Deus אֵת הַשָּׁמַיִם cælum & terram. Vbi scribit R. Abrahám הַשָּׁמַיִם cũ ה notificatiuo,vt indicet se loqui de istis creatis,& semper est numeri pluralis.Psal.115.16,הַשָּׁמַיִם שָׁמַיִם cæli cæli Domino.Et 148.4,שְׁמֵי הַשָּׁמָיִם cæli cælorum.Deuter.28.21,שָׁמֶיךָ cæli tui.

שָׁמֵם Desolare,perdere,disperdere,Admirari, stupescere,obstupescere. Thre.5.18,שֶׁשָּׁמֵם quia desolatus est.Est præteritũ secundũ modũ secũdũ instar חָפֵץ & אָהֵב,inquit R.Abrahám in cõm.& R.D.in Michlól & lib.ra.Iesah.52.14,שָׁמְמוּ obstupuerunt. Irm.2.12,שֹׁמּוּ obstupescite. Iechez.36.3, Pro eo quòd שַׁמּוֹת desolauerunt. Est macór inquit R.Dauid, instar חַנּוֹת ab חָנַן, & est transitiuum. Iesah.42.14.אַשִּׁם desolabo. Et in nifhál, Leui.26.22,וְנָשַׁמּוּ & desolabũtur viæ vestræ.Irm.33.10, הַנְשַׁמּוֹת quæ desolatæ sunt. Et in hifhíl, Iiób 16.7,

הֲשִׁמּוֹתָ כָּל־עֲדָתִי desolasti(aut desolare fecisti)omnem cõgregationem meam. Ieche.14.8, וַהֲשִׁמֹתִיהוּ & ponã eum in signum. Et ita habet Tharghũ, וַאֲשַׁוִּינֵהּ & ponam eũ. & sic videtur esse à שׂום, quanquam communiter ponatur in hac radice. Ieche.3.15, מַשְׁמִים stupens. Est intransitiuum. Irme.49.20, Nisi יַשִּׁים desolare fecerit cum eis habitacula eorum. R.Ioséph putauit radicem esse יָשַׁם.

Et in hof hál, 2. Paral.36.21, הָשַּׁמָּה desolata fuit ipsa. sub.terra. ש & ם cum daghés, inquit R.D. in lib.rad. & Michlól, & est macór. Et antequam coniungatur cum pronomine, dicitur הֻשַּׁם sicut הֻגַּר in verbis defectiuis. Et cũ pronomine, daghés transit in ם ob defectum literæ geminãdæ secundũ normam, & remanet daghés in ש sicuti fuerat ante coniunctioné. Leu.26.43, בָּהְשַׁמָּה מֵהֶם quum desolata fuit ipsa ab eis. Et in hoc est camés chathéph ipsius ה, in ב deseruiente, euphoniæ causa. Et in vtroque, ה est lene, quod secundũ normam debuerat habere mappic. Iiób 21.5, וְהָשַׁמּוּ & obstupescite. Inuenitur inquit R.D. in Michlól, in aliquibus libris ש cum daghés, & sic ה legitur cũ camés chathéph. & si ita est, oportet esse præteritum versum in futurũ propter ו, quia non est imperatiuũ in binián selonizcár pohalo, (vt est in Instit. Hebraicis) sed in aliis codicibus ש non est cũ daghés, & sic ה legitur cũ camés lato, & est pronũtiatio recta: & est imperatiuũ ex hif híl, sicut הָשֵׁמּוּ, ש cũ séri. & ita inueniri scribit R.D. in lib. rad. in libris castigatis, & pathách ש ponitur vice séri. Priori modo legit R.Ionáh, & scribit esse imperatiuum, & quòd secũdum normam debuerat esse sicut illud Cant.6.4, הָסֵבִּי.

Et in pohél, Hezræ 9.3, Et sedi מְשׁוֹמֵם stupens. admirans. Et transitiuũ, Dani.9.27, מְשֹׁמֵם obstupescere faci-

ens,ſcilicet videntes.Poteſt eſſe & intranſitiuum, erit homo ſtupens,& admirans.i.obſtupeſcet,& admirabitur. Et in hithpahál,Ieſa.63.5,וָאֶשְׁתּוֹמֵם & ſtupefactus ſum,admiratus ſum. R.Selomóh, & tacui.ſcilicet more ſtupentis. R.Abrahám,Et deſolatus erã. aut ſtupefactus. Pſal.143.4,יִשְׁתּוֹמֵם ſtupeſcet(admirabitur,pro obſtupuit)cor meũ.Ieſah.59.16,וַיִּשְׁתּוֹמֵם & obſtupuit,quia non erat qui occurreret. R.Selo. exponit, Et tacuit vt videret an eſſet qui occurreret pro eis.ſicut homo qui ſtat,& ſtupet, (aut admiratur,) & tacet in admiratione ſua. Eccle.7.17,Vt quid תִּשּׁוֹמֵם deſolaberis?Eſt ex iſto binián,ſecundum R.D.in lib.rad.dicit tamen poſſe eſſe ex nifhál. Et in Michlól hoc modo ſcribit, Scripſit R.Iehudáh eſſe ex hithpahál, & ש eſſe cum daghés ob defectũ ת formatiui hithpahál:quod rectum eſt,quanuis ת hithpahál cũ literis זסשץ,non præcedat, ſed ponatur in medio radicaliũ,& daghés ש indicat illud. Eſt etiam rectũ dicere quòd ſit ex nifhál, & ne mireris eſſe cum chólem,& non תִּשָּׁמֵם, quia idem eſt in defectiuis, vt habes in יִדֹּם & יִשֹּׁם & תִּתֹּם: quære in דָּמַם,& תָּמַם quorum perfecta ſunt יִדַּמֵּם יִשַּׁמֵּם תִּתַּמֵּם.Et ſic præterita nifhál in huiuſmodi verbis interdũ ſunt cum chólẽ,plærunque cum pathách, quandoque cũ ſéri: & idem eſt. Et ſi dixerit quiſpiã,futura perfecta prædictorum verborum eſſe יִשַּׁמֵּם יִדַּמֵּם,quia in cal(quod eſt fundamentum verborũ)inuenimus verba ſecundum formã פָּעוֹל vt יָכֹל,& non ſecundum formã פּוֹעֵל:dicimus accepiſſe hanc formam ex pohél graui, vt fecerunt in hithpahál in verbis geminatis. (vt patet in futuris prædictis hithpahál.)Vnde & R.Ionáh ſcripſit הֵרֹמּוּ אֵרוֹמֵם eſſe ex nifhál,à רָמַם. R.quoque Abrahám,תִּשּׁוֹמֵם ſcribit eſſe ex

nifhál. Sic enim ſcribit in comment. Dictio תִּשּׁוֹמָם eſt ex nifhál. Et ſunt qui dicunt quòd daghés ש, non eſt ob defectum נ nifhál, ſed ob defectum ת hithpahál, & erat conueniens vt eſſet תִּשְׁתּוֹמָם, quia non inuenitur ex nifhál in verbis geminatis vtrunque illorum, ſed inuenitur in hithpahál in verbis quieſcétibus, vt תְּבוֹנֵן, & תְּבוֹנֵן. Tóar, שׁוֹמֵם. Dani. 8. 13, Et præuaricatio שֹׁמֵם deſolans. aut ſtupenda, admiranda. Et 9.27, ſuper שֹׁמֵם ſtupidum. Et 12.11, abominationē שֹׁמֵם ſtupendā. Thre. 1.16, שׁוֹמֵמִים deſolati. Fœmineum, Ieſah. 54.1, filii שׁוֹמֵמָה deſolatæ. i. nō habētis virū. Et 49.8, hæreditates שֹׁמֵמוֹת deſolatas. Et 61.4, שֹׁמְמוֹת deſolata primorū erigent. vel eſt nomē. i. deſolationes antiquorū, hoc eſt generationum antiquarū. Ibidem, שֹׁמְמוֹת deſolata generationis, vel deſolationes. Eſt enim nomē ſimile nomini tóar: & ſic Dani. 9.18, Et vide שֹׁמְמֹתֵינוּ deſolationes noſtras.

Alia forma, Irm. 4.27, שְׁמָמָה deſolatio erit. Alia itē, Iechez. 35.7, לְשִׁמְמָה in deſolationem. Alia præterea, שִׁמָּמוֹן. Iechez. 12.19, Et aquas ſuas בְּשִׁמָּמוֹן in deſolatione bibent. Alia etiam, Irme. 5. 30, שַׁמָּה admiratio, & turpitudo facta eſt in terra. i. res admiratione digna, & turpis, vt exponit R.D. in cōment. Et ſic Tharghum, תִּימְהָא admiratio. quanquā alia exemplaria habent תַּיְמְהָא defectus, inquit R.D. R. Selomóh, admiratio. Alia poſtremo, מְשַׁמָּה. Iechez. 6.14, וּמְשַׁמָּה & deſolationem. Ieſah. 15.6, Aquæ Nimrim מְשַׁמּוֹת deſolationes erunt.

שמם Vnde שְׂמָמִית. Prouer. 30.28, שְׂמָמִית ſimia manibus capiet. Vulgo dicitur בוגיאה, *ſingz.* figura hominis quæ manibus quicquid illi datur, apprehēdit, & in ædibus regū manet ad ludēdū cū illa. Ideo ſequitur, Et eſt in ædibus regis. Alii (inquit idē R.D.) exponunt vulgo

vulgo

vulgo ארנׄיא, *Araigne*, araneam quæ ſuam domum ædificat in domibus, & etiam in ædibus regum. R. Ionáh hirundinem, vulgo אורונדולא, *Harondelle*. ſed prima interpretatio magis quadrat. R. Abrahám in cóment. exponit ſimiam. idem R. Himma. R. Leui in cóm. araneá.

שָׁמַד Perdere. Et in nifhál, perdi, aut perire, diſperdi, deficere. Irm. 48.8, וְנִשְׁמַד & diſſipabitur planities. Hoſe. 10.8, וְנִשְׁמְדוּ & perdentur excelſa Auen. 2. Sem. 21.5, Et qui cogitauit de nobis quòd נִשְׁמַדְנוּ diſperderemur, ne eſſemus in omni termino Iſraél. Eſt ex nifhál: & ita exponit R. Selomóh. vnde ſeries textus ſic ordinanda eſt, Viri qui conſumpſit nos, & qui cogitauit de nobis quòd diſperderemur (ſub. per manum ſuá) ita vt non ſtaremus in vllo termino Iſraél, Dentur &c. Pſal. 92.8, לְהִשָּׁמְדָם vt diſperdantur. Ieſah. 48.19, Et non יִשָּׁמֵד diſperdetur. Et in hifhíl, Deuter. 2.23, Qui הִשְׁמִיד אֶת־הַחֹרִי diſperdidit (conſumpſit) Choræum. Ieſah. 23.11, לַשְׁמִד (pro לְהַשְׁמִיד) ad diſperdédú. Deu. 33.27, הַשְׁמֵד perde.

שָׂמַח Lætari. Pſal. 16.9, שָׂמַח lætatum eſt cor meum. Alia forma, Prouer. 29.6, וְשָׂמֵחַ & lætabitur. Tóar vice participii, Deuter. 27.7, וְשָׂמַחְתָּ & lætaberis. Pro participio cal vtuntur nomine tóar, vt in יָרֵא. Prouerb. 15.13. Cor שָׂמֵחַ lætum. Ieſah. 24.7, שִׂמְחֵי־לֵב læti corde. Alia forma, Pſal. 35.26, שְׂמֵחֵי læti malo meo. Eccle. 3.12, niſi לִשְׂמוֹחַ lætari. Et 11.9, שְׂמַח lætare iuuenis in iuuentute tua. Sermo comminatorius, ac dicat, lætare, & videbis quid eueniet in nouiſſimo tuo. Et ſic Hamós 4.4, Venite in Bethél, & præuaricamini. & Ieche. 20.39, Vnuſquiſq; idóla ſua venite, colite. Pſal. 104.34, אֶשְׂמַח lætabor. Et 9.3, אֶשְׂמְחָה lætabor. Et in pihél, Deut. 24.5, וְשִׂמַּח אֶת־אִשְׁתּוֹ & lætificabit vxorem ſuam. Irme. 31.13,

וְשִׂמַּחְתִּים & lætificaui eos à dolore eorũ. Pſal.86.4, שַׂמֵּחַ נֶפֶשׁ lætifica animam. Eccleſ.10.19, Et vinũ יְשַׂמַּח חַיִּים lætificat vitam. Et in hifhil, Pſal.89.43, הִשְׂמַחְתָּ כָּל־אוֹיְבָיו lætari feciſti omnes inimicos eius. Nomen, Pſa.4.8, dediſti שִׂמְחָה lætitiã in corde meo. Prou.14.10, וּבְשִׂמְחָתוֹ & in lætitia eius. Pſa.16.11, Saturitas שְׂמָחוֹת lætitiarum.

שָׁמַט Relinquere, dimittere, remittere. Irme.17.4, וְשָׁמַטְתָּה & dimittetur (remittetur, remiſſio erit) in te ab hæreditate tua. R.D. in lib.ra. & in comment. Et dimiſſio erit in te, quia dimittes de hæreditate tua, eo quòd non dimiſiſti eam quũ eſſes in illa. 2.Semu.6.6, שָׁמְטוּ declinabant boues. R.Selomóh exponit tranſitiue, quia impellebant, & mouebant eã (ſub. arcã) boues. & ſic habet Tharghũ, Quia מְרַגּוּהִי impellebant eã boues. Nã & Deut.19.5, pro וְנִדְּחָה & impulſa fuerit manus eius: Tharghum habet וְתִתְמְרֵיג. Sed ſecundũ R.D. in lib.rad. & commen. eſt verbũ intranſitiuum, acſi dicat נִשְׁמְטוּ diuidebantur membra eorũ propter ſanctitatem arcæ: quia non erat conſentaneũ vt portaretur in plauſtro, neque vt traherẽt illã boues, ſed humeris Leuitarũ par erat vt portaretur. Tharghú trãſitiue. 2.Re.9.32, שִׁמְטוּהָ וַיִּשְׁמְטוּהָ demittite eã, & demiſerunt eã. Et in nifhál, Pſal.141.6, נִשְׁמְטוּ demiſſi ſunt in loca petræ (.i. petroſa, ſaxoſa) iudices eorũ. quia cadere facient eos de petra. R.Abrahám, in loca petroſa demiſſi ſunt vt ſuam, & iudicũ ſuorum voluntatem ſequantur. R.Selomóh, quia iudices eorũ, & rectores eorũ relicti ſunt à via bona in manibus cogitationis malæ, & cordis lapidei, ac duri tanquam lapis. Et in hifhíl, Deut.15.3, & quod fuerit tuũ cum fratre tuo, תַּשְׁמֵט remittet manus tua. Nomen, שְׁמִטָּה, Dimiſſio. Deut.15.1, In prin-

cipio ſeptem annorum facies שְׁמִטָּה dimiſſionem.

שׁמך Cum puncto in ſiniſtro cornu שׂ, Vnde שְׂמִיכָה, Velum, operimentum. Iudic.4.18, Et operuit eum בַּשְּׂמִיכָה velo. vel operimento, aut panno craſſo. Vnde & doctores Hebræorum rem craſſam appellant סְמִיכָה. Tharghum בְּגוּנְכָא veſte quæ vulgo dicitur קוטא, Cotte, inquit R.Selomóh in comment.

שׂמל Vnde שְׂמֹאל pro שְׂמוֹל, Siniſtra. א ponitur vice ו protractiui. Gene.24.49, vel ad שְׂמֹאל ſiniſtrã. Nume.20.17, ad dexteram וּשְׂמֹאול & ſiniſtrã. 2.Semu.2.19, Et ad הַשְּׂמֹאל ſiniſtrã. Exod.14.22, וּמִשְּׂמֹאלָם & à ſiniſtra ipſorũ. Tóar, 1.Reg.7.21, columnam הַשְּׂמָאלִי ſiniſtram. Fœmineum, Leuit.14.15, Et ſuper manum ſacer dotis הַשְּׂמָאלִית ſiniſtrã. Inde verbum, pro Ad ſiniſtrã ire, aut declinare, aut tendere. 2.Semu.14.19, Si eſt ire ad dexteram וּלְהַשְׂמִיל & ire ad ſiniſtram. 1.Paralîp.12.2, וּמַשְׂמִאלִים & ſiniſtra iacientes lapides. Gen.13.9, Et ſi ad dexterã, (ſub. ieris) וְאַשְׂמְאִילָה ibo ad ſiniſtram. hic mouetur א, quanuis non ſit radicale. Et ſic Ieſah.30.21, Et quũ תַשְׂמְאִילוּ iueritis ad ſiniſtram. Et rectũ eſt vt ſit dictio quatuor literarum: quia literæ quæ non ſunt radi cales, non mouentur in medio radicalium. Nec obſtat illud Hezr.10.16, לִדְרְיוֹשׁ: quia forſan eſt dictio cópoſita. Ex hac radice eſt שִׂמְלָה. Ieſa.3.7, Et nó eſt שִׂמְלָה veſtimẽ tum. Et 4.1, וְשִׂמְלָתֵנוּ & veſtimento noſtro operiemur.

שמן Vnde שֶׁמֶן, Oleum, Vnguentum, Pinguedo. Gene.28.18, Et fudit שֶׁמֶן oleum. Canti.1.3, שֶׁמֶן vn guentũ effuſum. Ieſah.41.19, Et lignum שֶׁמֶן pinus. Eſt arbor quæ vulgo dicitur פִּין, Pinus, à pinguedine ſic ap pellata. Targhũ, דִּמְשַׁח oliuæ. Nechem.8.15, Et folia arboris שֶׁמֶן pinus. Hoſe. 2.5, שַׁמְנִי oleum meũ. Tóar,

Iudic.3. 29, Et omnem שָׁמֵן pinguem &c.i. robuſtum. Iechez.34.14, paſcuum שָׁמֵן pingue. Et ſecundũ R.Ionáh, illud Prouerb.21.20, Theſaurus deſiderabilis וְשָׁמֶן & pinguis: eſt tóar inſtar מֶלֶךְ עֵבֶר. Geneſ.49. 20, מֵאָשֵׁר שְׁמֵנָה לַחְמוֹ de Aſér pinguis panis eius. R.D.in comm. Terra eius producit panẽ eius:& terra pinguis.eſt enim tóar fœmineum:& ideo refertur non ad Aſér, ſed ad illius terram. Vide לֶחֶם in לָחַם. R.Abrahám in commen. Sunt qui dicunt מ in מֵאָשֵׁר redundare. Et rectum eſt in oculis meis vt ſit, de terra Aſér veniet panis pinguis. Et לֶחֶם hoc loco eſt fœmineũ nomen, ſicut & בַּיִת מָקוֹם וְיָד וְאֵשׁ וְעַיִן וְרוּחַ וְאֶרֶץ וְאָרוֹן וְעָם, quæ inueniuntur vtroque in genere. Alia forma, מִשְׁמַן, מ primũ cũ chiric. Ieſah. 10.16, Mittet Dominus Deus exercituũ בְּמִשְׁמַנָּיו in pinguibus eius maciẽ. Pſa.78.31, Et occidit בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם pingues eorum.i.fortes, ac robuſtos. Subſtantiuum, Ieſah.17.4, וּמִשְׁמַן & pinguedo carnis eius. Geneſ.27.39, מִשְׁמַנֵּי pinguedines terræ. מ eſt nominis conſtitutiuũ ſecundum R.D.in lib.rad.& Michlól. Et מ prius cum pathách, Nechem.8.10, comedite מַשְׁמַנִּים pinguedines.

Alia item, Pſal.109.24, Et caro mea macruit מִשָּׁמֶן à pinguedine. i. à pinguedine quæ prius erat in carne mea:ſed modo macruit à pinguedine ipſa propter ieiuniũ & itinera. Ieſa.5.1, in cornu filio שָׁמֶן pinguedinis. i.in loco eminẽti, ac pingui. Vocauit enim locũ ipſum cornu, ob illius altitudinem. Sed R.Ioséph ſcripſit Ieruſaláim hoc modo cognominatam ob regẽ & ſacerdotem qui erát in ea, qui oleo vnctionis vngebantur. Tharghum, in monte excelſo, & in terra pingui. Et 10, 27, Et corrumpetur iugũ מִפְּנֵי־שָׁמֶן propter pinguedinẽ. acſi dicat, Propter pinguedinem, ac fortitudinẽ Chiz-

chiiáhu corrũpetur iugum Sácherib.Idẽ R.D.in cóm. Pinguedo colli bouis corrúpitur à iugo quod est super illud iugiter secundũ morẽ múdi. Et hoc modo cósentaneum erat vt pinguedo Israél,ob iugũ Sãcherib,corrumperetur,qui effecti fuerãt pauci,& cum Sancheríb multus erat populus.At Deus sua misericordia rem in oppositũ mutauit, quia pinguedo fuit iugo durior, ac fortior, & corruptum est iugum Sancherib à pinguedine Israél.Sed hoc intelligi de CHRISTO, manifeste ostendit Tharghũ,ita habens,Et conterentur populi à facie CHRISTI.Plurale, Iesah.25.6, conuiuium שְׁמָנִים pinguedinũ.Cant.1.3,Odori שְׁמָנֶיךָ vnguentorum tuorum.Hoc tamen plurale potest esse significantiæ שֶׁמֶן.

Inde verbũ in cal,pro Impinguare. Deut.32.15,שָׁמַנְתָּ, impinguatus fuisti. Irm.5.28,שָׁמְנוּ impinguati fuerũt.

Et in hifh'il, Iesah. 6.10, הַשְׁמֵן לֵב־הָעָם הַזֶּה impingua cor populi huius.Targhum,טְפִישׁ,Incrassatú,aut impinguatum. Idem R.Selomóh. R. Abrahám, Impinguare,aut ad impinguandum. Nomen,præposito א, אַשְׁמַנִּים,Sepulchra.Iesah.59.10,בָּאַשְׁמַנִּים in sepulchris tã quam mortui.Et sunt qui dicunt esse nomen quatuor literarum.R.Ioséph scripsit א literá esse radicalem,& נ redundanté,& sic radix est אָשַׁם,quod secundum vnam significantiam est desolare:vnde exponit,in desolatis. i.locis inhabitabilibus,hoc est sepulchris.R.Selomóh in cóm.sic ait,R.Menachém exposuit,in tenebris:(aut tenebrosis:)cui & multi consentiunt expositores. Sed R.Donés deducit à שָׁמַן,א redundante,sicut in אַכְזָב.R. Abrahám, Sunt qui exponũt, in sepulchris.Et rectum est vt sit sicut בַּצָּהֳרַיִם,in meridie:vel sicut בַּחַיִּים,inter viuétes:& א redũdat,& sensus est,inter gentes. Nomen

numerale,שְׁמוֹנָה,Octo,masculeum:& fœmineũ שְׁמוֹנָה.
Plurale communis generis,שְׁמוֹנִים,Octoginta.Nume.
29.29,פָּרִים שְׁמֹנָה iuuẽcos octo.Gene.17.12,Et filius שְׁמֹנַת
octo dierum.Et pro nomine tóar,2.Paral.29.16,Et die
שְׁמוֹנָה octaua mensis.Iechez.40.9, שְׁמֹנֶה אַמּוֹת quatuor
cubitorum.Exo.7.7,שְׁמֹנִים שָׁנָה octoginta annorũ.Et vi
ce tóar,1.Re.6.1, Et fuit בִּשְׁמוֹנִים שָׁנָה octogesimo anno.
2.Paral.11.1, Centum וּשְׁמוֹנִים אֶלֶף בָּחוּר & octoginta mi-
lia electorum. Adiectiuũ masculeum,שְׁמִינִי,Octauus.
Leuiti.9.1, בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי die octauo. Fœmineum, שְׁמִינִית,
Octaua. Psal.6.1, in neghinoth עַל־הַשְּׁמִינִית super octa-
uam.R.Abrahám,שְׁמִינִית est instrumentú musicũ, cui
sunt octo chordæ.Vel est carmen cui sunt octo species
cantus. Idcirco scriptum est, in neghinoth, & hoc est
super speciem cãtus octauam. R.Selomóh,Seminith,
est cithara octo chordarum.& sic 1.Para.15.21, & Haza-
ziáhu in citharis super hasheminith lenaseach.

שָׁמַע Audire, Exaudire, Parêre, obaudire, obedire,
obtemperare,Cógregare,Cogitare. Genes.16.
11,שָׁמַע יְהוָה אֶל־עָנְיֵךְ audiuit Dominus afflictionem tuã.
Et cum seri,Psal.34.7,שָׁמֵעַ audiuit.Gene.26.5,eo quòd
שָׁמַע אַבְרָהָם בְּקֹלִי paruit Abrahám voci meæ. Deuter. 4.
36,וּדְבָרָיו שָׁמַעְתָּ & verba eius audiuisti.2.Reg.17.39,שָׁמֵעוּ
audierunt.Irme.4.19,vocem buccinæ שָׁמַעְתִּי audisti a-
nima mea. Scribitur cum י, & legitur sine י, sensu eo-
dem,id est vocem buccinæ audiuisti ô anima mea. vel
vocem buccinæ audiui animo meo.2.Sem.15.3,וְשֹׁמֵעַ &
audiens.Irme.19.3,omnis שֹׁמְעָהּ audientis illud. Deut.
11.13,si שָׁמֹעַ תִּשְׁמְעוּ obtemperando obtẽperaueritis præ-
ceptis meis.Irme.11.10,renuerunt לִשְׁמוֹעַ obtemperare.
Iesah.30 .19,כְּשָׁמְעָתוֹ quũ audierit ipse. Ieche.40.4,שְׁמַע

audi.Iesah.37.17,וּשְׁמָע & audi. Exod.23.21,וּשְׁמַע & obtẽpera.2.Sem.20.16,שִׁמְעוּ שִׁמְעוּ audite,audite. Irme.11.11, & non אֶשְׁמַע exaudiam eos. Et in nifhál,Iesah.15.4, נִשְׁמַע audita est vox eorum.Iesa.60.18,non יִשָּׁמַע audietur.Psal.18.45,יִשָּׁמְעוּ לִי, obtemperabũt mihi. Et in pihél,1.Semu.15.4,וַיְשַׁמַּע שָׁאוּל אֶת־הָעָם & cõgregauit Saúl populum.i.congregauit populum,vt parérent sibi.sic 23.8. Et in hifhíl, Iesah.45.21, quis הִשְׁמִיעַ זֹאת audire fecit hoc? Et 44.8,הִשְׁמַעְתִּיךָ audire feci te? 2. Paralip.5. 13, לְהַשְׁמִיעַ קוֹל־אֶחָד ad audire faciendum vocem vnam. Psal.26.7,לַשְׁמִעַ vt audire faciam.pro לְהַשְׁמִיעַ.desunt enim ה & י coniugationis, inquiunt R. Abrahám & R. Dauid.Psalm.143.8,הַשְׁמִיעֵנִי audire fac me. Iesah.42.9, אַשְׁמִיעַ אֶתְכֶם audire faciam vos. Nomẽ,שֵׁמַע,Auditus, auditio,Fama,rumor.interdum est cum seri,שֶׁמַע.Genes. 29.13, quũ audisset Labán אֶת־שֵׁמַע auditum(famã) Iahacób. Iesah. 23.5, quando שֵׁמַע auditus(rumor) erit AEgyptiis. Psal.18.45,לְשֵׁמַע ad auditum auris. Iesa.66. 19, non audierunt שִׁמְעִי auditum meum. famã meam.

Alia forma, 1.Sem.2.24,quia non est bona הַשְּׁמֻעָה fama. Alia item,מִשְׁמָע.Iesah.11.3,& non לְמִשְׁמַע secundum auditum auriũ suarum arguet.Et 14,filii Hãmon מִשְׁמַעְתָּם auditus eorum.i.erunt obedientes eis. Alia postremo,שְׁמֻעוֹת.Ieche.24.26,לְהַשְׁמָעוּת ad auditũ auriũ.

שֶׁמֶץ Cum quinque punctis,est Pars, aut particula, pusillum,minimũ alicuius rei.Iiób 4.12, & suscepit auris mea שֶׁמֶץ partem de illo. sub. verbo. Significat & רִבָּה,Detractionem,infamiam.Exo.32.25,לְשִׁמְצָה, in detractionem(aut infamiam)inter hostes eorum.

שָׁמַר Seruare,siue cõseruare, Obseruare,custodire. Gene.37.11, & pater eius שָׁמַר אֶת־הַדָּבָר cõseruauit rem.1.Reg.11.34,qui שָׁמַר מִצְוֹתַי custodiuit præcepta

mea. Hamós 1.11, שְׁמָרָה custodiuit illũ. ה quiescit, quod secundum normam debuerat esse cum mappic. Psal. 121.4, שׁוֹמֵר qui custodit. Nume.31.30, שֹׁמְרֵי custodibus custodiæ habitaculi. 1. Semu.9.24, quia ad tẽpus שָׁמוּר־לְךָ seruatũ (custoditum) est tibi. Deut.6.17, שָׁמוֹר תִּשְׁמְרוּן custodiẽdo custodietis præcepta Domini. Et 5.12, שָׁמוֹר custodi diem sabbati. Sunt qui dicunt esse macór vice imperatiui, teste R.D. in Michlól. Psal.141.3, pone Domine, (sub. verbum rectum in ore meo) שָׁמְרָה לְפִי custodi (sub. illud verbũ) ori meo, ne peccet: iuxta illud Prouerb.16.1, & à Domino responsio linguæ. Est imperatiuum, inquit R.D. in lib. rad. Deinde ait, Et rectum est vt sit nomẽ, id est custodiam ori meo, instar חָכְמָה, & עָרְמָה. R. quoque Moséh scripsit esse nomen. Sed R. Abrahám scripsit esse imperatiuum. Psal.89.29, in sæculum אֶשְׁמוֹר־לוֹ חַסְדִּי seruabo (custodiam) illi misericordiam meam. Et in pihél, Ionáh 2.9, מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי־שָׁוְא obseruantes vanitates mendacii. i. mẽdaces. Et in nifhál, 2. Sem.20.10, & Hamasá nõ נִשְׁמַר cauit sibi (custodiuit se) à gladio. Hose.12.13, & per prophetã נִשְׁמָר seruatus est. Vel seruauit se, vt alii exponunt. Priori modo exponit R. Dauid, qui putat נִשְׁמָר verbum esse passiuum. Deuter.23.9, וְנִשְׁמַרְתָּ custodies teipsum (cauebis) ab omni re mala. Iesah.7.4, הִשָּׁמֵר caue, & quiesce. Est breue. R. Sahadiáh exponit, Caue ne facias bellum, & quiesce tibi, ne paueas. R. verò D. in lib. rad. & cõm. R. Selomóh & R. Abra. deducũt à שְׁמָרִים fæcib': acsi dicat, reuertere ad fæces tuas in quiete. Sicut Iesa.48.11, & requieuit ipse in שְׁמָרָיו fæcibus suis. Exod.19.12, הִשָּׁמְרוּ לָכֶם cauete vobis ne ascẽdatis in montem. Et 23.13, ab omnibus quæ dixi vobis תִּשָּׁמֵרוּ cauebitis. vel custodietis vos.

vos. Et in hithpahál, Pſa. 18.24, וָאֶשְׁתַּמֵּר & obſeruabo me (cauebo mihi) ab iniquitate mea. Micháh 6.16, וְיִשְׁתַּמֵּר & cuſtodietur (pro cuſtodientur) præcepta Homrí. Vel cuſtodietur præceptum & præceptū.i. quodlibet præceptorum, ſecundum R.D. in cōmen. Nomen, præpoſito מ, Prouerb. 4.23, מִכָּל־מִשְׁמָר omni cūſtodia ſerua (cuſtodi) cor tuum. Leuiti. 24.12, & poſuerunt eum בַּמִּשְׁמָר in cuſtodia.i. carcere. Plurale, מִשְׁמָרִים. Nechem. 13.14, וּבְמִשְׁמָרָיו & in cuſtodiis ſuis. Alia forma, מִשְׁמֶרֶת. Nume. 3.28, cuſtodientes מִשְׁמֶרֶת cuſtodiá ſanctitatis.i. ſanctuarii. Neché. 13.30, & ſtatui מִשְׁמָרוֹת cuſtodias. Nume. 8.26, ſic facies leuitis בְּמִשְׁמְרֹתָם in cuſtodiis ſuis. Alia item, Pſal. 90.5, וְאַשְׁמוּרָה & cuſtodia in nocte. Et cum chólem & ſeghól, Iudic. 7.19, in extremo caſtrorū primorum הָאַשְׁמֹרֶת cuſtodiæ (vigiliæ) mediæ. Thren. 2.19, in principio אַשְׁמֻרוֹת vigiliarum. Alia præterea, Pſal. 77.5, tenuiſti שְׁמֻרוֹת vigilias oculorum meorum.i. acſi tenuiſſes vigilias oculorū meorum, vt iugiter vigilarent, & non dormirem. ſic etiá R. Selomóh. R. Moſéh ſacerdos ſcripſit eſſe tóar, id eſt cuſtodes oculorū meorum, hoc eſt palpebras, quæ ſunt cuſtodes oculorum meorum, vt non clauderentur, neque dormirent. ſic & R. Abrahám. Alia poſtremo, Exod. 12.42, nox שִׁמֻּרִים cuſtodiarum eſt Domino &c. nox iſta Domino שִׁמֻּרִים cuſtodiæ omnibus filiis &c. R. Selomóh, Nox cuſtodiarum dicitur quia Dominus cuſtodiebat, & expectabat illam, vt quod pollicitus fuerat, confirmaret, educendo illos è terra AEgypti. R. Abrahám, Nox cuſtodiarū appellatur eo quòd Dominus cuſtodiuit illos, & non permiſit vt vaſtator domos illorū ingrederetur ad cædendum: & idcirco iuſſit vt eſſet nox cuſtodiarū, & vi-

giliarum omnibus filiis Iſraél, vt ſcilicet noctu ederēt péſach & infermentata. Et ſunt qui exponunt, Nox vi giliarum, ne ſcilicet dormirent nocte illa, ſed laudarēt ac narrarent fortitudines Domini, quas fecit quum il los eduxit ex AEgypto. Et ita expoſuerunt ſapiētes no ſtri. Inde etiam dicuntur שְׁמָרִים, Defæcata, à fæcibus purgata. Ieſah. 25. 6, conuiuium שְׁמָרִים defæcatorū. ſub. vinorum. Eſt enim proprie שֶׁמֶר, Fæx. Sephan. 1. 12, & vi ſitabo ſuper viros congelatos ſuper שִׁמְרֵיהֶם fæces ſuas. Pſal. 75. 9, שְׁמָרֶיהָ fæces eius exprimēt. Ex hac radice eſt שָׁמִיר, Vepris, genus ſpinæ: & Adamas lapis. Ieſah. 5. 6, & aſcendet שָׁמִיר וָשַׁיִת vepris & ſpina. Zechar. 7. 12, & cor ſuum poſuerunt שָׁמִיר adamant͂. Secundum Thar ghum Ieroſolymitanum eſt טִינְרָא ſilex. Alii dicunt eſ ſe ferrum forte, inquit R. D. in lib. rad. Et in cōment. Eſt enim (inquit) lapis duriſſimus qui ferro dolari ne quit. Idem R. Abrahám. Iechez. 3. 9, כְּשָׁמִיר ſicut adamā tem fortiorem petra, poſui frontem tuam.

שֶׁמֶשׁ Cum ſex punctis, Sol. Ioél 2. 10, שֶׁמֶשׁ ſol & lu na. Pſal. 89. 37, & ſolium eius כַּשֶּׁמֶשׁ ſicut ſol. Ieſah. 60. 20, non occumbet vltrà שִׁמְשֵׁךְ ſol tuus. Et 54. 12, & ponam è margaritis שִׁמְשֹׁתַיִךְ feneſtras tuas. ſic ap pellatas (inquit R. D. in lib. rad. & cōment.) quòd per illas ſol ingrediatur. Idem in cōment. Ponam è gēmis nigris feneſtras tuas. Tharghum Ieroſolymitanū pro נֹפֶךְ gemma nigra, habet כַּרְכְּרִינָא. Dicit ergo, quòd fene ſtræ. i. anguli feneſtrarum, erant ex lapide cadcód. vel dicit de aere, quòd feneſtræ vitreæ (quæ fiunt in fene ſtris) erant è diuerſis coloribus, quas quum radii ſola res penetrarent, intrinſecus magnam pulchritudinem oſtendebant. R. Abrahám, Feneſtras tuas vitreas.

שן Dens, Ebur, Scopulus proprie dicitur à שָׁנַן, quod ostendit daghés in coniunctione pronominum, & in plurali. Exod.21.24, שֵׁן תַּחַת שֵׁן dentem pro dente. Et per trãslationem dicitur de petra.1.Semu.14.4, erat שֵׁן־הַסֶּלַע dens petræ. Et 5, הַשֵּׁן הָאֶחָד dens vnus stabat ab Aquilone. 1.Reg.10.18, solium שֵׁן eboris. Iechez.27.15, cornua שֵׁן eboris.i. dentes eburneos similes cornibus, inquit R.D.in lib.rad.& cõment.Secũdum Tharghũ, deficit ו, hoc est cornua & ebur: sicut Chab.3.11, Sol, luna stetit.i.& luna.Exod.21.27, pro שִׁנּוֹ dente eius.Gene. 49.12, & albus שִׁנַּיִם dentes præ lacte. 1.Semu.2.13, & fuscinula שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם trium dentiũ.Iiób 16.9, בְּשִׁנָּיו in dentibus eius.Et 19.20, & euasi cum pelle שִׁנָּי dentiũ meorum. R.Abrahám exponit, Non euasi nisi vt dentes in pelle. R.Leui, Non remansit mihi pellis perfecta, nisi ea quæ hæret radici dentiũ meorum.i.gingiuæ. Ex hac radice est שָׁנִי, Color rubeus. Et י est לְיַחֵשׂ, inquit R.D.in lib.ra. scribit tamen in hac radice rectũ esse vt radix sit שָׁנָה. Gene.38.28, & ligauit manũ eius שָׁנִי coccino. 2.Semu.1.24, qui inducere faciebat vos שָׁנִי coccino.i.vestibus coccineis. Iesa.1.18, si fuerint peccata vestra כַּשָּׁנִים sicut coccina.i.rubra tanquam coccina.Prouerb.31.21, induta שָׁנִים coccino.i.vestibus coccineis. Et rectum est vt ם redundet, & י in שָׁנִי sit vice ה radicalis literæ. Et si legatur י, erit שָׁנִים sicut חִנָּם, cuius perfectũ est חִנְנָם. sed quia י quiescit, transtulerunt in נ punctaturam י, quæ est chiric. Et hoc est rectum in dictione ista: quia significatio, aut res per nomẽ significata, non habet plurale: rectúmq; est vt radix eius sit שָׁנָה. R.Ioséph deducit etiam à שָׁנָה, & exponit duplicibus, nẽpe vestibus. R.Abrahám in cõment. vestibus coccineis. Idem

R.Leui.Tharghū similiter,וְהוֹרִיתָא cocco.i.veste coccinea.Idem R.Himmanuél.

שנן Acuere.Deute.32.41,si שַׁנּוֹתִי בְּרַק חַרְבִּי acuero aciē gladii mei. Perfectum, Psal.64.4,שָׁנְנוּ acuerūt. Prouerb.25.18,& sagitta שָׁנוּן acuta. Et in hithpahál, Psal.73.21,וְכִלְיוֹתַי אֶשְׁתּוֹנָן & renibus meis acuar.aut acuā me.ita R.D.in cōm.Vel secundū eundem in lib.ra.ponitur א vice ה,vt sit,& renes mei.i.vnusquisq; è renibus meis הִשְׁתּוֹנָן acutus est.aut acuit se. Et(vt ait in cōm.) in וְכִלְיוֹתַי deficit ב, id est in renibus meis qui cōsulunt, acuar super hac re. acsi dicat, Vt sagitta acuta fui cum illis. R.Selomóh,Et in renibus meis fui acutus. Idem R.Abrahám. Tharghum,& renes mei ardent tāquam ignis. R.Himmanuél, Vterque è renibus acutus est. א loco ה.Vel,& cū renibus meis acuar. Inde est & שְׁנִינָה, Prouerbiū,Fabula,Verbum iuge,siue continuū. Deut. 28.37, & eris in stuporem,& in parabolam,וְלִשְׁנִינָה & in prouerbium.vel fabulam. Deute.6.7,וְשִׁנַּנְתָּם & repetes ea(iugiter loquêris ea)filiis tuis.Vel,& confabulaberis de eis &c.Tharghum,Et repetes(iterabis)ea filiis tuis.

שנא Siue שָׂנֵא instar חָפֵץ,Odio habere. Deut.12.31, quā שָׂנֵא odio habuit. Prou.6.16,sex sunt quæ שָׂנֵא odio habuit Domin᷾.vel,odio habet.Possūt enim esse toarím vice participiorū,vt יָרֵא.Iechez.35.6,nisi דָּם שָׂנֵאתָ sanguinem odio habueris. Prouerb.1.29,eo quòd שָׂנְאוּ דָעַת oderunt scientiam.Iehos.20.5,& non שֹׂנֵא הוּא לוֹ odio habet ipse illum. Prouer.25.21, si esurierit שֹׂנַאֲךָ odio habens te.נ cum pathách propter sequentem literam gutturalem,inquit R.Abrahám in cōment.Et sic Exod.23.5,asinum שֹׂנַאֲךָ odio habentis te. Psalm.9.14, מִשֹּׂנְאָי ab odio habentibus me. 2.Sem.5.8,& cæcos שְׂנֻאֵי

exoſos animæ Dauid.i.odio habitos ab anima Dauid. Scribitur cum ו,& legitur cum י. Pſal.36.3,לִשְׂנֹא ad odio habendum.vt odio habeat.Et 97.10,שִׂנְאוּ רָע odio habete malum.Prouerb.13.5,יִשְׂנָא odio habebit. Et in nifhál, Prouer.14.17, & vir cogitationum(ſub.malarum) יִשָּׂנֵא odioſus erit. Et in pihél,Pſal.55.13,מְשַׂנְאִי odio habens me.Et 139.21,מְשַׂנְאֶיךָ odio habẽtes te. Tóar,Deuter.21.15,primogenitus לַשְּׂנִיאָה exoſæ. Nomen,Pſal. 139.22,perfecto שִׂנְאָה שְׂנֵאתִים odio odi illos. Deute.9.28, וּמִשִּׂנְאָתוֹ & propter odium ipſius. Iechez. 35.11, מִשִּׂנְאָתֶיךָ propter odia tua in eos.

שנב Vnde nomen,אֶשְׁנָב,Feneſtra,cancelli. Iudic.5. 28, & vlulauit mater Siſera בְּעַד הָאֶשְׁנָב per cancellos.aut feneſtram.

שנה Mutare,cõmutare,Iterare. 2.Sem.20.10,& nõ שָׁנָה לוֹ iterauit ei. Malachí 3.6, ego Dominus non שָׁנִיתִי mutaui.ſub.me.vel,non mutaui illud quod dixi. Prou.26.11, ſtultus שׁוֹנֶה בְאִוַּלְתּוֹ iterat ſtultitiã ſuã. .i.ſemel atque iterũ,hoc eſt multis vicibus.Et 24.21,cũ שׁוֹנִים iterantibus (ſub. ſuas iniquitates) ne miſceas te. Quidã exponunt,mutãtibus,ſiue iterátibus Deũ ſemper. Vel,redeuntibus ad ſuas impietates, aut ſuas vxores. Thren.4.1,יִשְׁנֶא mutabitur(pro mutatum eſt, ſiue mutauit ſe)aurum optimũ.Eſt cum א vice ה,& cum ſeghól.Iiób.29.22,poſt verbũ meum non יִשְׁנוּ iterabunt. pro iterabant. Et macór ex nifhál, Geneſ. 41.32, וְעַל הִשָּׁנוֹת & propter iterari(.i.& propterea iteratũ eſt)ſomnium Parhoni duabus vicibus. Additũ eſt,duabus vicibus,declarandi gratia.Vel quia ſæpius poteſt aliquid iterari,& non tantum ſecundo,propterea addidit,duabus vicibus. Tharghum ſimiliter, Et propterea iteratũ

est somniú &c. Et in pihél, 2. Reg. 25.29, וְשִׁנָּא אֵת־בִּגְדֵי כִלְאוֹ & mutauit vestes carceris eius. א est vice ה, & sic scribitur Irme. 52.33, וְשִׁנָּה. Et 2.36, quid vadis valde לְשַׁנּוֹת אֶת־דַּרְכֵּךְ mutando (vel iterãdo) viam tuam? .i. cur vadis huc & illuc, vt quæras auxiliú, & mutas (aut iteras) viã tuam, modo ad Assúr, nunc ad AEgyptum? Prou. 31.5, וִישַׁנֶּה דִּין & mutabit iudicium. 1. Sem. 21.13, וַיְשַׁנּוֹ אֶת־טַעְמוֹ & mutauit ipse eloquiú suum. vel ipsum eloquiú suú, sicut illud Exo. 2.6, & vidit ipsum infantem. Estér 2.9, וַיְשַׁנֶּהָ & mutauit ipsã, & puellas eius in bonú, in domo mulierũ. i. mutauit partes eius, & partes puellarũ eius quæ ministrabant illi, vt faceret illi bonum. & hoc est In bonú in domo mulierum. R. Abrahám in cõmẽ. Et mutauit. i. & mutauit dona, vt faceret illi bonũ. Et In domo mulierũ, est coniunctum cũ Mutauit: quia mutauit partes eius, & puellarum eius, & ipsa erat in domo mulierum cum puellis suis. Et in puhál, Ecclesi. 8.1, יְשֻׁנֶּא mutabitur. Est cũ א vice ה, & cum segól. Et in hithpahál, 1. Regũ 14.2, וְהִשְׁתַּנִּית & muta te. i. vestes tuas. Ex hac radice est שְׁנַיִם, Duo, genere masculeo. Genes. 6.20, שְׁנַיִם duo ex omnibus ingredi\u0113tur ad te. Et in regimine, cum ם, Gene. 17.20, שְׁנֵים־עָשָׂר נְשִׂיאִם duodecim principes generabit. Et sine ם, Exod. 28.22, לִשְׁנֵי עָשָׂר שָׁבֶט duodecim tribubus. Gene. 21.31, שְׁנֵיהֶם ambo ipsi. 1. Regũ 17.12, ecce ego colligo שְׁנַיִם עֵצִים duo ligna. Fœmineum, שְׁתַּיִם, Duæ: quod secundum normam debuerat esse שְׁנְתַּיִם, sed euphoniæ gratia remotum est נ, & daghes lene שְׁנְתַּיִם remansit in שְׁתַּיִם, inquit R.D. in lib. rad. & in Michlól: præterquam in illo Iudic. 16.28, מִשְׁתֵּי עֵינַי de duobus oculis meis. Et hoc factum est in signũ quòd ita esse debuerat secundum normã suam. 1. Reg.

3.16,venerunt שְׁתַּיִם duæ mulieres.Iesah.6.2,sex alæ vni בִּשְׁתַּיִם duabus operiet(pro operiebat)faciem suam. Et in regimine cum ם, Gene.14.4,שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שָׁנָה duodecim annis seruierũt.Et sine ם,Zechar.4.12,מַה־שְּׁתֵּי quid sunt duæ spicæ:1.Semu.25.43,שְׁתֵּיהֶן ambæ ipsæ. Tóar ordinale,שֵׁנִי, Secundus, pro שִׁנְיִי: & שְׁנִים,Secundi, pro שְׁנִיִּים.Gene.1.8, dies שֵׁנִי secũdus.Nume.2.16,וּשְׁנִיִּם & secundi proficiscentur. Fœmineum,שֵׁנִית,& שְׁנִיָּה,Secunda.Gene.4.19,& nomen הַשֵּׁנִית secũdæ,Silláh. 2.Semu. 14.29,& misit adhuc שֵׁנִית secundo. Alia forma tóar, מִשְׁנֶה,Duplex,duplus. Deuter.17.18,& scribet sibi מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה duplum legis huius &c. Idem Iehos.8.32, duplicem legem:vnam quam secum ferret,alterã quam haberet in archiuis,inquit R.D.in lib.ra.Alii(inquit)exponunt secũdam legem,aut iteratã. Irme.17.18, וּמִשְׁנֶה שִׁבָּרוֹן & duplici cõtritione cõtere eos.Gen.43.15,וּמִשְׁנֶה־כֶּסֶף & duplex argentum.Hezræ 1.10,cochlearia(vel crateræ)argenti מִשְׁנִים duplicia quadraginta & decem.R. Abrahám in cõment.exponit,Crateres argentei ad suscipiendum sanguinẽ duplices crateribus aureis. Idem R.Sahadiáh. 1.Sem.15.9,& pepercit &c.optimo pecorum,& boum, וְהַמִּשְׁנִים & pinguium.i. optimis pecoribus &c. Tharghum enim per metathesin literarũ exponit,perinde acsi dixisset וְהַשְּׁמֵנִים & pinguium. Vnde vertit,שְׁמִינַיָּא pinguium. Potest exponi(inquit R.D.in lib.rad.& cõment.)& agnorum anniculorum. Et sunt qui exponunt, & secũdorum vtero.i.illorum qui sunt secundi vtero,hoc est secundo genitorũ. R.Selomóh, pinguium qui sunt duplici in carne & pinguedine: & sic Iudic. 6.25, cape iuuencum bouis qui est patri tuo, & iuuencum הַשֵּׁנִי pinguem septem annorum.De quo

& R.D.in lib.ra.hoc modo ſcribit,Sunt qui exponũt, ſecundum vtero.i.ſecundo genitum.Et rectũ eſt vt ſit, Et bouem ſecundum boui quem in principio memorauit,Cape &c.Septem annorum,Tharghum exponit, qui eſt impinguatus ſeptem annis. Ex hac radice eſt & שָׁנָה,שָׁנָה, Annus. Deut.14.22,qui egredietur de agro שָׁנָה שָׁנָה per ſingulos annos. 2.Paralip.22.2,וְשָׁנָה אַחַת & anno vno regnauit. Leuit.12.6, agnum filium שְׁנָתוֹ anni illius.i.anniculum.Prou.3.10,שְׁנוֹת anni vitæ. Et duale,Hamós 1.1,שְׁנָתַיִם duobus annis. Pſa.102.28,וּשְׁנוֹתֶיךָ & anni tui. Et forma maſculea,Leui.25.3,ſex שָׁנִים annis ſeres.Ieſa.21.16,כִּשְׁנֵי ſicut anni. שָׁנִי,Coccinũ,vide שָׁנַן.

שָׁנַס Accingere. In pihél,1.Reg.18.46,וַיְשַׁנֵּס מָתְנָיו & accinxit lumbos ſuos.Alibi non inuenitur.

שָׁסַס Diripere,prædari,deprædari. Pſal.89.41, שַׁסֻּהוּ diripuerunt eum. Iudic.2.14,וַיָּשֹׁסּוּ & diripuerunt eos. Et in nifhál,Zechar.14.2,וְנָשַׁסּוּ הַבָּתִּים & diripientur domus. Ieſah.13.16,יִשַּׁסּוּ בָּתֵּיהֶם diripientur domus eorũ. Nomen,Ieſa.42.22,מְשִׁסָּה præda.direptio.

שָׁסָה Diripere, prædari, deprædari. Pſal.44. 11, שָׁסוּ לָמוֹ diripuerunt ſibi. Irme.50.11,שֹׁסֵי נַחֲלָתִי diripientes hæreditatem meá.Scribitur & cum א vice ו, Irme.30. 16, Et erunt שֹׁאסַיִךְ לִמְשִׁסָּה diripientes te in direptionem.Ieſah.42.22,direptus וְשָׁסוּי & deprædatus. Et in pohél,Ieſa.10.13,שׁוֹשֵׂתִי diripui. ſcribitur cum ש vice ס. Nomen,מְשִׁסָּה,vt in participio. Chab.2.7, Et eris לִמְשִׁסּוֹת in direptiones eis.

שָׁסַע Findere,diuidere,ſcindere.Leui.11.7,וְשֹׁסַע שֶׁסַע & findens fiſſuram vngulæ. Deuter.14.7, vngulam הַשְּׁסוּעָה fiſſam. Et in pihél, Leui.1.16,וְשִׁסַּע אֹתוֹ & findet illum.1.Semu.24.8, וַיְשַׁסַּע דָּוִד אֶת־אֲנָשָׁיו & confregit

fregit Dauid viros ſuos verbis. acſi dicat, Ceſſare fecit eos verbis ſuis,& confregit furorem eorum, & prohibuit eis ne inſurgerent contra Saúl. Nomen, שֶׁסַע, Fiſſura,vt in participio.

שׁסף Scindere gladio.1.Sem.15.33, וַיְשַׁסֵּף שְׁמוּאֵל אֶת־אֲגָג, & ſcindere fecit Semuél Agág corã Domino.

שׁעה Eſt פָּנָה, Aſpicere,reſpicere: & cõſtruitur cum אֶל. Et בָּטַח,Sperare, fidere: & בָּהַל פָּחַד,Terrere, formidare,timere:& רָפָה,Deſinere:& סִפֵּר, Narrare.Gene.4.5,non שָׁעָה reſpexit.Ieſah.31.1,Et non שָׁעוּ עַל־קְדוֹשׁ reſpexerunt ad ſanctum Iſraelis. Vel, & non ſperauerunt in ſancto &c. aut,non ſiſi ſunt. Priorem tamen interpretationem rectam eſſe ſcribit R. D. in lib.rad. Tharghũ,& non innixi ſunt verbo ſancti Iſraélis. Iiób 14.6,שְׁעֵה deſine ab illo. Ieſah. 22.4,שְׁעוּ deſinite à me. Pſal.119.117,וְאֶשְׁעָה & delectabor ſtatutis(præceptis)tuis ſemper.Vel,& narrabo præcepta &c. Vtroq; modo exponit R.D.in lib.rad.R.Abrahám, narrabo. vel delectabor:& hanc dicit eſſe rectam in oculis ſuis. Et ע debuerat eſſe cum ſeghól, ſed propter gutturalem eſt cũ camés,inquit R.Abrahám & R.D. R.Selomóh exponit,& vacabo: (dabo operã:) vel narrabo,& fabulabor. Nam Tharghũ, Deuter.28.37, pro וְלִשְׁנִינָה & in fabulã: habet וּלְשׁוֹעֵי.Tharghum hoc loco habet וְאֶנְעַנַע & delectabor in præceptis tuis. Ieſah.17.7, יִשְׁעֶה reſpiciet homo ad factorem ſuũ.Vel ſperabit.prius eſt rectũ. Tharghum,יִסְתְּמִיךְ innitetur. R. Abrahám, ſperabit, aut fidet. R.Selomóh, reſpiciet. Iiób 7. 19, Quouſque non תִשְׁעֶה recedes à me? Tharghũ, תִשְׁבּוֹק dimittes. R.Abrahám, deſines à me. Exod.5. 9, Et ne יִשְׁעוּ בְּדִבְרֵי־שָׁקֶר reſpiciant in verba mendacii.Vel,ne fidant.Tharghum,

Et ne יִתְעַסְּקוּן vacent verbis otiosis.aut, ne occupent se. R.Selomóh, ne loquantur, vt suprà Psal.119.i. Ne loquantur,ne vacent loquēdo &c. Dixit Haghaōn quòd deficit נ: vnde exponit,Et ne יִשְׁעֲנוּ.sicut deficit Deute. 2.26,Incipiam תֵּת dare.Sed ne audias,(inquit R.Abrahám in comment.)nec acquiescas verbis eius,quia putauit quòd radix תֵּת תת esset תֵּת, quia inuenit præteritum sine נ, 2.Semu.22.41,תַּתָּה dedisti. Vnde existimauit esse vt illud Psal.90.8,שַׁתָּ posuisti. Et nó potest negare quin ת secúdú in תַּתָּה sit signũ secundæ personæ:& ת radicale, esse absorptú in daghés, sicut in וְהִשְׁבַּתִּי, Iechez.34.25. Sic igitur נ est absorptum sicut absorbetur נ in ת in dictione אֲמִתּוֹ, Psal. 91. 4, pro אֲמִנְתּוֹ: & בַּת pro בִּנְת: & תֵּת pro תֵּנֶת.sed in dictione תַּתָּה deficit נ prius,sicut deficit י in רַד,Iudic.19.11,pro יָרַד. & sic deficit נ Psal. 144.5, גַּע à נָגַע.Et secundum opinioné meã dicit, Ne יִשְׁעוּ vacent, dent operam,occupent se.2.Semu.22.42,יִשְׁעוּ respiciét. sub.ad dexteram,& ad sinistrã. Vel est (inquit R.D.in lib.rad.) sicut יְשַׁוְּעוּ clamabunt: & ita scribitur Psal.18. 42.Et sic שָׁוַע,& שָׁעָה eiusdem erunt significantiæ,In cõment.exponit,יַבִּיטוּ respicient.Idem R.Selomóh.Et dicitur hoc verbum de orante qui est ante Deum,quem Deus respicit quũ exaudit.Iesa.32.3, Et non תִשְׁעֶינָה terrebuntur.formidabunt,vel caligabunt.Iesah.6.10, Et oculos eius הָשַׁע claude.vt in radice שׁוּע,& sunt duæ radices. Et in hithpahál, Iesah.41.10, Ne תִּשְׁתָּע paueas, secundum R.D.in lib.rad. & cõment. Tharghum, ne frangaris. Doctores Hebræorũ exponunt, Ne sis sicut שַׁעֲוָה cæra.i.ne liquefias,ne dissoluaris. R.Ioséph exponit,ne debiliteris. R.Selomóh,Ne liquefiat(aut dissoluatur)cor tuum sicut cæra. R.Abrahám,ne desinas:aut

cesses,aut declines,vt suprà Iesa.22.4.Iesa.41.23,וְנִשְׁתָּעָה & narrabimus.confabulabimur. ע cum camés vice seghól.Tharghú,וְנִסְתַּכַּל & aspiciemus.aut intelligemus. R.Selomóh,Et narrabimus verba vestra. Idẽ R.Abra.

שׁעט Vnde שְׁעָטָה,Sonitus,Strepitus.Irm.47.3,A sonitu שַׁעֲטַת strepitus vngularũ fortium eius.i. equorũ:quorũ fortis est pedum percussio dum currũt.

שׁעל Vnde שֹׁעַל instar תְּאַר פֹּעַל, & cum pronomine תָּאֳרוֹ.Et sic Iesa. 40.12, Quis mensus est בְּשָׁעֳלוֹ pugno suo aquas?1.Reg.20.10,si suffecerit puluis Somrón לִשְׁעָלִים pugnis.vel semitis &c. Aliud,מִשְׁעוֹל,quod est שְׁבִיל,Semita.Nume.22.24,בְּמִשְׁעוֹל in semita vinearum. Aliud,Nechem.4.3,Si ascenderit שׁוּעָל vulpes. Thren.5.18,שׁוּעָלִים vulpes ambulauerunt in eo.

שׁען Inniti, hærere. In nifhál. 2.Semu.1.6, נִשְׁעָן עַל־חֲנִיתוֹ innitebatur lanceæ suæ. 2. Reg.7.2, אֲשֶׁר־לַמֶּלֶךְ נִשְׁעָן עַל־יָדוֹ super cuius manum rex innitebatur. ל in לַמֶּלֶךְ redundat,quo caret & Tharghũ. Ad verbũ sonat,Super cuius rex innitebatur super manũ eius. Nume.21.15,וְנִשְׁעַן לִגְבוּל & hærebit termino Moáb.2.Paral. 14.11,Quia tibi נִשְׁעַנּוּ innixi sunt.Et 16.7,בְּהִשָּׁעֶנְךָ quum innixus sis regi Arám.Gene.18.4,וְהִשָּׁעֲנוּ & innitimini sub arbore.Iudi.16.26,וְאֶשָּׁעֵן & innitar illis. Nomen, מִשְׁעָן,Baculus:sic appellatus quód illi homo innitatur, Sustentaculum,fulcimentũ.Psal.18.19, Et fuit Dominus לְמִשְׁעָן לִי in baculum mihi.Iesah.3.1,Aufert &c. כָּל־מִשְׁעַן־לֶחֶם וְכֹל מִשְׁעַן־מָיִם omnem baculũ panis,& omnem baculũ aquæ.Et eodem versu,alia forma,Aufert à Ierusaláim & Iehudáh מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה baculum & baculũ. & exponit per verba prædicta omnem baculũ panis,& omnem baculum aquæ.R.Abrahám,virũ fortem,& bel

latorem. Tharghũ, sustentamentum, & fulcimentum, (aut auxiliũ) omne sustentamentum cibi, & fulcimentum potus. Et iuxta R.D. in cóment. idem repetit verbis distinctis. Alia forma, 2. Reg. 18. 21, super מִשְׁעֶנֶת baculo arundinis. Exo. 21. 19, super מִשְׁעַנְתּוֹ baculũ suũ.

שָׂעַף Vnde שְׂעִיף, Ramus, Vide סָעַף.

שָׁעַר Cogitare, AEstimare. Prouer. 23. 7, sicut שָׁעַר cogitauit animo suo. Inde שַׁעַר, Mensura, AEstimatio. Gen. 26. 12, centum שְׁעָרִים æstimationes. R. Abrahám, centũ mensuras seminis. Tharghú, pro vno centũ quando mensurauit illud. R. Selomóh, centuplum. Et sunt qui exponũt iuxta hãc significantiã illud Hose. 6. 11, In domo Israél vidi שַׁעֲרוּרִיָּה æstimationẽ. acsi dicat, illud quod æstimaui. Et י est הַיַּחַשׂ. ita R.D. in lib. ra. In cóm. vero, turpitudinẽ. Irm. 5. 30, Stupor וְשַׁעֲרוּרָה & turpitudo facta fuit in terra. Et 18. 13, שַׁעֲרֻרִת turpiter egit valde virgo Israél. Tóar, Irme. 29. 17, Et dabo eos tanquam ficus הַשֹּׁעָרִים turpes. fœdas, sordidas. Et שַׁעַר, Porta. Iesah. 24. 12, Contundetur שַׁעַר porta. Duale, 1. Semu. 17. 52, In via שַׁעֲרַיִם duarum portarum. Plurale, Psal. 24. 9, Attollite שְׁעָרִים portæ capita. Et 100. 4, Introite שְׁעָרָיו portas eius. Inde verbum, seu participium quod pro nomine tóar ponitur, id est Ianitore. 2. Reg. 7. 10, Et clamauerunt ad שֹׁעֵר ianitorem ciuitatis. Nechem. 12. 25, שׁוֹעֲרִים ianitores.

שָׂעַר Cum puncto in sinistro cornu, Timere, formidare. Deuter. 32. 17, Non שְׂעָרוּם timuerunt ab eis patres vestri. Ieche. 27. 35, שָׂעֲרוּ שַׂעַר timuerunt timorem. Nomẽ, שַׂעַר, Turbo, formido. Vide סַעַר. Aliud, שֵׂעָר, Pilus, capillus. Leui. 13. 10, שֵׂעָר לָבָן pilus albus. Alia forma, Iesah. 7. 20, וְשַׂעַר & pilum pedũ. Leuiti. 13. 4, וּשְׂעָרָה & pilus eius. est sine mappic præter normam: sed

versu 20, est cũ mappic וּשְׂעָרָהּ. Et cum ה fœmineo, Iudi. 20.16, ad הַשַּׂעֲרָה capillum. Psal. 40.13, Multiplicati sunt מִשַּׂעֲרוֹת præ capillis capitis mei. Nomen, Pilosus, Dæmon, Hircus. Gene. 27.11, vir שָׂעִיר pilosus. Iesah. 34.14, וְשָׂעִיר & dæmon ad socium suũ clamabit. Vocatur sic, quòd appareat pilosus credenti illi. Possibile tamen est (inquit idem R.D. in cõmen.) vt sit genus animalis in deserto commorantis. Tharghum, וְשֵׁידִין & dæmones. Leuit. 4.24, super caput הַשָּׂעִיר hirci. Iesah. 13.21, וּשְׂעִירִים & dæmones saltabunt ibi. 2. Para. 11.15, Et statuit sibi sacerdotes excelsis, וְלַשְּׂעִירִים & dæmonibus. Fœmineum, שְׂעִירָה, Capra. Leuit. 4.28, Et adducet oblationem suam שְׂעִירַת capellã caprarum immaculatã, fœminã. Addidit fœminã, discernendi causa: quia nomina generum & specierũ sub quocunque genere venerint, sunt communis generis, vt annotatum est lib. secundo Hebraicarum institut. cap. 2. Aliud, Ioël 1.11, Super triticũ, & super שְׂעוֹרָה hordeũ. Leu. 27.16, Corus שְׂעֹרִים hordeorũ.

שפף Vnde שְׁפִיפוֹן. R. Selomóh, exponit נָחָשׁ, Serpẽs. Gene. 49.17, שְׁפִיפֹן serpens iuxta semitam, mordens calcaneos equi. A mordendo sic appellatus, iuxta illud Gene. 3.15, Et tu תְּשׁוּפֶנּוּ mordebis eũ in calcaneo. Sic est consuetudo serpentis: vnde hic dicitur, mordẽs calcaneos equi. Et sic est à שׁוּף, secundum R. Selomóh & R. Abrahám. Et hoc pacto idem est geminatum, inquit idem R. Abrahám. Tharghũ, וּכְפִיתְנָא & sicut aspis insidiabitur iuxta semitã. Potest (inquit R.D. in שָׁפָה) esse & ex radice שָׁפָה, secundum priorem significantiã: & geminatur פ, sicut in חֲגִיגִי.

שפה Est כָּתַת, Cõtundere: שָׁבַר conterere, frangere: גָּבַהּ, Eleuare. Iiób 33.21, וְשֻׁפּוּ & contundentur

(vel conterentur)oſſa eius. Vnde Tharghum,Deut.9.21,pro וָאֶכֹּת & cõtudi illum:habet וְשַׁפִּית. Scribitur cum י,& legitur cũ ו.R.Abrahám, & cõtundentur. R.Leui, & eleuabuntur.idẽ R.Abrahám Peruſól & R.Iehudáh.

Et in nifhál,Ieſah.13.2,Super montem נִשְׁפֶּה eleuatũ (excelſum)eleuate vexillum. R.Abrahám in cõment. Sunt qui exponunt,ſuper montem denigratũ,aut nigrum.At rectum eſt vt נ ſit נ nifhál.i.eleuatum. Tharghum, Super munitionẽ (aut ciuitatem munitã)quæ habitat pacifice.R.Selomóh,Super montem quietũ & fidentem in שׁוּפִי altitudine.Nume.23.3, Et iuit שֶׁפִי ſolus,vt habet Tharghum,יְחִידִי.Idem R.Selomóh.R.Abrahám citatTharghũ.Deinde alios deducere ſcribit à שֶׁפִי prædicto.At rectum eſt(inquit) vt deficiat אֶל,& eſt ſenſus,Et iuit אֶל־שֶׁפִי in altitudinẽ,aut in altum: & dũ iret augurabatur.Scriptum eſt enim Num.24.1,Et nõ pergeret ſicut ſemel & iterum in occurſum auguriorum.Et ſic Irme.3.2,Leua oculos tuos ſuper שְׁפָיִם excelſa.ſub.loca.R.D.in cõment.ſuper loca excelſa,vt ſunt montes excelſi,& colles eleuati.Sic enim mos erat illo tempore colentibus idóla.Et 21,Vox ſuper שְׁפָיִים excelſa audita eſt. Aliud,2.Semu.17.29,וּשְׁפוֹת בָּקָר & caſeos vaccinos obtulerunt Dauidi. Tharghum , וְגוּבְנִין דַּחֲלַב תּוֹרִין & caſeos lactis vaccarum. Idem R.Selomóh & R.D.in comment.& appellantur ſic, quòd contundantur,& comprimãtur,ſecundũ priorem ſignificantiã.Et ex hac radice poteſt eſſe יְשֻׁפֶּה,de quo dictum eſt in יָשַׁף.

שָׂפָה Labium,Lingua,Sermo, Ora, litus.Gen.11.1, Et erat omnis terra שָׂפָה אֶחָת labii vnius.i. linguæ vnius,vt exponit R.Abrahám in comment.& putat fuiſſe linguã ſanctam.Idem R.Selomóh.Pſal.22.8,

